CODEX DIPLOMATICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT., DALM. ET SLAV.

COLLEGIT ET DIGESSIT

T. SMIČIKLAS

ACADEMIAE SOCIUS ORD.

VOLUMEN IV.

DIPLOMATA ANNORUM 1236—1255. CONTINENS.

ZAGRABIAE.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

1906.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO I UREDIO

T. SMIČIKLAS

PRAVI ČLAN AKADEMIJE.

SVEZAK IV.

LISTINE GODINA 1236—1255.

ZAGREB.

TISAK DIONIČKE TISKARE.

1906.

PREDGOVOR.

Poštovani čitatelji Codex-a primjetiti će odmah, da u ovom svesku ne ima Index-a. To nam je dužnost razjasniti. Reći ćemo našim čitateljima nešto o osnovi cijeloga djela. Ponavljamo, da prvi svezak Codexa za sada treba tražiti u VII. svesku Monumenta historica naše akademije pod naslovom: »Documenta historiam croaticam illustrantia« od Fr. Račkoga. Djelo je krasno radjeno, a ima ne samo sve listine do konca XII. vijeka, nego i izvode iz pisaca. Naša akademija imala bi ipak izdati još jednom listine od IX.—XII. vijeka kao prvi svezak našega Codexa i to tako, da se uz tekst podadu foto- ili autotipijom svi originali, koliko su nam do sada sačuvani. To će akademija i učiniti, čim joj sredstva dopuste, da doprinese ovu žrtvu dostojnu časti hrvatskoga naroda.

Drugi svezak morao je primiti u sebe cijeli XII. vijek, jer nije bilo gradiva dostatna, da bi se prema vladarima ili kako drugačije dijelilo. Naravno da ima Index za cijeli XII. vijek.

Treći svezak mogao je prihvatiti sve listine kralja Andrije I. (II.). Zato ima svoj Index.

Četvrti svezak evo zahvatio je iz vladanja Bele III. (IV.) tek do godine 1255. Ostatak ne možemo spremiti niti u jedan svezak, već će biti još dva sveska. Brojevi listina teći će dalje sve do konca vladanja Belina (god. 1270.). Dodati ću ipak i veoma kratku vladavinu njegova sina Stjepana (1270.—1272.), jer je zbirka njegovih listina preneznatna za posebni svezak.

U trećem svesku ove skupine doći će onda Index potpuni za sva tri sveska. Uz index biti će i naznaka upotrebljenih zbiraka.

Vladislav Kumanac (1272.—1279.) izaći će u dva sveska ili možda u jednom krupnom, a tako i Andrija Mlečanin II. (III.) (1290.—1301.) opet svaki sa svojim Indexom.

Četrnaesti vijek ima samo tri vladara. Karlo Roberto (1301.—1342.) dolazi u tri do četiri sveska.

Ljudevit I. (1342.—1382.) u četiri do pet svezaka. Marija i Sigmund (1382.—1400.) opet u tri do četiri sveska. U Dalmaciji sabrana je po arkivima gradja do godine 1409., kojom će se godinom valjda Codex dovršiti.

U Zagrebu dne 10. novembra 1906.

T. S.

1.

1236, 2. januara. U Dubrovniku.

Dubrovčani opunomoćuju poslanike svoje, da utanače ugovor s duždom mletačkim.

Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto mensis ianuarii, secundo die intrante, indictione nona. Nos quidem iurati iudices Ragusii ciuitatis: Bogdanus Goyslaui, Nicolaus Mauresse, Geruasius Marini, Petrus Ballislaue et nos consiliarii Grubessa Gundule, Martinusius Geruasii quondam comitis, Clemens Sersii, Paulus Damiani Bocinoli, Micha Petri Malussi, Andreas Domane Ranane et cunctus populus Ragusii ordinata curia cum sonitu campane, committentes committimus uobis namque Matheo Bodatie et Cerne Uitane nobilibus uiris dilectis conciuibus et nuntiis nostris et plenam uirtutem et comissionem et potestatem uobis damus, ut totum ordinem et pactum que pro nobis et pro nostra ciuitate Ragusii feceritis cum domino nostro Jacobo Teupolo, magnifico duce Venetiarum, firmum habebimus imperpetuum. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Ego autem presbyter Pascalis et communis notarius iuratus ex consensu et laudatione prescriptorum iudicum Ragusii scripsi, compleui et roboraui hoc solitoque signo signaui.

Iz dubrovačko-mletačkoga ugovora od mj. juna 1236. — Original u dvorskom arkivu u Beču. — Ovjerovljeni prijepis u arkivu u Dubrovniku.

Ljubić Listine I. 53. — Rad jugosl. akad. V. 116—9 (Ljubić). — Kukuljević Reg. no. 328.

2.

1236, 16. januara. U Viterbi.

Grgur IX. papa Beli kralju ugarskom i hrvatskom, da vrati neka dobra u Ugarskoj i Hrvatskoj redovima, koja im darovaše njegovi prešasnici.

Gregorius episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio Bele illustri regi Ungarie salutem et apostolicam benedictionem. Ut te clare me-

morie progenitorum tuorum verum ostenderes successorem, ipsorum inherens vestigiis, eis in timore divini nominis et amore ac ecclesie devotione deberes succedere ipsamque totis viribus honorare; quia sic faciens prosperis deo propitio successibus abundares, et propter inevitabilem vite exitum temporale regnum commutares felici comercio in eternum. Sed quod non absque turbatione mentis audivimus et stupore, celsitudo regia in offensam divinam, ecclesie romane contemptum et non solum fame sed et salutis proprie lesionem contra eorundem progenitorum tuorum consuetudinem, qui tanquam reges catholici et principes christiani apostolicam sedem, omnes ecclesias, personas ecclesiasticas et viros religiosos pio semper et prompto venerabantur affectu, manus suas ad ecclesiarum et religiosorum locorum gravamen extendit; nos spe quam de ipsa conceperimus defraudando, ex quo tanto tibi timemus amplius et pro te etiam specialius conturbamur, quanto qui deum persequitur in ministris, gravius se offendit, quam illos quos persequitur propter deum. Gravem siquidem dilectorum filiorum . . . Egrensis et aliorum abbatum Cisterciensis ordinis, . . . hospitalis quoque Jerosolimitani, . . . militis Templi, . . . sancti Lazari et . . . sancti Sansoni in Ungaria magistrorum et fratrum recepimus questionem, quod cum inclite recordationis Aimericus et Andreas pater tuus, Ungarie ac Sclavonie reges et alii Christi fideles per regnum Ungarie et Sclavoniam constituti quosdam redditus, terras, possessiones et res alias pietatis intuitu eorum ecclesiis et domibus contulissent, tu eorum oblitus memorie recolende ipsorum vestigia non deserenda relinquens eos predictis omnibus pro tue voluntatis arbitrio spoliasti, non absque divine iniuria maiestatis, que quod uni ex minimis suis fit, sibi reputans esse factum, honoratur et spernitur in ministris; quibus potius non solum collata servare, verum etiam teneris erogare de tuis, ut condigna retributione respondeas bonorum omnium largitori pro omnibus, que tribuit ipse tibi, presertim cum in compositione, que mediante venerabiil fratre nostro (Jacobo) episcopo Prenestino, tunc apostolice sedis legato, inter ecclesiam Ungaricam et iamdictum patrem tuum super dampnis eidem ecclesie irrogatis amicabiliter intervenit, tu ipse promisisse dicaris iuramento prestito, quod contra ecclesiarum privilegia et libertatem ecclesiasticam de cetero non venires. Quia vero qui multum diligit, multum timet, et ubi dolor ibi manus, ex illo specialis et singularis sinceritatis affectu, quo predictos progenitores tuos ac te ipsum et regnum Ungarie apostolica sedes et nos ipsi in Christi fuimus visceribus amplexati, ad quorum exaltationem quam non alienam sed propriam reputauimus, quantum cum nostra potuimus laboravimus honestate, tibi tanquam speciali ecclesie filio non possumus non timere; cum excessus huiusmodi detestabilis et enormis etsi gravis sit admodum in se ipso, tamen grauius

est exemplum, quia delinquentibus qui precedunt facile corruunt qui sequuntur et digni tot mortibus sunt qui presunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Ne igitur tibi, quem de corde puro et conscientia bona diligimus, simus perditionis occasio et nobis etiam causa mortis, si ad correctionem tuam ex officii nostri debito non pro viribus laboramus, quin potius periculum nostrum tamque perniciem vitare volentes, celsitudinem regiam rogamus, monemus et hortamur in domino, ac in remissionem tibi iniungimus peccatorum, quatenus restituas sine difficultate qualibet sic ablata et de perceptis inde fructibus et illatis dampnis satisfacias competenter, ita quod exinde deum tibi propitium statuas non offensum; ut cum venerabilis frater noster (Gregorius). Geuriensis episcopus ad nos accesserit, qui ex parte tua dicitur ad sedem apostolicam destinandus, quanto nos et fratres nostri de offensa premissa sumus gravius conturbati, tanto de satisfactione secuta iocundius gratulemur; alioquin quantumcunque tenerius te amemus, quia non est deferendum homini contra deum, nec possimus tantam dei iniuriam conniventibus oculis pertransire, super hoc iuxta officii nostri debitum actore domino procedemus. Datum Viterbii XVII. kal. februarii, (pontificatus nostri) anno nono.

Theiner Monum. Hungariae I. 142—3 (iz reg. orig. an. IX. ep. 346. fol. 98). — Wenzel Cod. Arpad. VII. 37. — Potthast Reg. pont. no. 10.081. — Kukuljević Reg. no. 329.

3.

1236, 25. januara. U Viterbi.

Gregorije IX. papa Kolomanu kralju i hercegu, da živi u slozi sa templarima.

Gregorius episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio Colomano illustri regi Ruthenorum ac duci Sclavonie salutem et apostolicam benedictionem. Non diffitemur, quin graviter doleamus, si aliqua nobis saluti tue ac fame contraria referuntur, cum ex hiis que nobis hactenus sunt relata, usque adeo te in timore divini nominis et ecclesiastice libertatis reverentia radicatum esse credamus, ut in divine maiestatis offensam insurgere aliquatenus non presumas. Sicut enim dilecti filii . . . magister et fratres militie Templi in Ungaria et Sclavonia nobis graviter sunt conquesti, cum ipsi super quibusdam villis, domibus, possessionibus, terris et rebus aliis, quibus a te, ut asserunt, fuerant spoliati,

primo ad te monitorias et postmodum ad venerabilem fratrem nostrum (Ugolinum) Colocensem archiepiscopum eiusque collegas executorias a nobis litteras impetrassent; demum inter partes compositio amicabilis intervenit, que licet a sede apostolica fuerit confirmata, eam tamen quod vix credere possumus, servare non curat regia celsitudo contra verbum regie veritatis, quod nec decet nec expedit utpote fame contrarium et saluti indebite veniendo. Quocirca serenitatem tuam rogandam duximus et monendam, quatenus compositionem ipsam studeas firmiter observare, ita quod regalem excellentiam commendare merito debeamus; alioquin quantumcumque tibi deferre velimus, quia tamen illis in suo iure deesse non possimus, qui sumus omnibus in iustitia debitores, dilectis filiis . . . Waradiensi et . . . de Cicador Cisterciensis ordinis abbatibus Quinqueecclesiensis diocesis, et . . . preposito Quinqueecclesiensi nostri damus litteris in mandatis, ut eam sicut sine pravitate facta est, et ab utraque parte sponte recepta, faciant per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. Non obstante indulgentia, que tibi dicitur a nobis esse concessa, ut nullus in te sine speciali apostolice sedis mandato excommunicationis sententiam audeat promulgare. Datum Viterbii VIII. kal. februarii, (pontificatus nostri) anno nono.

Theiner Monum. Hungariae I. 143 (iz reg. orig. an. IX. ep. 349. fol. 98). — Raynaldi Annales ad an. 1236. §. 66. — Wenzel Cod. Arpad. VII. 39. — Potthast Reg. pont. no. 10.086. — Kukuljević Reg. no. 331.

4.

1236, 2. marta. U Zadru.

Petrina sin Bitov priznaje, da se pomirio s Ivanom sinom Petričevim glede nekog zida kod sv. Stjepana.

In Christi nomine anno incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mensis martii, die secundo intrante, inditione nona, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Petrinna filius Bitte de Peçe confiteor per hoc presens scriptum, quomodo deueni tecum Çançio Petriçi ad concordiam de quodam muro tam meo quam tuo, posito apud sanctum Stephanum, et incipiendo a parte meridiei et a pallatio meo et iuendo (!) recte uersus borream et est inter coquinam tuam et meam; et quandocumque uolueris laborare cum heredibus tuis super eundem murum, cum plena potestate laborabis, et si ego uoluero adherere illi laborario tuo, quod

feceris super dictum murum, tunc restaurabo tibi et tuis heredibus cum meis heredibus medietatem prefati laborarii; preterea tu non facies stillicidium super me, nec ego faciam super te. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis testibus: Josebbo (!) filio Laurechine carnassario.

Ego Andreas de Petriço examinator manu mea scripsi. Et ego Petrus diaconus atque sancte Anastasie canonicus et Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Ego Prodanus sancte Anastasie primicerius et Jaderensis notarius visa et perlecta matre subscripsi in filia eiusdem tenoris.

† Ego Andreas de Cotopagna examinator manum meam misi.

Ego Antonius namque diaconus ecclesie Clugiensis Jadere notarius hoc exemplum exemplaui, anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis iunii, die octauo exeunte, indicione duodecima, Jadere, nichil addens uel minuens quod sententiam mutet, ut in huius matre reperi, scripsi, compleui et roboravi.

Prijepis notara Antonija od god. 1254. 23. juna na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu (diplomata a. 1235.). Kukuljević Reg. no. 317.

5.

1236, 11. maja. U Zadru.

Obrad, Mateša i drugi uzimlju od Bune nadstojnice samostana sv. Marije u najam vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis madii, die vndecima intrante, indiccione nona, Jadre. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Nos namque Obraddus filius Vgrini, Mathessa de Ualentino, Diminçe Selan, Dragomir . . . oinoga, Preuonegus filius Drasey, Draseç frater Diminçe, Rados filius Dragossi, Veligna filius Desscenni, Dragoy filius Drasegne, Radosius frater Budoy, Velcassa uxor Dragotte, Drasina Gribaueç, Dessimir Usoreç, Pribis frater Dessimirri, Dragos filius Putisse, Radouanus Kunie, Radouan filius Sleman, Staneç filius Velcodrassi, Marita filius Descenni, Preuoslauus filius Dessimirri confitemur per hoc presens scriptum, quod uos domina Bunna abbatissa monasterii sancte Marie monialium cum sororibus uestris et cum

uoluntate Gregorii fratris Jurislaui aduocatoris uestri dedistis et concedistis nobis in terram uestram de Brestò vineas plantare taliter, ut dum eas habuerimus et ex eis fructum extrahere poterimus, dare teneamur per nos et heredes nostros uobis et uestris successoribus decimum modium de uino hic in ciuitate de Tina; de oleo et ficubus si eas siccabimus similiter decimam partem uobis dabimus; si ficus recentes cum aliis fructibus uendiderimus, decimum denarium monasterio persoluemus, si ficus recentes domum tulerimus, ad comedendum cum dei benedictione ipsa habeamus, si autem peccato suadente contra uestram iusticiam in fraude inuenti fuerimus, coram auocatore monasterii placitum faciemus, et si tunc culpabiles reperti fuerimus, persoluet quilibet nostrum monasterio sex perperos, et si pro pauperitate uel alia necessitate uoluerimus uendęre dictas vineas, uenire primo debemus ad abbatissam et sorores eius et declarare uenditionem, et si abbatissa uoluerit eas emere dando nobis, quod ab uno et alio habere poterimus, ipsas sibi et non aliis dare teneamur, et si tunc illas emere noluerit, licitum sit nobis ipsas uendere cuicumque uoluerimus; saluo tamen omni iure monasterii et habendo uos decimum prout dictum est. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis testibus: Johanne de Uita Choressa.

Ego Gregorius filius Steppe examinator manus misi.

Et ego Petrus diaconus atque sancte Anastasie canonicus et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Iz kopijalne knjige samostana sv. Marije u Zadru.

6.

1236, 11. maja. U Zadru.

Buna opatica samostana sv. Marije daje Vukuši ženi Dragotinoj zemlju u Brestu, da nasadi vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis madii, die undecimo intrante, indictione nona, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Bunna monasterii sancte Marie monialium abbatissa cum sororibus meis et cum uoluntate Gregorii fratris Jurislaui aduocatoris nostri damus et concedimus tibi Velcussa uxore

Dragotta in terra nostra de Bresto vineam plantare taliter, ut dum ipsam habueris et ex ea fructum extrahere poteris, dare tenearis per te et heredes tuos nobis et successoribus nostris decimum modium de uino hic in ciuitate de Tina; de oleo et ficubus, si eas siccabis, similiter decimam partem nobis dabis, si ficus recentes cum aliis fructibus uendideris, decimum denarium monasterio persolues, si etiam ficus recentes domum tuleris ad comedendum cum dei benedictione ipsas habeas, si autem peccato suadente contra nostram iusticiam in fraude inuenta fueris, coram auocatore monasterii placitum facies, et si pro paupertate uel alia necessitate uolueris uendere dictam vineam, uenire primo debes ad abbatissam et sorores eius et declarare eis uenditionem, et si abbatissa uoluerit eam emere dando tibi quod ab uno et alio habere poteris, tenearis ipsam sibi et non aliis dare, et si tunc illam emere noluerit, licitum sit tibi ipsam uendere cuicunque uolueris, saluo tamen omni iure monasterii et habendo nos decimum prout dictum est. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis testibus: Johânne de Uita Choressa.

Ego Gregorius Steppe examinator manus misi.

Et ego Petrus diaconus atque sancte Anastasie canonicus et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

7.

1236, 25. maja. U Zadru.

Gjuro, Hranić i drugi uzimlju od Bune opatice samostana sv. Marije u najam vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis madii, die septimo exeunte, indiccione nona, Jadre. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Nos namque Georgius Brauarius, Craniçius frater Brathossi episcopi, Stana uxor Thissenni, Damianus Gricaueç confitemur per hoc presens scriptum, quod tu domina Bunna abbatissa monasterii sancte Marie monialium cum sororibus tuis et cum uoluntate Gregorii fratris Jurislaui aduocatoris uestri dedistis et concedistis nobis in terra

uestra de Bresto vineas plantare taliter, ut dum ipsas habuerimus et ex eis fructum extrahere poterimus, dare teneamur per nos et heredes nostros uobis et successoribus uestris decimum modium de uino hic in ciuitate de Tina; de oleo et ficubus, si eas sicabimus, similiter decimam partem uobis dabimus, si ficus recentes cum aliis fructibus uendiderimus decimum denarium monasterio persoluemus, si ficus recentes domum tulerimus ad comedendum cum dei benedictione ipsas habeamus, si autem peccato suadente contra uestram iustitiam in fraude inuenti fuerimus coram auocatore monasterii placitum faciemus, et si tunc culpabiles reperti fuerimus, persoluet quilibet nostrum monasterio s(ex) perperos, et si pro paupertate uel alia necessitate uoluerimus uendere dictas vites, uenire primo debemus ad abbatissam et sorores eius et declarare eis uendicionem; et si abbatissa uoluerit eas emere dando nobis quod ab uno et alio haberi poterimus, teneamur ipsas sibi et non aliis dare, et si tunc illas emere nolueritis, licitum sit nobis ipsas uendere cuicumque uoluerimus, saluo tamen omni iure monasterii et habendo uos decimum prout dictum est. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis testibus: Dragossio Ragusino, Ceprenna fratre Çeuetanne.

Ego Gregorius filius Steppe examinator manus misi.

Et ego Petrus diaconus atque sancte Anastasie canonicus et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Iz kopijalne knjige samostana sv. Marije u Zadru.
Kukuljević Reg. no. 333.

8.

1236, mjeseca juna. U Veneciji.

Ugovor izmedju Dubrovnika i Venecije.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mense iunii, none indictionis. Cum Matheus Bodatie et Cerna Vittane viri nobiles nuntii et procuratores ciuitatis Ragusii, ad presentiam illustrissimi domini Jacobi Teupoli dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Croacie ducis, quarte partis et dimidie totius imperii Romanie dominatoris accessissent nomine et uice eiusdem ciuitatis Ragusii petentes concordiam, pactum et reconciliationem domino

duci et communi Venetiarum ostendentes commissionem quam habuerant super hoc in hunc modum.

Gl. br. 1.

Idem dominus dux cum eisdem nuntiis super predictis tractare fecit secundum modum inferius denotatum, propter quod cum dictus Matheus Bodatie redisset Ragusium ostendendum comiti, iudicibus, consiliariis et populo Ragusii formam et ordinem facti predicti inferius denotati, et ad sciendam uoluntatem ipsorum placuit eis formam et ordinem pacti iam dicti et firmum habere et tenere ordinem, et pactum inferius specificatum uolebant, sicut per litteras dictorum comitis iudicum, consiliariorum et populi eiusdem ciuitatis domino duci ac prefato Cerne Uitane eorum nuncio et procuratori transmissas clarius uidebatur. Quare prefatus dominus dux ad petitionem eorum condescendit, et concordiam et pactum usque ad tres annos, et tantum plus quantum uoluntas domini ducis Veneciarum fuerit inter utramque partem initum est et firmatum in hunc modum. Nos Ragusinorum nuntii iamdicti per commune ciuitatis nostre transmissi, a quo fuit prouida deliberatione inuentum pro eo, quod terre nostre uidetur plurimum fructuosum, quod Venetiarum dominio subderemus. Petimus, ut nobis ad uoluntatem uestram comitem concedatis. Hec enim que continentur inferius uult terra nostra Ragusina obseruare. Ragusini semper archiepiscopum eligent de Veneciis et habebunt a Gradu videlicet usque Caput ageris. Et si dominus dux a domino papa poterit obtinere, quod archiepiscopatus Ragusii Gradensi ecclesie subponatur, eius electionem presentabunt domino patriarche Gradensi, confirmationem electionis postulantes. Et confirmatione facta ueniet electus ad sedem patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reuerentiam et obedientiam debitam ei exhibere promittens. Preterea statuimus, quod idem archiepiscopus iurabit fidelitatem domino duci et successoribus suis, nisi pro eis remanserit, et sic facient omnes archiepiscopi qui imperpetuum erunt in Ragusina sede ducibus qui per tempora erunt. Clerus autem ter in anno, in natiuitate domini et in pascha resurrectionis et in festo sancti Blasii laudes cantabit in maiori ecclesia solempniter domino duci, domino patriarche, archiepiscopo suo et comiti omni anno. Propter quod benedictionem recipient yperperos tres: vnum a nobis, alterum ab archiepiscopo, tertium a comite. Habebunt quoque Ragusini semper comitem et comites de Veneciis, quem uel quales dominus dux cum maiori parte sui consilii eis dare uoluerit, qui iurabit fidelitatem domino duci et successoribus suis et sic facient omnes comites qui erunt per tempora ducibus, qui erunt per tempora imperpetuum. Iurabunt autem et omnes homines

comitatus a tredecim annis et supra fidelitatem domino duci et successoribus suis, et ipsa fidelitatis sacramenta renouabunt singulis annis decem. Iurabunt quoque fidelitatem comiti omnes et comitibus omnibus futuris imperpetuum, salua fidelitate domini ducis ad honorem Veneciarum et salutem Ragusii cum bono et honore ac saluatione Veneciarum. Et si forte contigerit dominum ducem uel successores suos Ragusium applicare, recipiet eum honorifice ac illum procurabit, et nuncios suos similiter. Et si dominus dux uoluerit hospitari in domo archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et uoluntatem, sin autem dabitur ei domus honorabilis usque dum steterit ibi et nuntiis suis decentem domum pro hospitio assignabit. Et quotiens fecerit Venecia exercitum usque Durachium et a Durachio et infra usque Brundusium, et a Brundusio et infra sicut Venecia facit, sic facient Ragusini secundum numerum uirorum suorum. Si uero exercitum fecerit a triginta lignis armatis et supra que debeant transire Durachium et Brundusium, facient inde Ragusini tricesimam partem et stabunt in seruicio Veneciarum usque dum steterit exercitus Veneciarum. Tollent Ragusini de omnibus manibus extraneorum que illuc applicuerint ad portum faciendum illam rationem quam Venecia tollit extraneorum nauibus diuidentque illam in tres partes. De quibus unam dabunt archiepiscopo, aliam comiti et tertia sit comunis Ragusii. Omnes qui erunt amici Venecie Ragusini illos pro amicis habebunt, et omnes qui erunt inimici Veneciarum, Ragusini illos pro inimicis habebunt. Et non recipient Cacichios neque Dalmesanios uel alios grossarios et predatores siue raubatores in ciuitate Ragusii uel eius districtu, neque eis dabunt aliqua uictualia. Et si Venecia miserit contra Cacichios et Dalmesanios gallias ad offendendum eos, Ragusini similiter tunc mittent ad offendendum eos lignum quinquaginta hominum decenter armatos. Et omnibus aliis grossariis et predatoribus siue raubatoribus maris facient werram et eos offendent bona fide sine fraude a Durachio et infra usque Venecias. Dabunt quoque Ragusini omni anno in festo omnium sanctorum domino duci pro regalia yperperos duodecim et communi Veneciarum in Veneciis yperperos aureos veteres recti ponderis centum, et comiti suo in eodem termino yperperos C. C. C. C. de suo communi, et omnes alios introitus et honorificentias comitatus consuetas excepto introitu salis. Obsides autem dabunt Ragusini duodecim, de duodecim parentatibus nobiliorum illius terre moraturos semper sex obsides in Venecia ad expendium Ragusinorum in medio anno et alios sex in medio anno in cambio. Et si eorum aliquis moreretur uel fugerit, dabunt alium in loco eius. Iurabunt autem comes Ragusii et antepositi in aliquo officio ciuitatis et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia seruaturos, nisi remanserit per dominum ducem et maiorem partem

sui consilii. Et fideles erunt domino Jacobo Teupolo inclito Veneciarum duci usque dum uixerit in ducatu. Et hec sacramenta renouabunt Ragusini, quisque pro suo capite in omnibus suprascriptis singulis annis decem. Preterea Ragusini de mercibus Romanie quas Venecias apportauerint, dabunt in Veneciis communi Veneciarum quinque pro centenario, et de mercibus ultramarinis et terre Egypti, Tunissi et Barbarie soluent quintum. Et de mercibus regni Sicilie soluent quadragesimum communi Veneciarum. De mercibus uero Sclauonie in Veneciis nichil soluere debent. Et tantummodo cum quatuor nauigiolis a septuaginta miliariis infra debeant Ragusini Venecias uenire per annum. Et si aliter Ragusini Venecias uenerint, soluent quintum de omnibus mercibus Romanie quas Venecias apportabunt. Et tam per werram quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a Culfo Coranti infra. In aliis uero partibus uetitis per dominum ducem Veneciarum ire non debeant Ragusini, nisi secundum quod fecerint Veneti. Item ab Ancona istac per totam riueriam et a Polmentaria istac per totam riueriam ipsi Ragusini non facient portum, nisi per occasionem tollendi uictualia ducendi Venecias. In Veneciis uero non debent facere Ragusini mercatum cum foresteriis. Et hec concordia et factum amodo usque ad tres annos expletos firmatum est, et ab utraque parte debet firmiter obseruari et tantum plus quantum placuerit domino duci Veneciarum. Insuper ego iam dictus Cerna Vitane nuntius et procurator ciuitatis Ragusii iuro ad sancta dei euangelia supra animam meam et animas omnium hominum Ragusii, hanc concordiam et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum habere, et nullo modo contra uenire. In huius autem rei testimonium et ut hec magis robur obtineant firmitatis presens pactum et concordiam iussit iam dictus dominus dux sui sigilli munimine roborari. Datum Veneciis in palatio ducatus per manum Gabrielis ducalis aule Veneciarum scribe.

(Sigillum avulsum.)

Original u dvorskom arkivu u Beču. — Ovjerovljeni prijepis u arkivu u Dubrovniku.

Ljubić Listine I. 53. — Rad jugosl. akad. V. 116—9 (Ljubić). — Kukuljević Reg. no. 328.

9.

1236, 3. jula.

Bilješka o Pagu.

1236. tertia iulii. Rogerius et Leonardus filii quondam Petri Mauroceni comitis Absarensis renuntiant comiti Arbi castrum Kesse et Novaliam.

Lucius de regno l. IV. c. VII. 173. — Farlati Illyr. sacrum V. 241. — Kukuljević Reg. no. 334.

10.

1236, 11. jula. U Ankoni.

Prijateljstvo izmedju Trogira i Ankone.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Quoniam ea pacta quae in pacis concordiam et unitatem civitatum geruntur oblivioni, deccurentibus temporibus tradi solent, idcirco volumus eadem perpetuare memorabili litterarum serie. Cum igitur antiquitus Tragurienses cives, qui casu accidente ad civitatem Anconae veniebant, vel eius districtum, recipiebantur et honorabantur tamquam cives, opere precium duximus, nos Ugo Ugolini Latini potestas Anconae, voluntate consilii generalis eiusdem terrae more solito congregato, antiquam pacem (et) amicitiam inter Traguriensės et nos renovare, ad cuius amicitiae fedus stabile renovandum dominus Treguanus[1] Traguriensis episcopus et vir nobilis Dessa Luce ad civitatem Anconae venere, qui de iniuncto sibi officio debitam curam gerentes, hoc pactum inter nos et Tragurium et per dictos dominos nomine dictae civitatis statutum fuit, ut civis Traguriensis nunc et semper in civitate Anconae et in omni eius districtu sit securus et salvus, honoratus et receptus sicut quilibet Anconitanus. Civis quoque Anconitanus in civitate Tragurii et eius districtu habeat illud idem. Quod pactum nos Anconitani in posterum firmum et stabile habere volentes, ut nunquam de cetero possit aliquatenus hec concordia defraudari, eandem fecimus presentium litterarum communis Anconae sigillo testimonio annotandum, seu annotari, tradentes eam Carno filio dant[2] portandam et deferendam uniuersis Traguriensibus civibus nostrae communitatis bulla Kasavare[3] roboratam.

---

[1] Makušev pogrešno: Gregorius. [2] M.: filio Antonii [3] M.: et sigillo.

Datum Anconae sub anno domini 1236., die veneris, XI. intrante iulii, temporibus domini Gregorii papae IX. et domini Federici Romanorum imperatoris, indictione nona.

Lucius Memorie 37 ima ovu opasku o originalu; »Pende il sigillo di cera con la figura d' un huomo armato a cavallo in atto di ferire con la spada nuda alla mano destra«. — Farlati Illyr. sacrum IV. 339. — Fejér Codex IV. 1. 63—4. — Makušev Mon. hist. Slav. mer. I. 110. — Kukuljević Reg. no. 335.

11.

1236, 30. jula. U Reati.

Gregorije IX. papa biskupu pečujskomu, da uvede u slogu Kolomana kralja i hercega hrvatskoga sa templarima.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Bartholomeo) episcopo Quinqueecclesiensi, et dilectis filiis . . . preposito Quinqueecclesiensi et . . . abbati de Cicador Cisterciensis ordinis, Quinqueecclesiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi libenter ex multo sinceritatis affectu, quo personam carissimi in Christo filii nostri Colomanni regis Ruthenorum illustris et ducis Sclavonie in Christi visceribus amplexamur, sue velimus sublimitati deferre, in hiis tamen, que dissimulari absque peccato nequeunt, deferre sibi salva conscientia non valemus, ne si eum tanquam specialem ecclesie filium non retrahimus a peccato, et sibi demus perditionis materiam et nobis etiam causam mortis, dicente nobis domino per prophetam: fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, si non annuntiaveris impio, neque locutus fueris, ut avertatur ab impia via sua et vivat, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sane dudum dilecti filii . . . magister et fratres militie Templi in Ungaria et Sclavonia nobis graviter fuere conquesti, quod cum ipsi super quibusdam villis, domibus, possessionibus et rebus aliis, quibus ab eodem rege fuerant spoliati, primo ad eum monitorias ac postmodum ad venerabilem fratrem nostrum (Ugolinum) Colocensem archiepiscopum eiusque collegas executorias a nobis litteras impetrassent, demum inter partes amicabilis compositio intervenit, quam regia celsitudo promisit se firmiter servaturam. Et licet compositio ipsa fuerit per sedem apostolicam confirmata, quia tamen eam, quod vix poteramus credere, non servabat contra verbum regie veritatis, quod eum aliquatenus non decebat utpote salutis sue ac fame contrarium in-

debite veniendo, serenitatem suam rogandam duximus et monendam, ut compositionem eandem firmiter observaret, ita quod regalem excellentiam possemus merito commendare. Alioquin vos, filii abbas et preposite, ac dilectus filius . . . abbas Waradiensis, quibus super hoc scripta nostra direximus, dictam compositionem, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta, faceretis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari; non obstante indulgentia, qua sibi a nobis sicut dicitur est concessum, ut nullus in eum absque speciali mandato sedis apostolice sententiam excommunicationis audeat promulgare. Cum autem in commisso vobis negotio procedentes sollicite monuissetis eundem, ut compositionem ipsam observans, ac eisdem magisto et fratribus ablata in dominio suo restituens, de illatis dampnis et irrogatis iniuriis satisfactionem eis congruam exhiberet, idem proponens, quod non executores sed cognitores duntaxat eratis, ad sedem apostolicam si tanquam executores et non ut iudices procederetis in figura iudicii appellando, quodque non auctoritate sua, sed potius karissimi in Christo filii nostri Bele illustris regis Ungarie fratris sui a quo terram se habere asserit, fuerint spoliati, quanquam balivi et officiales sui ablata ipsis magistro et fratribus detineant universa, non solum ea restituere noluit, verum etiam fuit eis graviter comminatus. Propter quod vos, filii abbas et preposite cum dicto abbate Waradiensi apud eum proficere non valentes, processum vestrum non sine fratrum ipsorum preiudicio ad sedem duxistis apostolicam remittendum. Cum igitur non deceat contra compositionem premissam inter ipsum et iamdictos fratres tam solempniter initam sepedictum C(olomanum) venire, ut irrita faciat que de suis labiis processerunt, adhuc regalem excellentiam sicut iterum sic affectuosius rogandam duximus et monendam, sibi in remissionem peccatorum iniungentes, ut et ablata fratribus supradictis restituat universa et compositionem eandem studeat inviolabiliter observare; ita quod deum exinde propitium sibi statuat non offensum, et nos sinceritatis sue zelum possimus in domino commendare. Si vero contra compositionem predictam iuris aliquid se habere confidit, poterit coram nobis per procuratores idoneos assequi iustitie complementum. Ideoque in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus si dictus rex preces nostras non adimpleverit in hac parte, premissis exceptionibus ab eo propositis et aliis frivolis non obstantibus, cum non sit deferendum homini contra deum, loca ad que ipse devenerit supponatis ecclesiastico interdicto tamdiu observando, quamdiu ibi fuerit, donec eis universa huiusmodi restituantur ablata et de dampnis et iniuriis fuerit congrue satisfactum. Detentores quoque ac invasores predictarum rerum balivos etiam subditos et consiliarios regis, quorum ope et consilio ablata ecclesie detinentur, usque

ad restitutionem integram eorundem appellatione remota excommunicationis vinculo innodetis. Quod si non omnes, tu frater episcope etc. Datum Reate III. kal. augusti, (pontificatus nostri) anno decimo.

Ova listina s više pogrješaka nalazi se u »Analecta monumentorum omnis aevi Hungariae«. Rukopis u narodnom muzeju u Budimpešti (sig. 2211. fol. lat, vol. III. no. 4). Po tom štampao Fejér III. 2. 113—5 pogrješno.

Theiner Monum. Hungariae I. 146—7 (iz reg. orig. an. X. ep. 171. fol. 180). — Fejér Codex VII. 1. 256. — Manrique Ann. Cisterc. IV. 522. — Raynaldi Annales ad a. 1236. — Wenzel Cod. Arpad. VI. 46. — Potthast Reg. pont. zaveden od Fejéra ima takodjer dva puta, i to no. 8776 za godinu 1231., a poslije popravljeno u no. 10.216 sa pravom godinom. — Kukuljević Reg. no. 336.

12.

1236, 8. augusta. U Reati.

Gregorije IX. papa prima Sibislava kneza usorskoga pod zaštitu svetoga Petra.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio nobili viro Zibisclao kenesio de Woscura nato quondam Stephani bani de Bosna salutem et apostolicam benedictionem. Quos in medio nationis perfide constitutos prosequitur dominus sue clementie largitate, dando illis puritate catholice fidei prepollere, libenter apostolice sedis gratia confovemus, ut illius protecti munimine virtutum operibus possint liberius insudare. Te igitur, qui sicut letantes accepimus, inter principes Bosnensis diocesis infectos macula heretice pravitatis existis quasi lilium inter spinas, prosequendo sollicite, per quod valeat augmentum Christiani nominis auctore domino provenire, sincere caritatis brachiis amplexantes, personam et terram tuam cum bonis omnibus que impresentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione ac tutela suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes, ne quis te in fide ac devotione romane ecclesie persistentem supradictis terra et bonis presumat temere molestare, iure carissimi in Christo filii nostri (Bele) illustris regis Ungarie semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere, vel ei ausu teme-

rario contraire. Si quis autem hoc in cursorum etc. Datum Reate VI. idus augusti, pontificatus nostri anno decimo.

Theiner Monum. Hungariae I. 147 (iz reg. orig. an. X. ep. 183. fol. 183). — Farlati Illyr. sacrum IV. 48. — Raynaldi Annales ad an. 1236. §. 67. — Katona Hist. crit. V. 772. — Fejér Codex IV. 2. 36. — Potthast Reg. pont. I. no. 10.223. — Fermendžin Acta Bosnae no. 53. — Kukuljević Reg. no. 337.

13.

1236, 8. augusta. U Reati.

Gregorije IX. papa nadbiskupu ostrogonskom i drugim biskupima, neka ne dopuste uznemirivati štićenika sv. Petra kneza Sibislava.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi, (Bartholomeo) episcopo Quinqueecclesiensi et dilecto filio . . . preposito Strigoniensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectum filium nobilem virum Zibisclaum kenesium de Woscora, natum quondam Stephani bani de Bosna, qui sicut letantes accepimus, inter principes Bosnensis diocesis infectus macula heretice pravitatis existit quasi lilium inter spinas, prosequendo sollicite per quod valeat augmentum Christiani nominis auctore domino provenire, sincere caritatis brachiis amplexantes, personam et terram suam cum bonis omnibus que impresentiarum rationabiliter possidet, sub beati Petri protectione susceperimus atque nostra, districtius inhibentes, ne quis ipsum in fide ac devotione romane ecclesie persistentem supradictis terra et bonis presumat temere molestare, iure carissimi in Christo filii nostri (Bele) illustris regis Ungarie semper salvo; mandamus, quatenus non permittatis ipsum contra protectionis et inhibitionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari. Molestatores huiusmodi etc. Quod si non omnes etc. duo etc. Datum Reate VI. idus augusti, pontificatus nostri anno decimo.

Theiner Monum. Hungariae I. 147 (iz reg. orig. an. X. ep. 183. fol. 183). — Raynaldi Annales ad an. 1236. §. 67. — Wenzel Cod. Arpad. VII. 50. — Potthast Reg. pont. I. no. 10.225. — Fermendžin Acta Bosnae no. 54. — Kukuljević Reg. no. 337.

14.

1236, 8. augusta. U Reati.

Gregorije IX. papa prima pod zaštitu svetoga Petra Ancilu udovu Stjepana bana bosanskoga.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecte filie A(ncille) relicte quondam S(tephani) bani de Bosna salutem et apostolicam benedictionem. Quos in medio nationis perfide constitutos prosequitur dominus sue clementie largitate, dando illis puritate catholice fidei prepollere, libenter apostolice sedis gratia confovemus, ut illius protecti munimine virtutum operibus possint liberius insudare. Te igitur, que sicut letantes accepimus, inter principes Bosnensis diocesis infectos macula heretice pravitatis existis quasi lilium inter spinas, prosequendo sollicite per quod valeat augmentum Christiani nominis auctore domino provenire, sincere caritatis brachiis amplexantes, personam et terram tuam cum bonis omnibus que impresentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione ac tutela suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes, ne quis te in fide ac devotione romane ecclesie persistentem supradictis terra et bonis presumat temere molestare, iure carissimi in Christo filii nostri (Bele) illustris regis Ungarie semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Reate VI. idus augusti, pontificatus nostri anno decimo.

15.

1236, 8. augusta. U Reati.

Grgur IX. papa nadbiskupu ostrogonskomu i njegovim drugovima, da ne dozvoljavaju uznemirivati Ancilu udovu Stjepana bana bosanskoga.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi et eius collegis salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Ancilam relictam quondam St(ephani) bani de Bosna, que sicut letantes accepimus, inter principes Bosnensis diocesis infectos macula heretice pravitatis existit quasi lilium inter spinas, prosequendo sollicite per quod

valeat augmentum Christiani nominis auctore domino provenire, sincere caritatis brachiis amplexantes, personam et terram suam cum bonis omnibus que impresentiarum rationabiliter possidet, sub beati Petri protectione susceperimus atque nostra, districtius inhibentes, ne quis ipsam in fide ac devotione romane ecclesie persistentem supradictis terra et bonis presumat temere molestare, iure carissimi in Christo filii nostri (Bele) illustris regis Ungarie semper salvo; mandamus, quatenus non permittatis ipsam contra protectionis et inhibitionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari. Molestatores huiusmodi etc. Quod si non omnes etc. duo etc. Datum Reate VI. idus augusti, pontificatus nostri anno decimo.

Theiner Monum. Hungariae I. 147 (iz reg. orig. an. X. ep. 185 i 186 fol. 183). — Wenzel Cod. Arpad. II. 49. — Potthast Reg. pont. I. no. 10.224 i 10.226. — Fermendžin Acta Bosnae no. 55. — Kukuljević Reg. no. 338.

16.

1236, 12. novembra. U Zadru.

Obrad Ramljanin uzimlje od Bune opatice samostana sv. Marije vinograd u najam.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis nouembris, die duodecime intrante, indiccione decima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Obraddus Ramlanin confiteor per huius scripti noticiam, quod uos domina Bunna monasterii sancte Marie monialium abbatissa cum sororibus uestris et cum uoluntate Gregorii fratris Jurislaui advocatoris uestri dedistis et concedistis mihi et mee uxori Chitinie et heredibus nostris in terra uestra de sancta Eufemia uineam plantare taliter, ut dum eam cum uxore et heredibus habuero, dare teneor cum eis uobis et uestris successoribus sextum modium de uino hic in ciuitate de Tina; de oleo quidem et ficubus et omni alio fructu ex ea habito similiter sextam partem dabo; que terra est iuxta terram Blasii de Soppe, et si ficus uendidero, sextum denarium monasterio dabo, quod si ficus recentes domum tulero ad comedendum, ipsas cum dei benedictione habeam; si in fraude contra uestram iusticiam inuentus fuero, persoluem monasterio sex perperos; quod si pro paupertate uel alia necessitate uoluero uendere dictas uites, primitus uobis et uestris

successoribus illam uenditam declarabo; et si abbatissa uoluerit eas emere, dando mihi quod ab uno et alio habere potero, ipsas eidem dabo et non alio, et si eas emere noluerit, postea uendem cuicumque uoluero, saluo tamen omni iure monasterii prout dictum est et habendo uos sextum. Preterea non sit licitum mihi neque mee uxori nec heredibus meis dictas uites nulli ecclesie et nulli monasterio et nulli homini pro anima dimittere, nisi monasterio sancte Marie prefate. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis testibus: Preuossio presbitero predicte sancte Marie, Johanne de Uita.

Kopijalna knjiga u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

17.

1236. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaju se neke zemlje.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Zagrabiensis ecclesie capitulum salutem in uero salutari. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Belko ex vna parte, et ex alia Damald et Iwan filii Wogsa ad nostram accedentes presenciam nobis intimauerunt, quod Endrey et Sepina de genere ipsorum dicto Selk, terram suam nomine Ebus pro ducentis pensis argenti uendidissent. Item aliam terram Zbogcina idem Iwan et Damald prefato Selk pro trecentis pensis dixerunt se uendidisse. Item aliam terram Zbogcina Orisco et Sarcas filii Sarcas pro ducentis pensis se uendidisse dicto Selk sunt protestati. Ad maiorem uero certitudinem prefati uiri, qui scriptas terras uendiderunt, fideiussores statuerunt: Crachun et Floryan filios Crachun, Cristan filium Zeuchey, Woychin filium Peter de Zagoria, Stephanus filium Radus, Wychen filium Wolchech, Martyn filium Nezdesa, Iwahen filium Moncha, Iwan filium Binch, Damasc filium Thomas, Wolchka filium Isan, Wlchizlau filium Ginbrina. Mete uero dictarum terrarum ita sunt site: prima meta incipit ab oriente de monte, per quem uia transit et iuxta uiam meta est terrea, quam metam tenent cum populis castri qui uocatur Bolotyn; et inde descendit in uallem, et ascendit ad montem, ubi sunt due mete terree; et inde cadit ad paruam uallem et tendit ad duas metas, que sunt iuxta uiam; et per eandem uiam tendit ad occidentem ad metam, que est sub arbore populea et tenet metam cum populis castri qui uocatur Macolsyn, et inde uadit ad paruam uallem et ascendit superius ad duas metas, que sunt sub arbore tulfa; et inde tendit ad magnam uallem, in qua est riuus no-

mine Sabigc, et per eandam aquam tendit ad magnam uiam, et ibi sunt due mete, in quibus est arbor keurus; et de illis duabus metis per eandem tendit ad septemtrionem in magnam siluam et peruenit ad flumen quod uocatur Cirinik, et ibi est meta iuxta aquam, et metam tenet cum iobagione castri qui uocatur Zulich, et per eandem aquam que currit per silvam tendit ad orientem, et peruenit ad metam castri que uocatur Polona et inde per flumen Cyrynych (!) tendit ad riuum Obrusiensem; et per eundum riuum tendit ad priorem metam. Item meta terre, quam Iwan et Damald uendiderunt, incipit ad meridiem per riuum Obrys, et uadit ad magna/ siluam usque ad flumen Chernych; et per eandem aquam tendit usque ad terram episcopi,[1] et ibi meta est sub arbore zylfa; et inde tendit ad campum, et ibi est meta sub arbore tulfa; et per eundem campum uadit ad magnam uiam, et ibi sunt due mete, una est episcopi, altera Selconis; et in magna uia transit ad montem; et inde tendit ad maiorem uiam Worosdiensem, ibi enim deficit meta episcopi, et de magna uia procedit ad metam, que est sub parua arbore bacatya iuxta terram Zelco; et inde descendit ad magnam uallem, ubi est caput fluuii Obrusiensis. Terra uero, quam Orisco et Sarcas uendiderunt, sic metis est signata: Prima meta incipit iuxta magnam uiam de parte occidentali; et iuxta metam est caput parui fontis, qui currit ad riuum Globucy in magnam uallem; et inde ascendit in montem, ubi est meta sub arbore bicfa; et inde transit ultra uiam ad uiam, que est sub bicfa; et inde descendit in uallem, in qua est meta sub arbore tulfa et uadit ad aliam aquam Globusciz; et per illam aquam tendit superius ad meridiem, et uadit superius ad uiam; et per eandem uiam ueniet ad magnam siluam, et cadit iterum ad magnam uiam, et inde per paruam uiam tendit ad occidentem, et ibi sunt mete in silua per arbores mete signate; et inde procedit per montes et ualles usque ad aquam Bygna, et ibi est iuxta aquam puteus crucis, et metam tenens cum comite Goiden; et inde procedit superius iuxta aquam Bigna, et tendit usque ad terram castri, que uocatur Beletyncy, et ibi sunt due mete ultra aquam Bigna; et inde ascendit ad magnum montem, et ibi est meta sub arbore bicfa; et per eundem montem ueniet ad aliam metam, que est ihorfa, et est meta alia, et de parte occidentali super eundem montem est meta sub arbore gertanfa, et inde ueniet ad priorem metam usque ad caput fluuii Obris. Et ut ratum hoc et firmum permaneat, litteras nostras contulimus super hoc sigilli nostri munimine roboratas. Secundo Stephano episcopo Zagrabiensi existente, Fila preposito,

[1] sc. Zagrabiensis.

Pangracio cantore, Johanne lectore, Gregorio custode, Petro decano et aliis multis. Anno gracie M⁰CC⁰XXX⁰VI⁰.

Original u arkivu kneza Esterházyja u Željeznom; pečata više nema. Wenzel Cod. Arpad. VII. 19—21. — Kukuljević Reg. nó. 342.

18.

1237, 2. januara. U Zadru.

Bijela kći Vučine ostavlja svoj dio po ocu samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis ianuarii secunda die intrante, inditione decima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Bella filia quondam Vocinne et uxor Drasilli Bolienesiki pro remedio anime mee tale testamentum facio cum uoluntate et consensu dicti uiri mei Drasilli: primo quidem me reddo et offero domino deo et monasterio sancti Crisogoni et in manibus tuis domine de Torrente abbas prefati monasterii et fratrum tuorum seruire uobis et obedire cunctis uestris preceptis amodo in perpetuum, recipiendo a dicto monasterio uictum, uestitum, calciamentum, sicut alie sorores. Quicquid autem habeo uel habere uideor de patrimonio patris mei et matris mee, sit in manibus uestris ad faciendum, tractandum et ordinandum quicquid uobis placuerit, non habendo ego amodo in antea ullam potestatem de dicto patrimonio uendendi, nec dandi, nec donandi aliquid absque precepto uestro et parabola, et ad hec omnia dictus Drasillus consensit et ei placuit. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis et uocatis testibus: Almerico presbitero sancti Petri de Quadruuio, Johanne de St(er)gia et Marino Bertaldi.

Ego magister Gregorius Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam testamenti scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio samostana sv. Krševana caps. I. masso B. no. 6).

19.

1237, mjeseca januara. U Spljetu.

O parnici izmedju samostana sv. Stjepana i kaptola spljetskog za crkvu sv. Mihalja kraj mora.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo tricesimo septimo, indicione decima, mensis ianuarii. Temporibus domini Guncelli Spalatensis archiepiscopi, Marci comitis, Miche nepotis Budici vicarii. Archidiaconus et capitulum ecclesie Spalatensis petebat coram prenominato G(uncello) archiepiscopo suo: iustitiam fieri de monachis sancti Stephani quos dicebant ecclesiam sancti Michaelis de mari ad se de iure spectantem contra iustitiam detinere. Monachi uero dicebant: non respondemus uobis, quia suspecta nobis est audientia archiepiscopi. Et cum utrique parti complacuisset, ut in arbitros compromitteret, ipsi monachi retinentes dixerunt: nolumus iudicium archiepiscopi nec aliquorum arbitrorum, sed appellauimus ad sedem apostolicam. Dicente uero capitulo appellationem nullam esse, quia a nullo grauamine factam, archiepiscopus dixit: et ego tali appellationi defero. Actum est hoc in presentia et testimonio Dominici presbiteri, Marini et Dese clericorum. Et ego Cumanus clericus comunis Spalatensis iuratus notarius ibidem uocatus interfui et hec uidens scripsi et consueto signo compleui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu (a. 1237.).
Carrara Archivio 12. — Bullettino di Archeol. (1882.) 87. — Kukuljević Reg. no. 343.

20.

1237, 1. februara. U Zadru.

Bratoslav prima od Ginara vinograd pod zakup.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis februarii, die primo intrante, indictione decima, Jadre. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Ueneciarum et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego Brathoslauus filius Drasinni confiteor per hoc presens scriptum, quia recepi a te Ginaro genero Johannis Kiçii vnam

tuam vineam iuxta vineam Johannis Kaligarii taliter, quod dictam vineam laborabo cum meis propriis expensis, duobus uicibus annuatim çapabo, putabo, sternebo (!) et paginabo et omnem fructum uini et olei et ficubus (!) quod in ea in primis duobus annis habebo . . . et meum. Et exinde in antea fructum quod ex ea habuero . . . scilicet vini et olei eum partiemur per medietatem, tibi una medietas et mihi alia. Excepto quod lauteta et ficus erunt mee et licitum non sit mihi eam dimittere ante expletionem dictorum annorum, quod si eam dimitterem, tunc tibi debeo emendare . . . . . (lib)ras denariorum paruulorum, et si tu mihi eam susciperes . . . . . terminum, tunc solues mihi totidem libras. Actum est hoc . . . . . presentibus his rogatis testibus Gregorio ma . . . . . (no)-tario Jadre, Johanne Kalligario, Nicolao Gencu. (!)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio sv. Dominika no. 676).

21.

1237[1], mjeseca februara. U Trogiru.

Potvrdjuje se stara listina od god. 1111. i označuju zemlje crkve sv. Leona.

Verum postquam praefata ecclesia per longa annorum spatia per manum Adaleni seu nepotum pluribus clericis ad regendum collata fuisset, post obitum tandem Pauli archipresbiteri Traguriensis, qui dictam ecclesiam per manum nepotum Adaleni habuerat, Marinus clericus Bodini nepotis Adaleni filius ab eodem patre suo et ipsius propinquis, domino Treguano episcopo et capitulo Traguriensi fuit ad eiusdem ecclesie beneficium presentatus et demum ab episcopo et capitulo confirmatus. Suscepta igitur confirmatione confestim verbo ad verbum rescribi fecerim tenore presentis concordie, que in vetusta pagina fere deleta scripta erat, terras eiusdem ecclesie in presenti forma hoc ordine faciens annotari. Est autem in Balanzana terra trium vretenorum prope terram Dobre M(ica)cii. Ad pontem eundo ad laculum est terra trium vretenorum prope. Apud terram rufam est terra quatuor vretenorum. Apud Loquize est terra octo vretenorum, est alia terra in Loquize quatuor vretenorum. Apud Lepinum est terra novem vretenorum. Et ego Gau-

[1] Indikcija nije naznačena, da nam pokaže mletačko brojenje godine, ali mi držimo, da je u ovo doba mletačko brojenje godina gotovo kao pravilo, a uz njega kao iznimka brojenje florentinsko, pak i u jednom i drugom slučaju ima biti god. 1237.

sinna Tragurii primicerius rogatus a prefato Marino clerico presens instrumentum scripsi, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense februarii.

Lucius Memorie 492. Sporedi Codex II. br. 20. Ova je listina upravo bilješka Lucićeva. — Kukuljević Reg. no. 332.

22.

1237[1], 9. marta. U Zadru.

Buna žena Vitomirova poklanja dozvolom Bune, nadstojnice samostana sv. Marije, Andriji Butikovu svoj vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mensis martii, die nono intrante, indictione decima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenecie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Bunna uxor quondam Vittomirri vna cum filio meo Theodoro et cum uoluntate domine Bunne abbatisse sancte Marie monialium pro amore et nimia dilectione quam habeo in te Andream filium quondam Buttico, donaui tibi partem meam totam illius vinee, quam susceperat dictus vir meus a prefata abbatissa ad reparandum; que est posita in Petriçano iuxta uineam Boccanni et Bogdani de Sluraddo et iuxta partes vinee Nesco et Bogdani, quas ipsi similiter a dicta abbatissa susceperunt ad reparandum. Ob cuius donacionem dedisti mihi pro talione viginti perperos et dimidium, et insupra dono unum par calligarum de sanguintino; ita tamen, ut amodo in antea liceat tibi et tuis heredibus ac proheredibus dictam totam partem vinee salua ratione dicte sancte Mare (!), hoc est septima pars omnis fructus dicte vinee cum omni eius longitudine et latitudine et cum omnibus terminis et pertinenciis eius tam subtus terram, quam super terram libere habere, perpetuo possidere, vendere, donare, comutare, pignori locare, pro anima indicare et omnimode alienare nullis obstantibus uel contradicentibus. Vnde debeo et teneor eam tibi ab omnibus discalumniare et defensare super me et omnia mea bona. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis testibus: Creste de Cottopania de Arbo, Pellegrino de Ualle, Ogulino Kalligario. Ego Stefanus filius Laurentii examinator manus misi. Et ego Petrus diaconus atque sancte Anastasie canonicus et

[1] Prema ind. X. calc. flor.

Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

23.

1237, 21. maja. U Rabu.

Općina rapska prosvjeduje protiv namještenja kapelana kod crkve sv. Martina, a daruje ovu crkvu stolnoj crkvi sv. Marije.

Anno domini M⁰. CC⁰. tricesimo septimo, indictione decima, mense maii, vndecimo die exeunte, Arbe. Temporibus equidem domini nostri Jacobi Teopoli dei gratia incliti ducis Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie et Jordani uenerabilis Arbensis episcopi, ac Rogerii Mauroceni egregii comitis. Cum sit consuetudinis ciuitatis Arbensis, vt defuncto capellano cuiuscunque ecclesie fundatores ipsius ecclesie capellanum eligere debeant et ipsius electionis confirmatio ad ipsorum episcopum spectet, idcirco nos omnes quorum nomina inferius continentur fundatores ecclesie sancti Martini de Barbato, Arbensis diocesis, videntes ciuitatem nostram quandam summam pecunie sub leui termino domino duci debere et ingruente nimia necessitate de ipso debito nostro communi de pari et concordi uoluntate prelatorum et tocius Arbensis capituli, nec non de prece et beneplacito domini comitis, consiliariorum et uniuerse communitatis pignori locare disposuimus redditus ecclesie nominate, secundum quod in publico instrumento euidenter aparet, quos Arbensis communitas vix mediante termino quo iidem redditus tenebantur esse pignori obligati redimere curarunt. Igitur cum cathedralis ecclesia sancte Marie nostre ciuitatis plurimum indigeat restauracione, nec in ipsius beneficio proprie sufficiant facultates, nos de assensu et concordi uoluntate domini comitis et tocius communitatis ac maioris partis prelatorum atque capituli unanimiter possessiones suprascripte ecclesie in usum et vtilitatem sancte Marie cathedralis ecclesie nostre condonauimus. Verum quia elapsis duobus annis ex quo ecclesia sepedicta capellano vacabat, dominus Jadrensis archiepiscopus dominum Jordanum episcopum nostrum instituerat capellanum, quod facere minime debuerat, quia sicut diximus duobus iam annis elapsis institucio capellani non ad ipsum sed ad dominum apostolicum de iure spectauit. Qua de re idem episcopus noster duos canonicos D. et M. maliciose sibi sociauit, in quos a quibusdam paucis fundatoribus electio dicitur facta fuisse, uolens cum ipsis in tres partes

predictas diuidere possessiones maiori ecclesia defraudata. Nos igitur statum et honorem cathedralis ecclesie sublimare uolentes, pro restauracione et comodo sepedicte ecclesie iam dictam ecclesiam sancti Martini cum suis redditibus refutauimus et condonauimus nominate sancte Marie, nostrum episcopum postulantes, vt super hoc canonico iure confirmacionis munus preberet, quod idem facere renuit, sed quod deterius est, totam terram nostram supposuit interdicto in nostrum preiudicium non modicum et grauamen, a quo nos sedem apostolicam appellauimus. Hec sunt igitur nomina fundatorum: Christophorus Maldenaro, Christophorus iudex, Albertus, Duimus, Creste Gambigrosse, Madius Bertaldi Kalenda, Madius Tolcus, Çudnicus, Stephanus de Surica, Tomas de Trekella, Clemens, Damianus, Filolus, Madius Gauçinne, magister Dobre, Damianus Papamulle, Dimigna, Madius Ginanni, Martinus Duimi, Nicolaus et Ciprianus iudices, Vitus Barte, Jacobus Sergii, Petrus Meruitius, Gauçinna Sestre, Vicencius, Preste Gregurini, Ginnanus Dragobratte Vranis, Stephanus Scorobogatti, Johannes Sudie, Marinus Viule, Fuscus Fuscane, Cotopagna Vite magni capitis, Petrus Cipriani Çurina, Johannes gener Mencaneri, Piççullellus, Maç, Designa filius Dane, Dimigna Marandul, Nicolaus Pribi, Nicolaus Sauini, Nicolaus Damiani, Cindre Antas, Marinus eius filius, Franç Simon nepos Cocorini, Hermolaus Slouigna, Leonardus Scumuse, Drasigna Mathesse, Paule Fuscane, Dimnice Ualage, Mengaçac, Brisogonus, Duimus de Costre, Abundius Duimus de Kaçça, Marinus nepos Madii, Vitaçça Costri, Bettce Surina, Porugga Lunne, Vitaçça Pruanole, Petrus Vicli. Omnes quidem suprascripti fundatores sicut iam sepius pretaxatum est de prece et pari et concordi uoluntate domini comitis et maioris partis capituli, ac tocius communitatis Arbensis ecclesiam suprascriptam beati Martini de Barbato cum omnibus redditibus suis refutamus et condonamus in usum et utilitatem, ac restauracionem cathedralis ecclesie sancte Marie quiete et perpetuo possidendam, quam refutacionem et condonacionem, quia dominus Jordanus episcopus noluit confirmare, apostolico petimus munimine roborari. † Ego Christophorus Cotopange examinator et iudex manu mea scripsi.

Et ego Sergius Arbensis notarius de precepto supradicti domini comitis et ipsius curie hanc postulacionem et appellacionem scripsi, compleui et roboraui. (Monogr. not.)

Original u kr. zematjskom arkivu u Zagrebu (doc. medii aevi).

Farlati Illyr. sacrum V. 241. — Wenzel Cod. Arpad. VII. 51—3 *(po Farlatu). — Kukuljević Reg. no.* 345.

24.

1237, 18. maja. U Dubrovniku.

Zabranjuje se trgovina s Bosnom, dok se poslanici odanle ne vrate.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis madii, quarto decimo die exeunte, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Johannes Bogdani, Vlcius Bladimiri, Martinusius comitis Geruasii consules Ragusii cum populo Ragusii stabiliuimus et laudauimus hunc bandum, ut nullus Raguseus cum mercatandia uadat Bosnam, donec missi nostri Petrus de Sreta et Petrus Sabini Tillerii, quos modo mittimus Bosnam, uadant et uenient Ragusium. Quicunque autem Raguseus fecerit contra hunc bandum, det uenturo domino nostro comiti Ragusii bandum de quinquaginta perperis. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hi sunt testes: Grubessa Gundule iuratus iudex. Et ego presbiter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

25.

1237, 10. juna. U Dubrovniku.

Basilija supruga Petra Marichne daruje mužu svoj miraz.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis iuni, decimo die intrante, coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Basilia uxor Petri de Marichni confiteor quoniam totum perc(h)ivium meum et omnia que dedi eidem Petro uiro meo in omnibus et per omnia pacata et quita et scapula sum, et de hiis omnibus nichil habeo ad querendum in perpetuum. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule iuratus iudex et presbiter Paulus spiritualis pater et pitropus eiusdem Petri et Andreas Paganezi et Kalenda Cerneche et Blasius de Micio de Durachio. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

26.

1237, 24. juna. U Sebusu.

Kralj Bela utemeljuje opatiju Bélakut i dariva joj množinu posjeda u županiji srijemskoj.

Bela dei gracia rex Hungarie uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Que ecclesiarum uel ecclesiasticorum uirorum vsibus per fidelium donacionem offeruntur, in ius non tam humanum quam divinum cedere dinoscuntur, quia in eorum collacione non fauor humanus, vel rei transitorie, sed eterne remuneracionis premium exspectatur. Vnde tanto firmius et inreuocabilius robur optinent, quanto his cui pro cuius remedio conferuntur durabiliora, ymmo sunt perpetuo duratura. Cum igitur omnis potestas sit a deo, reges et principes ecclesiasticis utilitatibus summo opere debent diligenter intendere vt caduca transmutent sempiternis, et de mammona iniquitatis amicos facientes, cum defecerint, in eterna tabernacula recipi mereantur. Hac nimirum consideracione prouocati conuentum monachorum Cystercyensis ordinis de monasterio Triumponcium de Campania in Hungariam transmitti peciimus, quibus locum, qui Vkurd vulgariter appellatur, ad monasterii edificacionem deputauimus, et ne eos qui in eodem loco deo in religionis habitu famulantur propter defectum temporalium, sine quibus in hoc mortali corpore constituti non possunt sustentari, detrimentum pati contingeret, quasdam possessiones eidem ecclesie contulimus perpetuo possidendas. In comitatu Syrimensi de possessionibus hereditariis quondam Petri filii Gurwey, que sua infidelitate exigente, quia crimen lese maiestatis matrem nostram occidendo commiserat, ad manus regias fuerunt deuolute; inprimis ipsum locum, vbi monasterium est constructum, qui antea Vkurd, sed modo Belefons appellatur, cum omnibus suis pertinenciis, scilicet vineis, silvis, agris et pratis, et terris arabilibus, cum parte Danubii fluentis super terram illam, et cum viginti quinque villis sub vna meta existentibus, quarum nomina sunt hec: villa Comonch, villa Chuda, villa Achad, villa Theutonicorum, villa Bratach, villa Inend, villa Lazar, villa Vkurd, due ville Moniorous, villa Lesemer, villa Luaz, villa Cherwet, villa Erdeol, villa Warolea, et villa Furny cum insula, villa Perben cum piscina bona, et viginti duabus mansionibus servorum piscatorum, villa Stepholu, villa Oziun, villa Haranch, villa Pokoy, villa Bratycha, villa Comolous, villa Stenc, villa Oyfolu. Licet enim pro remedio anime karissime matris nostre omnes possessiones prefati Petri, cuius detestabili crimine fuit interfecta, dei ecclesiis conferri ydoneum extitisset

racionabiliter, has tamen in perpetuam elemosinam pro redemptione peccatorum anime tam ipsius quam nostre dedimus ecclesie supradicte. Contulimus eciam in Sirmia terram Narad cum omnibus prouentibus, videlicet siluis et terris cultis et incultis, aquis et pratis. Dedimus eciam eidem in Petend octo mansiones seruorum vinitorum cum terris suis, et quinque vineas super terra Nycolaii filii Theodori, quas iidem vinitores tenentur colere et vindemiare annuatim ad integrum in propriis sumptibus et vinum earundem vinearum portare ad claustrum tali modo, quod vinum purum quod pedibus bene exprimi potest recipiat ecclesia, et quod in torculari torquebitur, habeant iidem vinitores. Contulimus eciam ecclesie in Sirmia vineam, quam emimus propria pecunia de Mychaele officiali Botez, que vinea in terra abbatis de Dombo sita est. Cybriones vero de eadem vinea provenientes, quia non ad abbatem sed ad regiam maiestatem pertinebant, concessimus, ut nemini soluere teneatur. Item contulimus eidem ecclesie vltra Danubium possessionem, que vocatur Peturwarad et regale palacium ibidem constitutum cum omnibus pertinenciis suis, scilicet silvis, aquis, piscinis et insulis, terris cultis et incultis, cum tribus villis, quarum due vocantur Zoyl et tercia Bywolou, ipsas eciam cum terris eis appendentibus, que de possessionibus fuerant Petri de prenotato crimine condemnati. Preter villam vdwornicorum qui ultra fossatum commorantur, et inter villam ipsorum et abbatis est constructa ecclesia sancti Petri contulimus eciam terram Chemey eidem ecclesie, quam propria pecunia emimus ab Andrea filio Mychaelis. Item contulimus eidem ecclesie villam Bata, que fuit Mychaelis filii Opudini pro eo, quod serviens abbatis est ibidem interfectus, et postmodum de infidelitate eorum regni magnatibus est conuictus, cum omni terra ad ipsum pertinente. Contulimus eciam eidem ecclesie villam, que vocatur Sawar, a castro Bachyensi exemptam, cum terra sibi appendente in silvis, et in pratis, et in terris cultis et incultis, et triginta mansionibus aratorum, quibus ecclesia Belefontis modum seruiendi ordinauit in hunc modum: quod liberi sint a servicio aratri, sed quelibet mansio tenetur annuatim solvere ecclesie vnum fertonem et quadraginta acones de annona non propria sed abbatis et ad monasterium deportare, et tenentur gallinam unam dare singule mansiones. Item contulimus eidem ecclesie tres villas in comitatu Bachyensi constitutas, sed ad castrum Budruginense pertinentes, que propter locorum distanciam eidem quasi inutiles habebantur; quarum una vocatur Oronati, alia Coochka, tercia Pyros cum omnibus terris earum, quarum habitatores ab ecclesie subieccione non possunt recedere, nec ecclesia valet eos vltra consuetum debitum aggrauare, omni autem anno quelibet mansio tenetur dare octo acones puri frumenti, et quilibet aco continet quinque cubulos Syrmienses, dummodo

fames valida non contingat; insuper et vnam gallinam, et vnam scutellam, et duos denarios; et hec omnia tenentur portare in Warod in clycium ecclesie, sed non tenentur transire Danubium. Item contulimus eidem ecclesie villam que vocatur Borica que fuit Dyonisii comitis palatini, qui de regni dilapidacione et infidelitate euidenter est conuictus, cum terris, aquis, pratis, piscinis et insulis ad eandem villam pertinentibus. Contulimus insuper eidem ecclesie de consensu venerabilis patris Roberti Strigoniensis archiepiscopi plebanias utriusque Pesth, cum patronatibus, et omnibus prouentibus in decimis maioribus et minutis et capellis. Item contulimus eidem ecclesie quinque tymynos salium soluendos in Scegued annuatim ad usum fratrum, qui in eodem monasterio commorantur. Porro omnes possessiones prenotatas contulimus eidem ecclesie tali libertate, ut populi eas inhabitantes uel qui in posterum habitare uoluerint, liberi sint ab omni tributo et exaccione in toto regno Hungarie, nec audeant ibi monetarii uel collectores descendere, sed ad forum ipsorum sicut ad alia fora uenire valeant et suum officium modo debito exercere. Verum si collectam rex in regno indixerit, sive pro redempcione monete que recepta non fuerit, siue lucrum camere, uel quocunque alio nomine censeatur, iobagiones predicte ecclesie a regali collecta penitus sint liberi et immunes, sed medietas illius quantitatis que ab aliis recepta fuerit a iobagionibus ecclesie abbati persolvatur, medietas uero eisdem iobagionibus remittatur. Omnes autem causas inter iobagiones ecclesie emergentes curialis comes ipsius iudicet et decidat; nisi forte pena sanguinis uel suspensionis debeat exerceri, quia tunc exequucio sentencie ad comitem parochyanum pertinebit. Si uero aliqui de eodem comitatu in quo populus ecclesie permanet, cum eisdem coram comite in causis que ad comitis cognicionem pertinent, agere uoluerint, comes uel qui eius vices gesserit una cum comite curiali ecclesie iudicare teneatur. In negociis uero monasterii palatinum, vel iudicem regalis curie quem abbas maluerit, ad eius peticionem rex assignet, et nullus alius audeat iudicare. Si quis autem cum abbate uel super aliqua causa que ipsum monasterium contingit agere voluerit, coram altero solummodo iudicum prenotatorum quem abbas elegerit agendi habeat facultatem. Porro fratres eiusdem ecclesie per totam Hungariam libere et absque tributo possint vendere et emere et transire vbicunque voluerint. Verum omnes cybriones qui in terra Narad uel in omnibus aliis terris, et vineis eidem abbati collatis regi uel comiti debebantur, contulimus eidem ecclesie tam de vineis propriis, quam eciam alienis in terris ipsorum constitutis, ita quod de singulis cybrionibus dimidius ferto persolvatur. Volumus eciam et statuimus, quod sepedictum monasterium Belefontis, quoad ius patronatus immediate ad regem pertineat, qui pro

tempore fuerit diuina gracia constitutus. Vt igitur hec nostre donacionis pagina inuiolabiliter in posterum perseueret, eam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Sebus anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, octauo kalendas iulii, regni autem nostri anno secundo.

Iz potvrde kralja Ladislava Kumanca od g. 1279, 30. januara prepisano po kaptolu srijemskom g. 1385, 28. juna. Izvornik potonje u državnom arkivu u Budimu (M. O. D. L. no. 216; stara sign. N. R. A. fasc. 1528. no. 1.)

Fejér: Codex IV. 1. 68—71 (nepotpuno po istom izvoru). — Wenzel: Cod. Arpad. VII. 27—31. Kukuljević Reg. no. 347.

27.

1237, mjeseca juna. U Spljetu.

Marin Rabljanin uzajmljuje neke novce.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis euisdem millesimo ducentesimo trigesimo septimo, indictione decima, mense iunio Temporibus Guncelli Spalatensis archiepiscopi, Marcii Curtis, Petri Pinose uicarii. Ego quidem Marinus Arbensis filius Laurencii positus in Spalato confiteor et recognosco: me debere tibi Petro filio Jacobi Sabacii decem et septem libras denariorum paruorum, quos denarios promitto et obligor bene et integre soluere tibi per totum mensem iulium proximum, quod si non fecero, tenear tibi dare duplum super bonis meis et super meam personam et super meos heredes, et totam expensam quam feceris pro istis denariis intra curiam uel extra, eodem modo sit super me, ut superius dictum est. Super hoc autem fideiussit Germanus Purnos filius Sabacii Male super bonis suis et super suam personam et licebit Petro tenere, super quem sibi placuerit ex his duobus. Testes sunt Gregorius Lamboni et Micha filius Sabbe Guseli. Et ego Cumanus clericus comunis Spalatensis iuratus notarius audiens a predictis Marino et Germano scripsi et consueto signo compleuii.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

Kukuljević: Reg. no. 346.

28.

1237, 20. jula. U Dubrovniku.

Prisega kneza Ivana Teupula.

† In nomine dei eterni amen. Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo septimo, mensis julii, vicessimo die intrante, die sancti Helie profete, indictione decima, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Ego quidem Johannes Teupulus filius illustrissimi domini Jacobi Teupuli egregii ducis Uenetie, dei gratia comes Ragusine ciuitatis, iuro ad hec sancta dei euangelia bona fide sine fraude et malo ingenio comuni eiusdem ciuitatis Ragusii ad honorem predicti domini ducis Uenetie saluare et regere eam ad usum et consuetudinem Ragusii maiori et minori (consilio) et rationes comunis Ragusii bona fide saluabo et omnes companias et sacramenta earum et reitates disturbabo, et ad iustitiam equaliter maiores et minores manutenebo et complebo iustitiam et cum maiori parte consilii uel cum curia cum sonitu campane malos usus Ragusii menemabo, et bonos usus Ragusii crescam, et nec amicum inuabo nec inimicum nocebo et ego habebo omnes honorificentias et balias quas habuerunt Ueneti comites Ragusine ciuitatis in Ragusio uel in omni alio loco. Hec omnia obseruabo saluo sacramento quod iuraui eidem domino duci Uenetie. De hoc autem facto sunt due carte similes hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Johannes Bogdani, Grubessa Gundule, Martinusius comitis Geruasii iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus Ragusii scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku. Ispod teksta slijede pismena na polovicu prerezana. (zbirka saec. XIII.).

29.

1237, mjeseca jula. U Veneciji.

Dubrovčani kupuju u Veneciji dva broda.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis julii, indictione decima, Rivoalti. Per uirtutem unius carte comissionis hunc modum habentis.

Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis aprilis octauo die, indictione decima, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem consules Ragusii Petrus Ballislaue, Johannes Bogdani, Vlcius Bladimiri, Martinusius Geruasii quondam comitis cum iudicibus et consiliariis et cum cuncto populo Ragusii, uobis namque nobilibus uiris, nuntiis et conciuibus nostris, Binzolio Bodatie et Andree Ballislaue, plenam uirtutem et potestatem damus et firmanus et solenem comissionem uobis facimus, ut super comune nostre ciuitatis duas galeas ematis pro utilitate nostre ciuitatis et pretium earum dabimus et persoluemus, secundum quod uos statueritis et ordinaueritis et quic(q)uid feceritis pro facto duarum galearum, firmum et stabile habebimus. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule iuratus iudex et Dabrana Proculi iuratus consiliarius et Cerne Vitane iuratus consiliarius et ego presbiter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui. Manifestum facimus nos quidem suprascripti Binzola Badatie (!) et Andreas Ballisclave (!) auctores et nuntii pariter, quia cum nostris sumptibus uice et nomine nostri comunis Ragusii recepimus a te uiro nobili Petro Marcello de connio sancti Angeli de Uenetia libras denariorum uenetorum duo millia et trecentas, quas dedimus et expediuimus in duabus galleis et earum sartio et apparatu et guarnitione, uidelicet libras denariorum uenetorum mille et nongentas in pretio ipsarum galearum et earum sartio et apparatu et reliquas quadringentas in guarnitione dictarum gallearum, quas galleas cum earum sartio et apparatu per virtutem suprascripte comissionis nomine et uice nostri suprascripti comunis Ragusii comparauimus a comuni Uenetie pro utilitate et necessitate prefati nostri comunis Ragusii, quas suprascriptas libras denariorum uenetorum duo millia et trecentos suprascriptum nostrum comune Ragusii amodo in antea usque per totum mensem augusti primo uenturum per suprascriptam indictionem, per se uel per suum missum tibi uel tuo misso in suprascripto Ragusio dare debet et deliberare in terra saluas sine omni periculo et occasione, aut ullis interpositis capitulis. Et si, ut dictum est, de tota suprascripta tua pecunia non fueris solutus, appacatus et deliberatus, extunc in antea liceat tibi uel tuo misso intromittere et tollere, uel tolli facere tantum de bonis et rebus hominum de Ragusio, ubicumque ea fuerint reperta, quod de suprascripto tuo omni tempore et duplo sis appacatus absque alicuius contradictione. Hec autem que suprascripta sunt si prefatum nostrum comune Ragusii non obseruauerit, tunc emendare debeat cum suis sumptibus tibi et tuis heredibus omnia tua suprascripta in duplum de terris et casis suis et aliis omnibus que habere uisum fuerit in hoc seculo, et in antea ipsum capitale et duplum post laborem

de quinque sex per annum. Signum suprascriptorum Binzole et Andree qui hec rogauerunt.

† Et ego Binzola Bodatie manu mea scripsi.

† Ego Andrea Ballislaue manu mea scripsi.

† Ego Marinus Donatus uice dominio testis sum.

(Signum notarii). Ego Marcus Pitulo presbyter et notarius et ducalis aule cancelarius compleui et roboraui.

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

30.

1237, mjeseca jula. U Veneciji.

Petar Marcel o dužnosti isplate za dva broda Dubrovčanima.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis iulii, indictione decima, Riuoalti. Commitentes committo ego Petrus Marcellus de confinio sancti Angeli uobis domino Johanni Teupulo comiti Ragusiensi et Jacobo Alberto atque Johanni Marcello ambobus de eodem confinio, confiteor et plenam tribuo potestatem uobis omnibus uel duobus, siue vni ex uobis manus manum hec presens comissionis carta apparet inquirendi, interpelandi, placitandi, respondendi, adducendi, tollendi et excutiendi libras denariorum uenetorum duo millia trecentas, quas pro comparatione duarum gallearum comuni Ragusii accomodaui, tam a dicto comuni quam ubicunque uel propter quemcunque eas inuenire poteritis cum carta et sine carta, per curiam uel extra curiam et securitatem carte et totum quod inde opportunum fuerit faciendi, sicut egomet facere debemus et qualemcunque securitatis cartam uel quic(q)uid in omnibus et per omnia inde feceritis, a me et meis heredibus firmum erit semper. Si igitur contra hanc securitatis cartam ire temptauero, tunc emendare debeam cum meis heredibus uobis et cuicunque securitatis cartam uel quidquid aliquid de suprascriptis feceritis, uestris ac illorum heredibus et successoribus autem libras quinque, et hec comissionis carta in sua permaneat firmitate.

† Ego Petrus Marcelli manu mea subscripsi.

† Ego Jacobus Maurocenus testis subscripsi.

† Ego Leonardus presbiter St. Angeli testis subscripsi.

(Signum notarii). Ego Petrus St. Angeli presbiter et notarius compleui et roboraui.

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.)

31.

1237, 28. septembra. U Zadru.

Črne Karbonov pokłanja Radovani udovi Ivana Ragna šest solana na Pagu.

(In Christ)i nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense septembri, (ter)cio decimo die exeunte, indictione vndecima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupulo, incliti ducis Venecie et Johannis venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Cerne Carbonis (con)fiteor per hoc presens scriptum, quod pro amore et dilectione quam habeo in te (Ra)douanam uxorem quondam Johannis Ragni, dono tibi sex meas salinas positas in insula Pagi ad Muruillam in ualle iuxta salinas domini (S)auçadeo, que saline fuerunt de Dessidrugo, cum omni sua longitudine (et) latitudine, cum suis terminis et pertinenciis tam subtus terram, quam etiam (su)pra terram, ita quod amodo in antea liceat tibi tuisque heredibus dictas sali(nas) habere, perpetuo possidere cum plena uirtute et po(testate) uendendi, (da)ndi, donandi, pro anima indicandi et totam tuam uoluntatem aciendi, nullis tibi obstantibus uel contradicentibus. Ob quam donationem tu talio(nem) decem perperas et medium vnius, ego debeo et teneor dictas sali(nas) discalumpniare et defensare tibi et tuis heredibus ab omnibus hominibus (c)alumpniantibus super me et super omnia mea bona. Actum est hoc et firmatum (presen)tibus his rogatis et uocatis testibus: Petro filio quondam Nicholai . . . redii et Prodde filio de Stregia. Ego Petrona examinator manum meam misi. Ego magister Gregorius Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio samostana sv. Nikole br. 4.). Oštećena ponešto.

32.

1237, 25. septembra. U Labinu.

Obnavlja se prijateljstvo izmedju Raba i Labina.

In nomine eterni dei. Anno nativitatis 1237., indictione X., die 6., exeunte septembris. Illis presentibus qui dicentur inferius venit nuncius

comitis Rugerii Mauroceni et tocius comunis de Arbe nomine Lauricha, cum libera voluntate eorum a quibus missus fuerat et fecit atque affirmavit pacem et concordiam inter Arbenses et Albonenses, sicut prius habere videbantur. Et dictam pacem iuraverunt de melioribus Albone XII. pro se et pro toto comuni observari fideliter in sempiternum, scilicet vicecomes Dominicus, iupanus Johannes, iudices Polercovic et Dragona Maricus, Petrus satnicus, Jancus, Dominicus Sedrica, Dominicus Nasinvera, Arnestus Charei, Ega de Griax, Andreas de Branix, Petrus de Mico et postea omnes bona fide observare et defensare homines de Arbe et bona eorum secundum suum posse, nec eis offendere nec per se nec cum societatibus aliorum, excepto si eorum dominus eis violenter imperaret. Et si aliquis de Arbe rationem petisset in Albona de qualibet re in presenti rationem, sicut suismet vicinis complere promiserunt, honorem etiam domini comitis Rugerii ut supra fideliter observare.

Actum Albone ante ecclesiam sancte Marie, presentibus etiam sacerdoti(bus) g. a. archidiacono Cnurtecha et aliis.

Ego Gregorius subdiaconus Albone scripsi, confirmavi et complevi.

Bullettino di Archeol. (1882) 163.

33.

1237, 27. oktobra. U Dubrovniku.

Neki stranci izjavljuju, da na dubrovačkim brodovima nisu imali nikakve štete.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis octubris, quinto die exeunte, indictione decima, in ciuitate Ragusii, in presentia domini Johannis Teupuli comitis Ragusii, filii domini Jacobi Teupuli illustrissimi ducis Uenetie et coram nobis subscriptis rogatis testibus. Nos quidem Constantinus filius nauclerii Daui et Pellegrinus filius Leonis de Odronto et Philippus de Pantaleone et Andreas filius Sirii Madii de Odronto iuramus ad dei euangelium et confitemur, quoniam per uoluntatem sociorum nostrorum nos uenimus Ragusium et prenominatus dominus comes Ragusii et comune Ragusii dederunt et deliberauerunt nobis omnia et mercimonia et omnes alias causas et nostras et sociorum nostrorum, quas habuimus in nauisolio, quod fuit de Ragusio, quod due gallee Raguseorum tulerunt ad calamam. Et confitemur, quoniam neque nos per nos, neque alii aliqui per nos, neque socii

nostri, neque alii aliqui per socios nostros, nec alia aliqua persona per se de omnibus histis (!) predictis causis nostris et sociorum nostrorum nihil habemus ad querendum, neque super comune Ragusii, neque super homines Ragusii. Si autem nos per nos, uel alii per nos, uel socii nostri, uel alii per ipsos, aut alia aliqua persona per se hec quesierit super comune uel super homines Ragusii, tunc nos prenominati Constantinus et Pellegrinus et Philippus et Andreas super nos et super omnia nostra obligamus nos dare curie domini imperatoris unusquisque per se quinquaginta uncias auri et etiam totum dampnum, quod pro hoc euenerit comuni Ragusii, uel hominibus Ragusii; et totum expendium, quod comune uel homines Ragusii pro hoc fecerint in curia uel extra curiam emendabimus illud comuni et hominibus Ragusii et per illud sacramentum, quod iurauimus confitemur, quod sic uerum est sicut hic confessi sumus et sic obseruabimus hec omnia sicut hic preleguntur; et per hoc sacramentum quod iurauimus obligamus nos, quod quando applicuerimus apud aliquam ciuitatem Apulie, faciemus facere aliam cartam notarialem similem huic carte comiti et communi et hominibus Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit, de hoc autem facto sunt due carte hec et alia. Hii sunt testes: Michael Proculi, Bocinus Bubalii, Clemens Sersii iurati iudices Ragusini. Marcus Fusculus et Bonado Mano Ueneti et Berardus Uulpo de ciuitate Firmana. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus Ragusii scriptor sum et testis, solitoque signo compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.). Ispod teksta presječena na pola pismena.

34.

1237, 31. oktobra. U Dubrovniku.

Sud radi Rožata.

Anno incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mensis octobris, secundo die exeunte. Nos quidem Johannes Teupuli, filius domini Jacobi Teupuli illustrissimi ducis Uenetiarum, comes Ragusii cum iuratis iudicibus Ragusinis Paulo Ranane, Mich(a)ele Proculi, Boxino Bubalii, Clemente Sersii hoc quod per sententiam adiudicauimus testamur. Nostra enim coram presentia Andreas de Ballislava advocatus monasterii Lacromonensis ex parte eiusdem monasterii . . . . fratrem Vitalem Theodori

Grubesse dicens: malignanter et per fortiam tenes Razatum, unde volo ut exeas inde. Qui Vitalis . . . . respondens dixit: Tu Andreas queris per monasterium, quod (?) monasterium est ecclesia. Et ego Vitalis . . . . ante dominum archiepiscopum et ante ecclesiam respondeo, ut curia mundana nihil habet ad dicendum, laicus es et per fortiam tenes Razatum. Et Andreas ostendit cartas, qualiter curia . . . . abbatem monasterii Lacromonensis misit in Razatum. Unde nos visis cartis Lacromonensis monasterii exhibitis nobis, quod dictus Vitalis per fortiam tenebat Razatum, ideo per sententiam affirmamus dictas cartas Lacromonensis monasterii sicut in ipsis continetur, et diximus, ut Vitalis exeat inde. Et sicut in predictis cartis continetur, dictum monasterium Lacromonense misimus in tenutam in Razatum, salva ratione omnium personarum. De hac autem sententia sunt due carte similes, hec et alia. Quod iudicium predicti domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Paschalis et comunis notarius iuratus audiens scripsi.

Mattei: Memorie storiche su Ragusa. Rukopis u knjižnici Male brace u Dubrovniku no. 416 (br. 267). Tom III. 190—91.

35.

1237 (6746.). U oktobru.

Mihajlo II. Angelo Dukas, despot epirski, priznaje privilegija Dubrovčanima.

† Δίκαιον καὶ προσφιλὲς θεῷ τὸ τοῖς πατρικοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθεῖν, καὶ μᾶλλον, εἰ ἐν ἀγαθαῖς πράξεσιν οἱ πόδες ἐκείνου ἐβάδισαν. ἐπεὶ οὖν, ὡς εἴρηται, δίκαιον καὶ ἄξιόν ἐστιν καὶ τῷ θεῷ ἀρεστὸν, ἀνανεοῦμεν διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν ὁρισμοῦ τὸ τοῖς Ῥαουσαίοις ἐπιβραβευθὲν σιγίλλιον παρὰ τοῦ ἀοιδίμου αὐθέντου καὶ πατρός μου, τοῦ Κομνηνοῦ κῦρ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, ὀπαδοὶ τῶν ἐκείνου ἀγαθοπραγιῶν γινόμενοι, καὶ διοριζόμεθα, ἵνα, ἐάν τινα Ῥαουσαῖον συμβῇ τελευτῆσαι ἐν οἱᾳδήτινι ἡμετέρᾳ χώρᾳ μὴ ἐπιβαλεῖν χεῖρα ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν τὸν ἐκεῖσε πρακτορεύοντα ἢ ἄλλον τινὰ τὸν ἐξ ὁρισμοῦ ἡμετέρου δημοσίαν τινὰ δουλείαν ποιοῦντα, ἀλλ' ἐκεῖσε ἀποπέμπεσθαι τὰ τοῦ τετελευτηκότος Ῥαουσαίου πράγματα, ἐν οἷς ἐκεῖνος διάθηται, εἰ δὲ καὶ ἀδιάθετος τελευτήσῃ, εἰς τοὺς συγγενεῖς καὶ κληρονόμους αὐτοῦ· καὶ οὐ μεθέξει τις τῶν δημοσιολατρῶν τῶν κατὰ χώραν λέγω ἐνεργούντων ἅψασθαι ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐκείνου τὸ οἱονοῦν, εἰ μή τις βουληθείη δικαίαν ἐπισπάσασθαι τὴν παρ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· πλεῖον δὲ τῆς πατρικῆς εὐεργεσίας ἧς εὐ-

ραντο οἱ Ῥαουσαῖοι, ἐπιχορηγοῦμεν αὐτοῖς ἡμεῖς τὸ περιπατεῖν εἰς πᾶσαν τὴν ἡμετέραν ἐπικράτειαν καὶ πραγματεύεσθαι, μηδὲν ἄδικον ὑφορωμένους πραχθῆναι ἐπ' αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων τῶν κατὰ χώραν ἐνεργούντον δι' ὁρισμοῦ ἡμετέρου, εἰς τοῦτο δὲ μόνον ἕλκεσθαι αὐτοὺς εἰς τὸ ἀπὸ δικαίου κουμέρκιον. διά τοῦτο γὰρ ἀπελύθη αὐτοῖς καὶ ὁ παρὼν ἡμέτερος ὁρισμὸς μηνὶ ὀκτοβρίῳ ἰνδικτιῶνος ια' †.

† Μιχαὴλ ὁ Δούκας †.

G. L. F. Tafel et G. M. Thomas: Sitzungsberichte der philos. histor. Classe der k. Akademie der Wissenschaften VI. 5. pg. 528—529 sa leksikalnim bilješkama.

Fr. Miklosich-Müller: Acta et diplomata graeca. III. pg. 67—68.

36.

1237, 2. novembra. U Zadru.

Daje se zemlja za nasad vinograda.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense novembri, secunda die intrante, indictione undecima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupolo incliti ducis Venetie et Johannis venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Johannis (Michaelis) egregii comitis. Nos quidem Creste et Damianus fratres, filii quondam de Mika de Stareka fatemur per hoc presens scriptum, quia nos damus vobis Sabaço de Benda et Grisogono eius consaguineo de Vegla quandam nostram terram positam a Lepekie in una uallera ex una parte iuxta nostram vineam taliter, quod in ipsa terra debeatis vineam plantare et dum ipsam habueritis et ex ea fructum extrahere poteritis, dabitis nobis annuatim decimum modium de vino de Tina hic in civitate, de olio quidem et omni alio fructu ex (ea habito recenti) vel sicco, similiter decimam partem nobis dabitis; et si de aliquo fructu ex ea habito recenti vel sicco vendideritis, decimum denarium nobis pacabitis. Si uero unam sportam ficuum recentium domum portaueritis ad comedendum, ipsam habeatis cum dei benedictione. Si autem ullo tempore in fraude contra nostram iustitiam inventi fueritis, nobis perperos sex pacabitis. Quandocunque autem tu Sabaço volueris vendere partem tuam socio tuo Grisogono, vel Grisogonus tibi, habeatis plenam potestatem vendendi vobis ad invicem saluo semper nostro iure. Quod si ipsas vites aliis vendere volueritis, primo declarabitis nobis vendicionem et si eas emere voluerimus, habendo nos spatium per quindecim dies et

dando nos uobis quod ab uno et ab alio habere potueritis, dabitis eas nobis et non alii (!) homini. Si autem noluerimus emere, (v)endatis postea cui volueritis, salua semper ratione nostra, ut sc(ript)um est. Hec autem omnia que suprascripta sunt sint firma et rata, t(am) pro nobis nostrisque heredibus, quam pro vobis vestrisque heredibus in perpetuum. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis et vocatis testibus: Creste Miliana et Slouigna filio yuppani Yuanni.

Ego Petrona examinator manum meam misi. Ego magister Gregorius Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui. (Monogr. not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (medju spisima samostana sv. Dominika no. 677).

37.

1237.

Koloman herceg hrvatski daruje Pakrac Marcelu sinu Abramovu.

C(olomanus) dei gracia rex et dux tocius Sclavonie, universis presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Noverint universi quibus scire expedierit, quod cum frater noster Bela rex illustrissimus Hungarie et nos de communi consilio regni universas perpetuitates superflue et inutiliter factas revocandas decrevissemus et revocassemus ab omnibus specialiter eciam ab Abraam comite filio Marcelli comitis terras suas, si que fuerant ultra Dravam et nos recepimus preter terram Pukur cum suis pertinenciis, quam sibi et per eum suis heredibus perpetuo statuimus possidendam, pro suis terris omnibus empticiis, que fuerant nobis necessarie et quas idem Abraam comes nobis de bona voluntate sua pro bono gracie nostre possidendas reliquit. Et prima meta ipsius terre Pukur, sicut per hominem nostrum Fabianum percepimus, incipit super eundem fluvium Pukur, ubi est magna arbor de populo, que vulgo dicitur narpha et ibi tenet metam cum Nadiha; et inde per viam ascendit iuxta fluvium Iwana a parte orientis usque ad metam filiorum Bodur comitis, et pervenit ad caput Mechynice minoris, et per eandem descendit usque ad terram filiorum Woycu, et ibi tenet metam cum eisdem; deinde exit de fluvio Mechynica et descendit per rivulum Crasnic et pervenit ad terram Dobrosig; deinde tendit per silvam, per quandam vallem descendit ad fluvium Mechynica; deinde super eundem fluvium descendendo tenet metam cum Garyg et pervenit ubi Kemenic

pothoca descendit in Mechynica et per eundem Kemenic ascendit usque ad caput et ibi tenet metam cum Garyg; deinde tendit per rivulum Cuchemir, descendit in predictum fluvium Mechynica, et per Mechynica tendit ad fluvium Soplonica, et per Soplonica inferius tendit, ubi cadit Mogorovc potoca in Soplonica, et ibi relinquendo Garyg, incipit tenere metam cum terra Gresenicha et per Soplonica(m) in magno spacio eundo venit ad duas metas terreas in portu ipsius Soplonica, ubi sunt due arbores tul et nar, ibi exit ad partem meridionalem per silvam magnam et arbores crucesignatas, tendit ad fluvium Pukur, ubi Muncadburne vocatur; inde per eundem fluvium Pukur tendit superius et tenet metam cum Petro de Welyca; deinde pervenit ad locum, ubi Pucruch cadit in Pukur; deinde tendit superius et tenet metam cum abbate de Woyos supra fluvium Pucruch, et de fluvio Pucruch exit et ascendit per fluvium Welyca pothoca, et ibi tenet metam cum Nadiha; deinde exeundo per Lyscovech pothoca ascendit et tenet metam cum cruciferis et ibi sunt mete circa arborem de piro; deinde ascendit per strata Colomani regis et pervenit ad metam Nadiha et ibi separatur de strato supradicto deinde per vallem descendit in predictum fluvium Pukur ad priorem metam, unde erat incepta, ibique mete terre supradicte terminantur. Et ne super hoc processu temporis possit aliqua oriri dubietas, litteras nostras de consilio fratris nostri et iobagionum suorum, nec non et iobagionum nostrorum, qui tunc presentes erant, videlicet Opoy bani, Nicolay magistri tavarnicorum, Ladislay comitis de Sumug et aliorum, sigilli nostri munimine roboratas dare concessimus. Datum per manus magistri File prepositi Zagrabiensis anno ab incarnatione domini M°CC°XXX°VII°.

Na hrptu savremena bilješka:

Priuilegi(um c)omitis de Puchurd.

Original u državnom arkivu u Budimu (M. O. D. L. no. 217; stara sign. N. R. A. fasc. 411 no. 6). Na listini vidi se trag, gdje je visio pečat.

Katona Hist. crit. V. 802. — Fejér Codex IV. 1. 83. — Wenzel Cod. Arpad. VII., 38—39. — Kukuljević Reg. no. 349.

37.

1237.

Koloman herceg hrvatski daruje neke zemlje svome kancelaru Filipu prepozitu zagrebačkomu.

Colomanus dei gracia rex et dux tocius Sclavonie universis presentes litteras inspecturis, salutem et omne bonum. Universitati vestre tenore presencium volumus fieri manifestum, nos cum magistro Phyla fideli ac dilecto cancellario nostro, preposito scilicet Zagrabyensi, nec non cum Thoma comite de Chay fratre suo, super quadam terra, quam primo ipsis dederamus in Wamus ad uiginti aratra, et super terra Kyliani que est iuxta eandem quam ipsi emerant, et super terra Musd a Martino filio Martini de Lypoy similiter eorum empticiam et non(!) duabus vineis Farcasi fili Cebze tale fecisse concambium, quod pro recompensacione predicte possessionis et comutacione eiusdem dedimus terram nostram nomine Luder integraliter et terram nomine Heyreh certis metis ex omni parte distinctam et circumpositam, sicut Botyz comes eam possederat cum tribus mancipiis, in quibus sunt tredecim hominum capita, libere, quiete et pacifice in perpetuum possidendam. Ut autem hec convencio rata semper et irrefragabilis permanere valeat, presentis scripti seriem sigilli nostri munimine contulimus super hoc roboratam, anno gracie M°CC°XXX°VII°.

Iz privilegija kralja Bele od g. 1244. 31. oktobra uzeta iz prijepisa kaptola bačkoga od g. 1356, koji se nalazi u državnom arkivu u Budimpešti. (M. O. D. L. no. 222, stara sig. N. R. O. fasc. 575 no. 21.)

Wenzel Cod. Arpad. VII. 40. — Kukuljević Reg. no. 348.

39.

1237. U Zagrebu.

Stjepan biskup zagrebački vraća kaptolu zagrebačkomu Toplice kod Varaždina i daruje mu više zemalja.

Stephanus dei gracia episcopus Zagrabiensis. Uniuersis litteras presentes inspecturis salutem in domino. Quum restituere usurpata ac nolle concupiscere aliena iuris persuadet equitas et ordo approbat rationis. Nos conquestionibus, peticionibus et precibus nostrorum fratrum Zagrabiensium sepius commoniti, et ad ultimum inclinati, considerantes diligencius et intelligentes plenius quedam iura ipsorum per predecessores et officiales nostros iniuste detenta esse, sicut nobis huius rei constitit certitudo, ipso-

rum uariis et ualidis probacionibus, tum ex priuilegiis regum, tum ex confirmacionibus pontificum romanorum ab eis nobis exhibitis et ostensis, restituimus eis sua iura, cum iam illa sine periculo anime nostre possidere ulterius non possemus, nichil deperire utilitatibus arbitrantes ecclesiasticis, iuxta canonicas sanctiones, si que sunt aliena, redderentur, maxime cum omnia illa sine aliqua lesione iuris uel dignitatis episcopalis restitui potuerunt, immo quia de iure debuerunt. Inprimis itaque restituimus eis terram siue predium Toplicha integraliter, quod eis collatum fuerat ab antiquo, ad nos autem nouiter pro quodam paruo concambio deuolutum, in quo ultra dimidiam iusti precii se deceptos asserentes et pariter ostendentes, idem concambium nobis in continenti restituere curauerunt. Pro Vgra autem et Zelina, quia et ista duo predia eis restituenda erant, sicut ex priuilegiis regum et confirmacionibus romanorum pontificum Vrbani et Gregorii demonstrarunt, nobis autem ualde necessaria erant, dedimus eis concambium, uidelicet: predium quod uocatur Podgoria cum omnibus suis decimis et duas eciam insulas iuxta Sawam sitas, quas Buza et Albertus ex parte nostra possidebant. Item quoniam antecessor noster bone memorie Stephanus eisdem donauerat ducentos porcos et totidem cubulos uini, ad communem mensam fratrum annis singulis prouenturos, donacionem illam uolumus obseruare; et insuper eorumdem compacientes paupertati adiecimus tercentos cubulos uini, ut deinceps quingentos cubulos uini habeant omni anno. Quu(m) uero alieni iuris fructus percepisse et detinuisse iniuste per officiales nostros peccatum quodammodo uidebatur, racione fructuum perceptorum et iniuste taliter, ut diximus, detentorum, donauimus nostris fratribus terram Zagrabie ad quatuor aratra, que ad ius episcopale specialiter pertinebat, cum quatuor aratris et quatuor mansionibus seruorum perpetuo possidendam, ad communem mensam fratrum, cum prius (talem mensam) in communione non haberent, et nos ad hoc modis omibus hanelamus et intendimus, quod et domum et curiam et mensam communem habeant et honestam. Quamobrem (et curiam) uicinam ecclesie ex parte septemtrionis cum piscina iuxta eandem existente dedimus communitati eorum, cum eciam prius eorum fuerit a fundacione ecclesie (seseque ad) ibidem paranda hedificia ad communes usus fratrum promissione spontanea obligantes. Item decimas Zagrabienses, sicut antecessores nostri possederant, dedimus plenarie (cum omnibus) minutis, agnis uidelicet, melle et cera, linis, nucibus, fabis et omnibus quecunque solent decimari, retentis tantummodo ex illis nobis tribus milibus et quingentis cubulis uini et quingentis quinquaginta capeciis et secentis gallinis. A decimacione autem ipsorum Vgram et Cas(i)nam excepimus, ad nostrum cellarium reseruantes. Pecuniam eciam, quam decimatores Zagrabienses nostris ministerialibus persoluere consueuerant,

uidelicet duas marcas et fertonem inter totum, quum ex nostra ordinacione hec consuetudo originem habuerat, remisimus penitus, amodo ne persoluant. Item, quum ad immunitatem ecclesie et ad decorem domus domini et ad fratrum libertatem conseruandam deo teste intendimus omni modo, sicut et tenemur, concedimus et statuimus: ut dignitates ecclesie Zagrabiensis canonicis Chasmensibus per nos uel per nostros successores nullatenus conferantur. Item fratres nostri decedentes plenam habeant facultatem de rebus suis disponendi, si uero intestati decesserint, ad manus fratrum plenarie et totaliter deuoluantur, nec nos uel successores nostri de ipsorum pecunia uel rebus quibuscumque aliquid possimus extorquere uel habere. Preterea super populos fratrum nostrorum descendendi potestatem non habemus, quum nec predecessores nostri super eos descenderunt, neque nos ulterius descendemus. Hec autem omnia idcirco studuimus ordinare, et dante domino ad ordinanda studebimus ampliora, quum nichil de hiis prouisum hactenus fuerat, hec neglecta erant penitus usque presens. Vt autem supradicta omnia iuste et pie per nos ordinata irrefragibilem et perpetuam habeant firmitatem, ad peticionem dicti capituli presentem indulsimus paginam sigilli nostri munimine roboratam. Anno incarnacionis dominice MCCXXXVII., pontificatus nostri anno (duo)decimo.

Original u arkivu kaptola zagrebačkoga (fasc. 23. no. 36.) Pečat manjka.

Tkalčić: Monum. episcopatus I. 76—77. — Monum. Zagrabiae I. 11—12. — Wenzel: Cod. Arpad. XI. 297—9. — Kukuljević: Reg. no. 352.

40.

1237. U Titelu.

Pred kaptolom titelskim prodaju Genko, Gene i Farkaš dio svoje zemlje Heten u županiji srijemskoj.

Capitulum Tytulense omnibus presens scriptum habituris salutem in domino saluatore. Vt obliuio memorie nouercari iusticie coronam versucia deicere falsitatis, veritatis radius nubilo eciam possit calumpnie obfuscari, rei geste series scripture testimonio roboratur. Uniuersorum igitur noticie volumus fieri manifestum, quod Gencus sacerdos et Bena clericus, fratres de uilla Heten de Syrmia proposuerunt coram nobis, se Stephano fratri Thome archidiaconi Syrmiensis de terra eorum nomine Heten centum iugera pro marca et dimidia uendidisse, ubi nunc ecclesia et uilla eiusdem Stephani est constituta. Item dictus Bena et Farcasius filius Beca asseruerunt, se uendidisse octoginta iugera predicte terre continua

pro vna marca Stephano predicto perpetuo possidenda. Ne autem huius rei series successu temporum valeat ab aliquo retractari, presentibus litteris sigilli nostri munimine roboratis fecimus perhempnari. Anno gracie MCCXXXVII°, Stephano preposito, Petro lectore, Redempto cantore, Wasardo custode, Mikaele decano et ceteris ibidem existentibus.

Iz izvornog prijepisa kaptola titelskoga od g. 1280. u arkivu obitelji Révay u Šćavnički.

Cod. dipl. patrius VI. 35—6.

41.

1237—1252. U Dubrovniku.

Popis knezova i sudaca u Dubrovniku u prvoj poli trinaestoga vijeka.

† Nomina comitum Ragusine civitatis: Johannes filius domini Jacobi, temporibus ducis Venetie . . . Ragusii. Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo septimo, mensis iulii vigesimo, datum in die sancti Helie, indictione decima. Iurati iudices: Johannes Bogdani, Grubessa Gundula, Martinusius (Geruasii).

† Anno MCCXXXVIII mensis iulii, indictione undecima, die decimo sexto in . . . . Nicolaus Tonisto; iudices: : Bocinus . . . Clemens Sersii et in octubri . . . . indictionis, Binçola, Grubessa Gundula, Gerdese Naim et Dabrone Lampredii et Michaelis Peçani.

† Anno MCCXL. mensis iulii, die sancti Helie, Stefanus Justinianus iudices: Velcius, Clemens Sersii, Jacobus Vecamire, Andreas Ballislave

† Anno MCCXLII. mensis augusti, in vigilia sancti Bartolomei apostoli, indictione decima quinta. Johannes Michaelis, iudices: Clemens Sersii, Grubessa Ballislave, Andreas Rananus.

† Anno MCCXLIV. mensis octubris, die prima, indictione secunda, Marinus Baduarius, iudices Clemens Sersii, Rosinus Goislavi, Johannes Petararius.

† Anno MCCXLV. mensis settembris, quarto die astante, die sanctorum Cosme et Damiani, indictione quarta, Johannes Quirinus, iudices: Bubanna, Dobrana Lampridii, Michael Peçane, Goislavus Teodori et Theodorus Bodatie.

† Anno MCCXVII. mensis octubris, secunda die intrante, indictione quinta, Jacobus Dalfinus, iudices: Grubessa Gundula, Michael Pecane, Grubessa Balislave et Goislavus, item iudices: Buban, Rosinus Theodorus, Pascalis Crosii et Vlcasse Johannis.

† Anno MCCXLIX. mensis octubris, decima die intrante, comes

Johannes Iustinianus, iudices: Petrus Balislave, Kalendi Cernehe, Priasmus Bodatie, Andreas Grede, Pascalis Crosii.

Anno MCCL. mensis septembris, iudices Grubessa Boditie, Pascalis Johannis Giude (?).

† Anno domini MCCLII. mensis iulii, in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Puli .... Ragusii dominus Marsilius Georgius et invenit prenominatos iuratos iudices: Grubessa Michaelem, Theodorum Goislavum et Pascham et in sequenti mensi iulii, septimo die, dominico, idem dominus comes iuravit regimini Ragusii, iurati iudices: Petrus Buban, Dabrana .... Mathias ....

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

42.

1238, 15. januara. U Zadru.

Dragoslav i Petar od roda Kačićā svjedoče, da su bili prisutni, kad je opat samostana sv. Stjepana bio uveden u posjed sela Kokićana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mensis ianuarii, die quinto decimo intrante, inditione undecima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenetie et Johannis uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Nos namque fratres filii quondam Oltre, uidelicet Dragoslauus et Petrus de parentela Cacicorum testificamur in deum et in animabus nostris et in ea ueritate que Christus est dicimus, quod in tempore domini Uincentii quondam abbatis monasterii sancti Crisogoni de Jadera fuimus in illo sauodo, quando Tolimirus filius Radosii Subiç sauodçauit terras de Cokicina que erant nepotis sui Georgii filii Stançe atque filii sororis sue; quas terras presente nobis dictus Georgius qui fuit de Sclauonia in obitu suo dimisit monasterio iamdicto sancti Crisogoni pro remedio anime sue et pro anima patris sui Stancii. Que terre sunt posite ex una parte iuxta terras nostre parentele Caciquorum, ex altera uero parte iuxta terras Lapçanum, scilicet Jurislaui filii Stefani Borislaui quondam et Radoslaui Beripliciçi; et isti uero Jadertini fuerunt nobiscum in sauoddo dictarum terrarum: abbas Vincentius predicti monasterii, Blasius quondam notarius Jadere, Martinus Molçaci aduocator prefati sancti Crisogoni, Trunçannus Michaelis, Bitte de Messe, Jacobus de Lemexio, Crisogonus filius Bellosii, Camassius Capillitus diaconus et quam plures alii; set dicti Grisogonus filius Bellossii et Camassius Capillitus antecedebant omnibus nobis et non contradicebant de dicto

sauoddo terrarum, set secundabant; et etiam isti nobiles de Sclauonia in eodem sauoddo nobiscum fuerunt dictarum terrarum: Rados Christiçiç, Miros frater eius, Dragos Primogouiç, Dragochinna frater eius, Mergen Radogostiç, Chodimir et Velcodrug fratres eius, Passouan Srinosiç, Bogodanus Uireuiç et quam plures alii. Et hec dicta sauodçatio tunc temporis fuit facta, quando fabes (!) ueniebant ad maturitatem. Et dictus abbas Vi(n)centius dimisit ibidem quendam prepositum suum Drassem et quendam puerum suum Damianum, qui custodirent fabas que erant seminate in illis terris; postquam dicte fabe ad maturitatem deuenerunt, tunc predictus dominus abbas misit homines suos et fecit fabas uellere et metere et fecit eas deportare ad dictum monasterium sancti Crisogoni et similiter fecit blauam metere que erat seminata in dictis terris; et eam blauam fecit deportare ad monasterium iamdictum. Insuper dicimus, quod dictas terras dictum monasterium sancti Grisogoni possedit usque ad destructionem ciuitatis Jadere. Et quia in his interfuimus idcirco perhibemus testimonium ueritatis super animas nostras coram his rogatis testibus: Lampredio Arbore, Platono de Mattafarro, Blasio filio quondam Miche de Pecenego.

Iz prijepisa od g. 1239, 18. juna. Original potonje listine u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio sam. sv. Krševana capt. XIV. rott. F. no. 2.)

43.

1238, 20. januara. U Trogiru.

Kaptol spljetski i samostan sv. Stjepana u Spljetu obvezuju se, da će se pokoriti odsudi sudaca odredjenih po papi u parnici za posjed crkve sv. Mihalja.

In Christi nomine. Anno natiuitates eius MCCXXXVIII., tercio decimo kalendas februarii, indicione uero XI., existente Tragurii Treguano venerabili episcopo, Stephano inclito comite, iudicibus Maticha et Paulo, in presencia testium inferius legendorum actum est hoc. Cum Thomas archidiaconus et capitulum Spalatensis ecclesie ex una parte et Milus abbas et conuentus monasterii sancti Stephani ex altera pro questione ecclesie sancti Michaelis et eius possessione apud Tragurium in presencia domini Vrsonis Traguriensis archidiaconi, Mathei Sibencensis archipresbiteri et Gausinne primicerii Traguriensis sedis appostolice delegatorum essent constituti et plurima utriusque partis coram dictis delegatis esset altercacio, tandem placuit utrique parti se arbitrio dictorum delegatorum committere, eisdem delegatis dantes manum et se obligantes pecuniali pena habiture

pro rato quicquid sepedicti delegati super dicta ecclesia et eius possessione inter utramque partem sentencia diffinierint arbitriali. Si autem aliqua parcium diffinicioni dictorum arbitrorum aliquo tempore obedire nolluerit et eorum sentenciam contempserit, teneatur dare parti aduerse ducentas libras paruulorum venetianorum.

Huius autem rei testes sunt: Radde diaconus, Madius Iurre et Forminus Festa.

Et ego Johannes Traguriensis iuratus notarius et sancti Laurencii canonicus rogatus ab utraque parcium presens instrumentum scripsi et consueti signi munimine roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu (XVI. 2. 26.)
Bullettino di Archeol. XIII. suppl. III. 81.

44.

1238, 29. januara.

Bela kralj potvrdjuje dobra križarskim redovima.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Bela dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Bulgariaeque rex in perpetuum. Ordo iuris expostulat et regiae dignitatis incumbit officio, ut tanto maioris dignitatis habeantur, quae donantur seu ordinantur ab ipsa, quanto ipsa honore ceteros praecellit. Et quia ex primae prevaricationis debito poenalitas oblivionis hominibus naturaliter est inflicta, salubriter est provisum, ut ea quae in posterorum memoriam suo merito sunt, regalis privilegii patrocinio perennentur. Hac animadversione inducti ad universorum harum serie volumus pervenire, quod cum regni regimine per successionem ac sicut deo placuit devoluto, superfluas et inutiles donationes temporibus piae memoriae Andreae patris nostri, nec non felicis recordationis Emerici regum Hungariae illustrium factas, per quas ius coronae regiae pene penitus erat annullatum, de charissimi fratris nostri Colomani regis et ducis totius Sclavoniae voluntate, ac de praelatorum omnium baronum nostrorum, nec non totius regni nostri consilio et consensu decrevissemus revocandas, utpote quae sine gravi regiae dignitatis periculo non poterant tolerari, ac donationes etiam ecclesiis et aliis piis locis per eosdem factas de eorundem consilio, ut processus facilius transiret in alias manus revocationis duximus apponendas; licet id non absque magna cordis nostri amaritudine et quodam modo praeter nostram voluntatem, quadam neccessitate inducti

fecissemus ad levigandum aliorum motum et scandalum temperandum. Postremo vero cum regnum nostrum divina praeveniente ac subsequente gratia in statum debitum esset iam quasi reformatum, ecclesiarum et piorum locorum utilitatibus, quibus conferre semper intendimus, non aufferre salubriter duximus providendum. Domui itaque Hospitalis Ierosolymitani, tum ex affectu quem erga ipsam gerimus, cum ad preces et instantiam honesti viri Rambaldi de Voczon magistri eiusdem domus per regnum nostrum, dilecti et fidelis nostri de consilio, consensu et voluntate praedicti fratris nostri Colomani regis, qui tunc praesens fuit fere cum omnibus iobagionibus suis et venerabilium patrum Roberti Strigoniensis archiepiscopi et Bartholomaei Quinquecclesiensis et Dionysii comitis palatini, Pous magistri tavarnicorum nostrorum et aliorum baronum nostrorum, qui tunc fere omnes praesentes fuerunt, reditus, terras quasdam et possessiones de dictis donationibus seu perpetuationibus concessimus et confirmavimus perpetuo pacifice possidendas, quarum nomina sunt haec.

Slijedi nabrajanje posjeda u Ugarskoj.

Item concessimus eidem domui terram ad decem aratra nomine Croac a castro de Walkoy exemtam quae est contigua terrae eiusdem domus, quae vocatur Magna Villa cum silva pertinente ad ipsam.

Slijedi nabrajanje posjeda u Ugarskoj.

Item ultra Drawam concessimus eidem domui terram Petriz exemtam de comitatu de Posoga; sed si auri fodina fuerit ibi inventa, eximius frater noster Colomanus rex et dux totius Sclavoniae debet habere quintam partem eiusdem terrae; si forte auri fodina cessaret, videlicet quod non inveniretur ibi aurum, debet illa quinta pars restitui domu prius dictae; si vero inveniretur aurum et argentum in illis quatuor partibus eiusdem terrae quae remanebunt domui vel in aliqua earum seu etiam in aliis terris a quibuscunque collatis quas habet in qualibet parte regni nostri, statuimus, quod tertiam partem proventuum auri et argenti libere percipiat dicta domus; duae vero partes ad regiam cameram devolvantur iuxta regni nostri consuetudinem approbatam. Item permisimus eidem domui terram de Zickuan cum omnibus pertinentiis suis. Item tria praedia quae pertinebant praedio Giez quae erant emtitia uxoris Gyulae bani. Item concessimus eidem domui quandam terram quae est circa quatuor aratra exemtam a comitatu de Vorosd, quae est contigua terrae sancti Ioannis de Vorosdino. Quia vero dictam domum praerogativa dilectionis amplectimur speciali, propter deum quantum in domo melior est dies una quam millia dierum huius mundi, ideo haec omnia supradicta volumus et mandamus nostris et successorum nostrorum temporibus integraliter observari, salvis libertatibus et immunitatibus per

omnia et in omnibus domus Hospitalis supradictae. Ne autem huius nostrae constitutionis seu confirmationis seriem quispiam praesumat infringere vel ei ausu temerario contradicere, sed per omnia robur obtineant firmitatis quae praesentibus dinoscuntur litteris instituta ex certa scientia praesentem concessimus paginam aureae bullae nostrae charactere in perpetuum roboratam. Lectum coram nobis venerabili patre Raynaldo episcopo Ultrasilvano, nec non coram Dominico magistro tavarnicorum nostrorum et Michaele praeposito Albensi et magistro Benedicto praeposito Budensi et aulae nostrae vicecancellario. Datum per manus magistri Stephani aulae regiae cancellarii et praepositi Wachiensis, anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo octavo, indictione XI., quarto kalendas februarii. Venerabilibus Ruperto Strigoniensi et Ugolino Colocensi archiepiscopis existentibus, Cleto Agriensi, Gregorio Iauriensi, Mathia Waciensi, Bartholomaeo Wesprimiensi, Bartholomaeo Quinqueecclesiensi, Raynaldo Ultrasilvano, Wulshw[1] Csanadiensi, Benedicto Waradiensi, Stephano Zagrabiensi episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus. Dionysio palatino et comite de Zolnuk, Ioanne Angelo, domino Simone comite Wachiensi, Pousa wajuoda Ultrasilvano, Dominico magistro tavarnicorum nostrorum et comite Nitriensi, Iula iudice nostrae curiae et comite de Kewe, Andrea Posoniensi, Mathaeo dapiferorum et comite Timisiensi, Chak Supruniensi, Demetrio Chanadiensi, Luca Mosonensi, Laurentio Wihoriensi, Demetrio Wodrogiensi . . . . Paulo . . . . Dionysio agazonum, Walamira pincernarum magistris et aliis quam pluribus comitatus et magistratus regni nostri tenentibus. Regni autem nostri anno tertio.

Fejér: Codex IV. l. p. 104—11. — Kukuljević: Reg. no. 354.

45.

1238, mjeseca januara. U Spljetu.

Pred sudom izjavljuju se svjedoci predvedeni po kaptolu spljetskom u pitanju, da li je crkva spljetska prepustila za 20 god. crkvu sv. Mihalja samostanu sv. Stjepana.

Hec sunt protestationes producte ab archidiacono et capitulo Spalatensi. Johannes presbiter Spalatensis iuratus et interogatus, si sciuerit uel audierit, utrum archiepiscopus et capitulum Spalatense concesserunt ecclesiam sancti Michaelis tenendam et fruendam monasterio sancti

[1] Ima biti Bulcsu.

Stephani usque ad XX. annos, quibus expletis, ut omnia restitueret dicte ecclesie Spalatensi pacifice et quiete, respondit: se non aliter scire, nisi solo auditu eo, quod in talibus ad consilium uocatus non esset. Interogatus, si expleti sunt viginti anni uel non, dixit se omnino nescire. Interogatus, qualiter tenuerint ipsam ecclesiam canonici Spalatenses Micha Piçi et Burellus, respondit, tenuisse eam ipsos canonicos, non tamen se scire sub nomine cuius; verum tamen audiui, quod Burellus tenuisset eam per manum archiepiscopi Bernardi. Interogatus quod (!) annos habeat respondit LX.

Desa presbiter Spalatensis iuratus et interogatus, si sciuerit uel audierit, utrum et archiepiscopus Bernardus et capitulum Spalatense concesserunt ecclesiam sancti Michaelis de mari abbati et conuentui monasterii sancti Stephani ad terminum XX. annorum, quo expleto deuoluatur dicta ecclesia ad archiepiscopum et capitulum Spalatense, respondit, non aliter scire, nisi solo auditu. Interogatus, qualiter tenuerint eam Micha Piççi et Burellus canonici Spalatenses, respondit, quod Micha Piççi tenuerit eam per manum archiepiscopi Petri filii Chetleni, Burellus uero[1] tenuit eam per manum archiepiscopi Bernardi, qui sibi eam contulerat in Hungaria et sicut audiui, quod eam dederat sibi in Hungaria, ita postmodum uidi eam tenere. Interogatus de etate, respondit se habere LXX. annos. Interogatus qualiter tenuerit eam Lucarus, quondam de episcopatu eiectus, respondit se audiuisse, quod tenuerit eam per manum archiepiscopi et capituli Spalatensis. Et ego Cumanus ecclesie comunis Spalatensis iuratus notarius audiens a predictis testibus et precepto delegatorum domini pape scripsi.

Ego Matheus archipresbiter Sibenicensis cum ex comissione condelegatorum meorum quibus receptio et examinatio testium super ecclesia sancti Michaelis de mari a Theobaldo domini pape capellano partibus auditore concesso nobis commissa fuisset, accessi personaliter ad Domaldum comitem et interogaui de omnibus diligenter. Qui iuratus dixit, quod ego tunc comes Spalatensis contractui interfui et rogatus a Deodato abbate et monachis sancti Stephani preces pro eis Bernardo archiepiscopo et capitulo cum tota comunitate eodem abbate et monachis presentibus optuli. Qui archiepiscopus et capitulum nostris et monachorum precibus acquiescens concesserunt predictam ecclesiam eisdem monachis tenendam ad uiginti annos; quibus expletis tenerentur eam resignare in manibus archiepiscopi et capituli ecclesie Spalatensis cum tota possessione sua integraliter. Interogatus de etate, respondit se fere octoginta annos habere.

[1] Slijedi precrtano istom tintom: ut audiuit, quomodo totaliter sibi in Hungaria archiepiscopus Bernardus.

*

Et ego Cumanus clericus comunis Spalatensis iuratus notarius audiens a predicto archipresbitero et precepto condelegatorum et scripsi et consueto signo compleui, anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo, indicione XI., mensis ianuarii, temporibus domini Guncelli Spalatensis archiepiscopi, Marci comitis, Petri Pinose vicarii.

(Signum notarii.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu (XVI. 2. 28.)
Bullettino XIII. suppl. III. 82—84.

46.

1238, 19. februara. U Dubrovniku.

Imenuju se punomoćnici za raspravu s općinom spljetskom.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo octauo mensis februarii, decimo die exeunte, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Johannes Teupulus comes Ragusii, filius domini Jacobi Teupuli illustrissimi ducis Venetie et populus Ragusii comitimus uobis namque conciuibus et iuratis aduocatis nostris Geruasio Naymerio et Andree Ballislaue et Cerne Vitanne, ut pro commune nostre ciuitatis habeatis plenam uirtutem et potestatem inquirendi, interpellandi et aduocandi super comune Spalati, uel super homines Spalati, et etiam pro comune nostre ciuitatis habeatis plenam uirtutem et potestatem respondendi comuni Spalati, uel hominibus Spalati. Que enim inquisieritis uel aduocaueritis aut interpelaueritis uel responderitis, firma et rata habebimus, et insuper quod pro aliquo homine Ragusii inquisieritis uel interpelaueritis aut aduocaueritis super comune Spalati uel super aliquem hominem Spalati, uel quod responderitis, sit firmum et stabile. Hec autem carta comissionis in sua firmitate permaneat et nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Paulus Ranane et Clemens Sersii iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.)

47.

1238, 16. marta. U Dubrovniku.

O stanku izmedju Dubrovnika i Spljeta.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mensis martii, sexto decimo die. Ego quidem Johannes Teupulus comes Ragusii, filius domini Jacobi Teupuli illustrissimi ducis Venetie. Hoc quod cum iuratis iudicibus Ragusii Paulo Ranane et Johanne Bogdani et Petro Ballislaue de statuto et concordia hominum Spalati et hominum Ragusii sententiauimus, coram uobis subscriptis auditoribus illud testificamur, Madius enim et Bocassus nuntii comitis Marci et comunis Spalati pro comite Spalatique comune et comunitas Ragusii per iudicem me elegerunt. Unde ego predictus comes Ragusii cum predictis iuratis iudicibus et cum uocatis et cum parte Ragusii, secundum pactum et obligationem duorum instrumentorum, quod predicti nuntii Spalati fecerunt nobiscum et cum comune Ragusii, de quo sunt due carte similes, de quibus unam habet comune Spalati et aliam habet comune Ragusii. Iuimus ad statutum terminum locum ad Stammum et ibi secundum illam obligationem per octo dies expectauimus iudices et uocatos et partem Spalati. Et ad ipsum locum et terminum non uenerunt, sed post octo dies miserunt suas litteras, excusando se in quibus non continebatur aliquod impedimentum, quod adtineret ad illam obligationem. Unde nos uisis illis cartis cum istis predictis tribus iuratis iudicibus per sententiam affirmauimus illam cartam obligationis, ut sit firma, sicut in illa continetur. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Boçinus Bobali, Clemens Sersii iurati iudices Ragusii et Marcus Fusculus et Marcus Bonus Veneti. Cum quibus et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus auditor sum et scriptor.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.)

48.

1238, 26. marta. U Lateranu.

Grgur IX. papa potvrdjuje nadbiskupiji dubrovačkoj sva prava, koja joj potvrdiše njegovi prešasnici.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Ioanni archiepiscopo Ragusino eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti apostolice sedis specula disponente domino licet immeriti constituti fratres nostros archiepiscopos et episcopos tam vicinos quam longe positos fraterna debemus caritate diligere et ecclesias eorum gubernacioni commissas apostolice sedis priuilegio communire. Eapropter venerabilis in Christo frater Ioanne archiepiscope tuis iustis postulacionibus clementer annuimus et ecclesiam Ragusinam, cui auctore deo preesse dinosceris, ad exemplar predecessorum nostrorum felicis recordacionis Innocencii, Anastasii, Adriani, Alexandri, Vrbani et Clementis romanorum pontificum sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presenciarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda, locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinenciis suis, omnes parochias ad ius commisse tibi ecclesie pertinentes, scilicet regnum Zachulmie, regnum Seruilie, quod est Bosna et regnum Tribunie, ciuitatem quoque Catharinensem seu Rose, Buduanensem, Antibarensem, Liciniensem, Suacensem, Scodrinensem, Driuastensem et Polatensem cum abbaciis, ecclesiis et parochiis suis. Confirmamus eciam vobis omnes possessiones et quecunque bona in ecclesiis, decimis, villis, colonis, prediis, agris, nemoribus, montibus, collibus, aquis, pratis aut quibuslibet aliis rebus, que predicta Ragusina ecclesia iuste ac canonice noscitur possidere, pallei quoque vsum pontificalis videlicet officii plenitudinem humilitatis et iusticie signum ad missarum solempnia celebranda, sicut et antecessoribus tuis concessum fuisse dignoscitur, et in festiuitate beati Blasii et in precipuis festiuitatibus ecclesie tue, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus, quo hiis diebus tamen adiuncto festo beati Blasii et precipuis festiuitatibus ecclesie tue, fraternitas tua, uti meminerit, quibus antecessoribus tuis ab apostolica sede constat indultum, sane successores tuos a romanis pontificibus consecracionis graciam in

perpetuum decernimus recepturos. Prohibemus insuper ne inter interdictos vel excommunicatos tuos ad diuinum officium aut communionem ecclesiasticam quisquam recipere sine congrua satisfaccione presumat, nisi forte periculum mortis immineat, ut dum presenciam tuam habere nequiuerit per alium, secundum formam ecclesie satisfaccione premissa oporteat ligatum absolui. Ad hec libertates et immunitates a regibus, principibus et ab aliis personis tam ecclesiasticis, quam mundanis ecclesie tue concessas et antiquas et racionabiles consuetudines hactenus obseruatas, integras et illibatas presenti decreto manere sancimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones aufere, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam venire temptauerit, secundo tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfacione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat vlcioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant amen. Datum Laterani per manum magistri Gillelmi sancte romane ecclesie vicecancellarii, domini pape notarii, VII. kalendas aprilis, indiccione XI., incarnacionis domini anno MCCXXXVIII., pontificatus vero domini Gregorii pape VIIII. anno XII.

Iz rukopisa »Bullarium Ragusinum« 435—436. u zem. arkivu u Zagrebu.

Kukuljević Reg. no. 355.

49.

1238, 10. aprila. U Rabu.

Jordan, biskup rapski i Krševan, opat samostana sv. Petra na Rabu, svjedoče, da je za njihovo vrijeme samostan sv. Krševana u Zadru posjedovao selo Kokićane.

Anno dominice incarnationis millesimo CC⁰ tricesimo VIII⁰, indicione XI⁰, mense aprilis, die decimo intrante, Arbe. Temporibus equidem

domini nostri Jacobi Teopuli incliti ducis Venecie, Dalmatie atque Crohatie et Jor(dani) uenerabilis Arbensis episcopi, ac Rugeri Mauroceni egregii comitis. Testificor ego namque Jordanus episcopus Arbensis superius nominatus in deo et in salute anime mee et in ea ueritate que Christus est uerum dico testimonium, quod post mortem Wincentii quondam abbatis sancti Grisogoni Jadrensis electus fui in abbatem dicti monasterii sancti Grisogoni et dictus abbas suo tempore habuerat et possederat nomine dicti monasterii et iure proprietatis uillam que appel(l)atur Cokichina cum vineis, terris cultis et incultis et cum omnibus terminis et coherentiis ad eandem pertinentibus; quam uillam cum omnibus eius terminis ego Jordanus tunc abbas suprascripti monasterii habui, tenui et possedi ad usum et utilitatem sepedicti monasterii usque ad destructionem Jadrensis ciuitatis, nullo contradicente; et hec, quia scio, per uerum dico testimonium. Et ego Grisogonus abbas monasterii sancti Petri Arbensis testificor in salute anime mee et in ea ueritate que Christus est, quod uiuente suprascripto Wincentio abbate eram monacus suprascripti monasterii sancti Grisogoni et uidi ipsum abbatem Wincentium dictam uillam habere et possidere; et post ipsum suprascriptus dominus Jordanus eam habuit et tenuit, sicut idem superius testificatus est. Quam uillam Jurgius filius quondam Stancii Lapçani pro remedio anime sue dicto monasterio condonauerat; et hec quia scio et vidi, per uerum dico testimonium. Acta sunt hec coram hiis rogatis testibus Clemente iudice Arbensi, Wito fratre Barthi et Diminçe Uolage et aliis
† Ego Uitalis subdiaconus et examinator me subscripsi.

Ego Lanfranchus Arbensis notarius interfui rogatus, ut audiui et uidi, scripsi, compleui et roboraui.

(Monogr. not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio sam. sv. Krševana cap. XIV. rottolo F. no. 1.)

50.

1238, 26. aprila. U Lateranu.

Grgur IX. papa biskupu humskomu: da se izabere novi biskup bosanski.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Theodorico) episcopo Cumanorum salutem et apostolicam benedictionem. Inspirationis divine gratia faciente, cuius virtute producitur, quod fidei orthodoxe

gloria per mundi climata dilatatur, carissimus in Christo filius noster Colomannus rex et dux Sclavorum illustris, sicut eiusdem insinuatione percepimus, terram Bosne, deletis tamen pravitatis heretice maculis, non absque multis laboribus deduxit ad lucem catholice puritatis. Verum cum summe sit necessarium, ut plantata ibi de novo christiana religio sub idonei pastoris regimine in divini timore ac amore nominis suscipiat incrementum et dilectus filius frater Ponsa de ordine Predicatorum, qui virtutes diligere ac in spiritualibus et temporalibus circumspectionis gratiam dicitur obtinere, ad hoc potissime competere proponatur, mandamus, quatenus ipsum dicte terre, si aliquod canonicum non obsistat, provideas auctoritate nostra in episcopum et pastorem, administrationem in spiritualibus et temporalibus sibi committens et faciens eidem a clero et populo debitam obedientiam et reverentiam exhiberi, contradictores etc. Si vero idem frater in hac tibi parte parere neglexerit, eum ad id monens, precipiendo spirituali districtione compellas, procurans sibi, postquam huiusmodi curam receperit, beneficium consecrationis impendi, recepto ab eo postmodum pro nobis et ecclesie romane fidelitatis solito iuramento iuxta formam, quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam; formam autem iuramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per eius patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare procures. Preterea sibi, quem soli apostolice sedi usque ad beneplacitum nostrum volumus haberi subiectum, iniungas, ut de terra Cholim, per eiusdem regis ministerium a pravitate consimili nutu divine potentie depurata, diligentem curam in spiritualibus habeat, quousque de illa per romanam ecclesiam, quod oportunum fuerit, disponetur. Ceterum quod ipse, postquam loco prefuerit, necnon instituendi per te prepositus et capitulum future cathedralis ecclesie, ac terre clerus in decimis et primitiis vel aliis percipere debebant, deliberatione sufficienti preambula statuas, prout secundum deum videris expedire. Si vero memorata provisio de predicto fratre provenire non poterit, deum habendo pre oculis providere de alio studeas, qui tanto competat oneri et honori, mandatum nostrum taliter impleturus, ut sis exinde et in presenti laudabilis et in futuro retributionis eterne premia consequaris. Datum Laterani VI. kal. maii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. 162—163 — (iz reg. orig. an. XII. ep. 53. fol. 7). — Ripolli Bull. ord. praedic. I. 101. — Pray Hierarch. II. 416. — Raynaldi Annales ad a. 1238. — Katona Hist. crit. V. 836. — Farlati Ilyr. Sacrum IV. 50 (nepotpuno). — Fejér Codex IV. 1. p. 124 (po Farlatu). — Potthast Reg. pont. no. 10,585. — Fermendžin Acta Bosnae no. 57. — Kukuljević Reg. no 356.

50.

1238, 2. maja. U Trogiru.

Strija, udova Dujma Peče obvezuje se, što će dati Radi de Garda kada uzme kćer njezinu Petronilu za ženu.

In Christi nomine. Anno natiuitatis eius MCCXXXVIII., sexto nonas maias, indicione uero XI., existente Tragurii (Treguano venerabili episcopo, Stepco potestate, iudicibus) Maticha et Paulo, in presentia testium inferius legendorum actum est hoc. Ego siquidem Stria, vxor quondam Duimi de Pecce, obligo me tibi Radde filio Giancii de Garda dare filiam meam nomine Petronillam tibi vxorem, cui filie mee quando eam duxeris tibi in vxorem, obligo me daturam supra partem vineam quandam sub Ostrog iuxta Drasienam et iuxta Rissum et unam ancillam tali tenore, ut post mortem meam nominata filia mea et de omni possessione que fuit nominati viri mei habeat plenarie partem suam sine diminutione sicut aliquis heredum meorum; si autem sicut dictum est nominatam filiam tibi dare in vxorem noluero, teneor dare tibi centum perperos de quibus omnibus do tibi fideiussorem Theodosium cognatum meum. Et ego Theodosius nominatus de dicta Stria cognata mea tibi prefato Radde sum fideiussor, ut si ipsa Stria, sicut dictum est, sepefatam filiam suam tibi in vxorem dare noluerit, liberam habebis potestatem de rebus meis de centum perperis sumendi solutionem; simili modo si, quando duxeris filiam eiusdem Strie in vxorem . . . . . et ancillam sicut policitum est eidem filie sue non dederit, de vinea et de rebus meis sumes solucionem.

Huius rei testes sunt: archipresbiter . . . . sia, Radde diaconus et Damianus Martini.

Et ego Johannes Traguriensis iuratus notarius et sancti Laurencii diaconus uocatus ab utraque parcium et rogatus a prefato Theodosio (et) Stria presens instrumentum scripsi et consueto munimine roboraui.

(Signum notarii.)

Ego Donatus examinator precepto Dese . . . . manum meam mitto.

Original u arkivu kaptola u Trogiru a. 1238 no 3.

52.

1238, 8. maja. U Zadru.

Gjuro župan iz Lapčana svjedoči, da selo Kokićane pripada samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mensis madii, die octauo intrante, indictione undecima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Venecie et Tomasi Franci uenerabilis Jaderensis archielecti, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Testificans testificor ego namque iuppanus Georgius de Lapçano de Crino in deo et super animam meam et in ea ueritate que Christus est dico, quod post destructionem urbis Jadere terras illas uineas et uillam de Koquikiane, quas tenuit Stance de Lapçano, iuppanus Jacobus bone memorie quondam pater meus tenuit laborare et seminare fecit (et satura)m inde collegit et tunc temporis uidi et audiui, quod patrui mei scilicet: Gregorius Nichola et Vgniça et consaguinei mei Borislauus et Rados(la)uus et alii dicebant dicto patri meo: cur non das nobis partem de uilla de Coquikiane et terris et uineis quas tenuit dictus Stançe, da nobis exinde partem nostram; ipse uero pater meus respondit: hec dicta uilla, terre et uinee non mihi pertinent, nec uobis, nec sunt de nostro patrimonio, set sunt de monasterio sancti Grisogoni Jadere et nunc illud monasterium non habet potenciam ea tenendi, set cum habuerit potenciam, ego ea dimittam dicto monasterio; ac illi tacuerunt. Post uero mortem dicti patris mei frater meus iuppanus Martinus eodem modo terras illas, uineas et uillam (tenebat), ego autem dictus Georgius dixi dicto fratri meo: frater mi, cur non das mihi partem de istis terris uineis et uilla, da mihi exinde partem meam que me contingit; et ipse mihi respondit: hee terre uinee et uilla dicta non sunt mee, set sunt monasterii sancti Grisogoni; ego autem dictus Georgius sciens hec supradicta non esse nostra, set dicti monasterii, silui et eum amplius exinde non molestaui. Quomodo autem hec omnia dicta scio, ita esse uera ut dicta sunt, ideo super animam meam testimonium perhibeo ueritatis. Hec autem testificatio facta est coram his rogatis et uocatis testibus: Stefano Fallicantio, Petrigna Gattulino et Dobroy(o) de Carlia. Ego Stefanus filius Laurencii examinator manus misi. Ego magister Gregorius Jaderensis notarius interfui rogatus ex precepto supradicti

domini comitis et eius curie, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Iz prijepisa od g. 1239. 18. juna.

Original potonje listine (od 1239.) u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio sam. sv. Krševana cap. XIV. rott. F. no. 2.)

Farlati Ill. sacr. V. p. 74. spominje ovu listinu.

53.

1238, 16. jula. U Dubrovniku.

Prisega kneza Nikole Toniska.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mensis iulii, indictione undecima, sexto decimo die intrante. Dominus Nicolaus Tonisco comes Ragusii intrauit in ciuitatem Ragusii sexta feria. In sequenti autem dominico die in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane idem dominus Nycolaus comes Ragusii tale sacramentum fecit. Ego quidem Nycolaus Tonisco de precepto domini Jacobi Teupuli ducis Venecie dei gratia comes Ragusii. In nomine domini iuro ad hec sancta dei euangelia bona fide sine fraude et malo ingenio comuni eiusdem ciuitatis Ragusii ad honorem predicti domini ducis Venetie saluare et regere eam ad usum et consuetudinem Ragusii maiorem et minorem et rationes comunis Ragusii bona fide saluabo et omnes companias et sacramenta earum et reitates disturbabo et ad iustitiam equaliter maiores et minores manutenebo et complebo iustitiam et cum maiori parte consilii uel cum curia cum sonitu campane malos usus Ragusii menemabo et bonos usus Ragusii crescam et nec amicum iuuabo nec inimicum nocebo per fraudem. Et ego habebo omnes honorificentias et ballias, quas habuerunt Veneti comites Ragusii in Ragusio uel in omni alio loco. Hec omnia obseruabo saluo sacramento, quod iuraui eidem domino duci Venetie. De hoc autem sacramento sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes Boçinus Babalii, Clemens Sersii iurati iudices Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Dva originalna eksemplara u dubrovačkom arkivu i izmedju njih na pola presječena pismena (zbirka saec. XIII.)

54.

1238, mjeseca jula. U Veneciji.

Rasprava o namirenju duga Ivanu Dandolu.

Anno domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mensis iulii, indictione undecima, Riuoalti. Plenam et integram facimus facimus (!) nos Jacobus prior sancti Georgii de Alega et Philippa uxor Phylippi Delfino de confinio sancti Luce et Armina uxor Balduyni Quirino de confinio sancti Pauli, soror et filia et toti tres fideicomissarii domini Johannis Dandulo bone memorie comitis Ragusini cum nostris successoribus uobis domino Johanni Teupulo, quondam comiti Ragusino, filio illustrissimi domini Jacobi Teupulo Venetie ducis et Andree de Balislaua misso comunis Ragusii, ut continetur in quadam instrumenti carta composita per manum presbyteri Pascalis et comunis notarii nomine ipsius comunis, et ipsi comuni Ragusino in perpetuum et uestris successoribus, uidelicet de omnibus salariis et debitis et rationibus uniuersis, que uel quas eidem comiti domino Johanni Dandolo nobis comissi dare dictum uestrum comune debebat cum carta et sine carta aut nobis, dictum uestrum comitem requisiuimus uel requirere potuimus, tam super hiis omnibus salariis et debitis et cartulis et rationibus uniuersis petere et exigere et excutere a dicto uestro comuni per aliquam huius mundi rationem nomine dicti comitis domini Johannis Dandulo poteramus, quam per aliquem alium modum uel ingenium dare debuistis ex omnibus rationibus de subcello cum carta et sine carta in curia et extra curia, iuste quoque uel iniuste ab initio usque modo. Nunc autem quia uos de his omnibus per omnia et in omnibus et etiam desuper omnia nos bene et perfecte appaccastis et deliberastis et inde nobis plenam rationem fecistis, etiam per sacramentum amodo de super omnia tam uos, quam dictum uestrum comune securi et quieti permaneant in perpetuum. Quia nihil remansit, nec etiam de ulla re de subcello quam homo cogitare uel dicere potest, unde uos uel uestrum comitem amplius requirere aut compelere ualeamus per ullum ingenium exceptis (!) libris denariis venetis duabus milibus ducentis et octoaginta quatuor, quas comune Ragusinum ratione ipsius comitis domini Johanni Dandulo nobis dare tene(ba)tur. Quod si quocumque tempore contra hanc securitatis cartam ire temptaverimus, tunc uobis nomine dicti comunis Ragusii et uestris sucessoribus auri libras quinque (persoluemus) et securitatis carta maneat in sua securitate. Signum suprascriptorum Jacobi prioris et Philippi atque Armine, qui hec rogauerunt.

† Ego Jacobus plebanus sancti Bartholomei testis subscripsi.

† Ego Michael eiusdem ecclesie presbyter testis subscripsi.

(Signum notarii). Ego Donatus sancte Marie matris domini presbyter et notarius compleui et roboraui.

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.)

55.

1238, 22. novembra. U Dubrovniku.

Stanak za mir izmedju Dubrovčana i Omišana.

Anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mensis novembris, vicesimo secundo die intrante, Ragusii, in magno consilio Ragusine civitatis, more solito per campanam congregato. In presentia domini Nycolaii Tonisci, comitis Ragusii, isti nuncii comitis Nycolay Dalmisii et aliorum comitum et communis Dalmisii, videlicet iudex Berinna, Beletinnus, Velcannus Chranenic, qui pro se et pro predictis comitibus Dalmisii, et nobilium et communis Dalmisii iuraverunt domino comiti Ragusii et communi Ragusino manutenere pacem et concordiam antiquam, quam olim habuimus, inviolabiliter reservari. Et quod comites et commune Dalmisii venient personaliter uel mittent competentes nuntios ad Stammum ad stanecum facturi rationem et a nobis recepturi quintodecimo die post primum festum sancti Georgii. Preterea camitus (!) sagitee Chulennus et nauclerii et alii meliores et plures de ipsa sagittea per graciam, qua nos comes Ragusii et commune Ragusii dimisimus eos, iuraverunt firmam pacem et concordiam manutenere omnibus hominibus Ragusii usque ad dictum stanecum. Et si dictum stanecum non fuerit, predicta pax in perpetuum sit firma. Et pars que ad dictum stanecum non uenerit, perdat quod habet ad querendum, et alia pars non perdat suam rationem. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Binzola Bodatie, Grubessa Gundule, Gervasius Naymeri, iurati iudices. Et ego Pascalis et communis notarius iuratus, scriptor sum et testis.

Na ledjima:

In facto Almisii.

Original u c. tajnom arkivu u Beču. Ragusa 427/5. Rub. Almissa 163/5. Wenzel: Cod. diplom. Arpad. cont. XI. 305—306. — Ljubić: Listine I. p. 56. — Kukuljević: Reg. no. 357.

56.

1238, 26. novembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa Kolomanu kralju i hercegu hrvatskomu neka pomognu Balduinu nasljedniku rimskoga carstva.

Gregorius episcopus etc. Karissimo in Christo filio Colomanno regi illustri, duci Sclavonie, salutem etc. Licet hactenus Constantinopolitano imperio iratus dominus habitatores ipsius divine flagello clementie castigauit, nec tamen honorabili militum et aliorum bellatorum exfortio celesti inspiratione ad instans passagium Martii magnifice se ad ipsius succursum accingentibus, sicut speramus, ad illud in misericordiis revertitur, ut ipsum stola luctus et vexationis exuens, idem imperio de longe veniente letitia et decore perpetui honoris indui largiatur. Quocirca serenitatem regiam rogandam duximus attente et hortamur, in remissione peccatorum iniungentes, quatenus nobilem virum Balduinum heredem imperii Romanie et comitem Namurcensem, ac alios in imperii predicti subsidium transeuntes benigne recipiens, eis securum conductum, efficax consilium et auxilium impertiri procures, ita quod propitiationem divinam promereri possis uberius, et nos exinde celsitudinem tuam merito dignis in domino laudibus commendemus. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beati Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, subvenientibus predicto imperio illam concedimus veniam peccatorum, que terre sancte subvenientibus in generali consilio est concessa. Datum Laterani VI. Kal. decembris. Anno duodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 300 str. 167—168. Iz reg. orig. an. XII. ep. 314 fol. 60. — Raynaldi Ann. ad a. 1238, 8. 26. — Katona Hist. crit. V. 834. — Fejér Cod. dipl. IV. 1. 122. — Potthast Reg. pont. br. 10671. — Kukuljević Reg. 358.

57.

1238, 13. decembra. U Dubrovniku.

Svećenik Mavreša de Prode daje samostanu Lokrumskom svoju zemlju u Šumetu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mensis decembris, terciodecimo die intrante, coram vobis subscriptis testibus. Ego quidem presbyter Mauressa de Prode confiteor, quia pro

remedio anime mee et pro remedio animarum meorum mortuorum totam terram meam que fuit meorum veteranorum in Junceto ad litus maris sub terris que sunt scarcelle sub dicto firmo et de calcaria que fuit illi usque ad mare donavi eam monasterio Lacromonensi in perpetuum, ut sit de eodem monasterio. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundula iuratus iudex. Et ego presbyter Paschalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

Mattei: Memorie storiche su Ragusa. Rukopis u knjižnici Male braće dubrovačke br. 416 (str. br. 267) Tom. III. p. 214.

58.

1238. 22. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa nadbiskupu ostrogonskomu i njegovim sufraganima, neka podupiru Ponsu biskupa bosanskoga pri utiranju heretika.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis eius, salutem etc. Ecclesiarum regimini presidentes ad hoc assidue debent haberi solliciti, ut ipsorum possit provenire subsidiis, quod ubique vigeat gloria catholice puritatis. Cum igitur ad hoc terre Bosne, que usque ad hec tempora pertulit heretice pravitatis opprobrium in redemptoris iniuriam et periculum animarum, de venerabili fratre nostro (Ponsa) episcopo Bosnensi, viro utique discreto et provido, ac in observantia mandatorum domini studioso, provideri fecerimus, ut eius exemplis et meritis auctore deo ad status gratiam redeat salutaris, fraternitatem vestram, sicut attente possumus, exhortamur, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem paupertate nimia pregravato, cui plene legationis officium in diocesi Bosnensi commisimus, pro divina et nostra reverentia illud de bonis vestris impendatis, postposita difficultate, subsidium, per quod super sollicitudine sibi credita effectum consequi valeat exoptatum; preces nostras taliter impleturi, ut comperto per effectum operis, quod circa promotionem fidei vobis sit affectio specialis, super hoc non litteras adicere, sed vobis potius ad condignas teneamur gratias respondere. Datum Laterani XI. Kal. ianuarii. Anno duodecimo.

In e. m. archiepiscopo Colocensi et suffraganeis eius.

Theiner Monum. Hungariae I. 302. str. 168. (Iz reg. orig. an. XI₁. ep. 254. fol. 66.) — Ripolli Bull. ord. praed. III. 15. br. 222. — Katona Hist. crit. V. 845. — Fejér Codex IV. 1. 130. — Potthast Reg. pont. br. 10.692. — Fermendžin Acta Bosnae br. 59.

59.

1238, 22. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa hercegu Kolomanu, neka nastoji iskorijeniti heretike u biskupiji bosanskoj.

Gregorius episcopus servus servorum dei karissimo in Christo filio Colomanno illustri regi, duci Sclavonie, salutem et apostolicam benedictionem. De superni regis provenire gratia gratulamur, quod agnoscens humiliter te ad ipsius ymaginem ac similitudinem esse conditum et eiusdem sanguine pretioso redemptum, sibi retribuere vigilas, ut de Bosne partibus, deletis pravitatis heretice maculis, ibidem fulgeat lumen catholice puritatis. Super hoc siquidem, benedicte fili, tibi affectionis paterne gratias referentes, serenitatem tuam sicut attentius possumus exhortamur et in remissionem iniungimus peccatorum, quatinus in hoc potissime te arbitrando magnificum, quod dei sapientia providisse dignoscitur, ut ipsius nomen tuo ministerio reddatur in predictis partibus gloriosum, ad hoc, sicut olim, sic et in posterum fervens habearis et sedulus, ut qui Christum ex toto corde diligis, de terra tua opprobrium abstulisse perfidie comproberis: sicque fiat, quod et divina pietas tibi gratie sue dona multiplicet et apostolica sedes sit liberalis ad gratiam, quam tue celsitudini fore perspexerit oportunam. Datum Laterani XI. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 301. str. 168. (Iz reg. orig. an. XII. ep. 353. fol. 66). — Raynaldi Ann. ad a. 1238. §. 53. — Katona Hist. crit. V. 830.—845. — Fejér Codex dipl. IV. 1. 128. — Potthast Reg. pont. br. 10.688. — Fermendžin Acta Bosnae br. 58 str. 11. — Kukuljević Reg. br. 359.

60

1238, 22. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa dominikancima pečujskim, da se pokoravaju biskupu bosanskomu.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . . priori et fratribus ordinis fratrum Predicatorum Quinqueecclesiensium, salutem et apostolicam benedictionem. Indignum se gratia . . . . . dux

Bosne constituens, quam in eo circa ipsum clementia dei fecerat, quod pravitatem contempnens hereticam, ad catholicam rediit unitatem, in erroris invium, sicut accepimus, dampnabiliter est relapsus. Verum cum idem, quando fidelis et devoti faciem pretendebat, quandam apud vos pro cathedrali ecclesia construenda in Bosne partibus deposuerit, ut dicitur, pecunie quantitatem, mandamus, quatenus, si est ita, ipsam venerabili fratri nostro (Ponsae) episcopo Bosnensi in opus huiusmodi ac alia que negotio fidei oportuna fuerint convertendam postposito difficultatis obstaculo, integre assignetis; alias eidem episcopo, cui plene legationis officium in diocesi Bosnensi commisimus, super sollicitudine sibi credita sic efficaciter assistentes, quod deum vobis reddatis in hac parte propitium et nos super hoc providere aliter non coacti teneamur ad opera gratiarum. Datum Laterani XI. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 305. str. 169. (iz reg. orig. br. 305. str. 169. folio 66.) — Katona Hist. crit. V. 843. — Fejér Cod. dipl. IV. 1. 130. — Potthast Reg. pont. br. 10.691. — Fermendžin Acta Bosnae br. 62. str. 11. — Kukuljević dodao broju 360.

61.

1238, 22. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa opatu varadinskom, neka sabrani novac biskupu bosanskomu predade.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio abbati Waradiensi ordinis sancti Benedicti Quinqueecclesiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Apud dilectos filios fratres ordinis Predicatorum Quinqueecclesiensium a quondam Iula bano karissimi in Christo filii nostri Colomanni regis illustris ducis Sclavorum quandam intelleximus fuisse depositam quantitatem pecunie, pro fidei negotio in Bosne partibus expendendam. Cum igitur in eisdem venerabili fratri nostro (Ponsae) Bosnensi episcopo plene legationis officium duximus committendum, mandamus, quatenus si constiterit dictam pecuniam in subsidium predicti negotii fuisse legatam, ipsam ad hoc dicto episcopo ab eisdem fratribus facias integre assignari, contradictores per censuram ecclesiasticam etc. Datum Laterani XI. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 304 str. 169. (iz reg. orig. an. XII. ep. 356 fol. 66. — Koller Hist. episc. Quinqueecl. II. 110. — Fejér Codex dipl. IV. 1. 129. — Potthast Reg. pont. br. 10.690. — Fermendžin Acta Bosnae br. 61 str. 11. — Kukuljević Reg. br. 360.

62.

1238, 22. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa opatu varadinskom, neka sabire za križare i namijeni bosanskomu biskupu.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . . . abbati Waradiensi ordinis sancti Benedicti Quinqueecclesiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Gerentes in desideriis, quod de Bosnensi diocesi actore deo deleatur macula heretice pravitatis, in ipsa venerabili fratri nostro (Ponsae) episcopo Bosnensi plene legationis officium duximus committendum. Ut igitur idem super hoc iuxta nostrum desiderium prosperitatis assequi valeat incrementum, mandamus, quatinus bona que pro redemptione votorum crucesignatorum Ungariae contra hereticos diocesis eiusdem sunt habita, vel haberi poterunt in futurum, fideliter colligi faciens, ipsa prefato assignes episcopo, in huiusmodi utilitatem negotii convertenda. Contradictores etc. Datum Laterani XI. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 303 str. 169. (iz reg. orig. an. XII. ep. 355. fol. 66. — Koller Hist. eccl. Quinqueeccl. II. 109. — Fejér Codex dipl. IV. 1. 128. — Potthast Reg. pont. br. 10.689. — Fermendžin Acta Bosnae br. 61. str. 11.

63.

1238, 23. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa Ponsi biskupu bosanskomu neka iskorenjuje herezu do korijena.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Ponsae) episcopo Bosnensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sedi apostolice presidentis ad hoc potissime dirigidebet intentio, ut ubique terrarum deletis pravitatis heretice maculis, fulgeat gloria catholice puritatis: cuius effectu producitur, quod post decursum in timore domini presentis vite spatium, redemptoris operante clementia, pervenitur ad gaudia supernorum. Cum igitur karissimi in Christo filii nostri Colomanni regis illustris, ducis Sclavonie, ac aliorum fidelium circumposite regionis efficaci diligentia faciente provenerit, quod ibidem triumphante conditoris dextera, consurgit

religio christiana; nos qui suscepti ratione officii gerimus in voto precipuum, quod semper salus proficiat animarum, providere volentes, ut gloria, que in hac parte predicte terre provenisse dinoscitur, de bono in melius iugiter amplietur, ad hoc debemus adhibere remedia, que devotio dicti Regis et aliorum deum timentium nobis fore suggerit oportuna. Cum itaque spes nostra sit, et pro constanti teneatur ab ipsis, quod iam dicta terra per te, quem letantes accepimus et in dei timore vigilem et in promotione fidei diligentem, a perfidie maculis divina propitiante gratia omnino reddatur immunis, plene tibi legationis officium in Bosnensi diocesi comittentes, fraternitatem tuam rogamus et hortamur in domino Iesu Christo, in remissione tibi peccatorum iniungentes, quatenus sollicitudinem huiusmodi reverentia suscipiens filiali, fideles in regno Ungarie constitutos secundum datam tibi a deo prudentiam exhorteris, ut tanquam zelum dei habentes, se viriliter et potenter accingant ad heretice pestis residuum de predicta diocesi penitus abolendum. Nos enim, ut quod tam digne pro nomine regis eterni deposcitur, effectu facili compleatur, omnes eiusdem regni contra hereticos dicte diocesis suscepto propter hoc signaculo processuros, necnon eorum familias et bona omnia, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, sub protectione ac defensione sedis apostolice admittentes, illis ac aliis qui iuxta facultatem et qualitatem suam illuc bellatores idoneos in expensis propriis duxerint destinandos, vel qui de bonis propriis congrue ministrarint, aut in alienis expensis illuc accesserint, ibidem ad tempus congruum servituri, iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum de misericordia divina confisi suorum concedimus veniam peccatorum. Preterea ut idem negotium, quo pluribus contingit iuvari remediis, prosperitatis optate suscipiat incrementum, tibi super ipso illam, quam dilectus filius frater Iohannes predecessor tuus ab apostolica sede habuisse dignoscitur, concedimus potestatem, presentibus post triennium minime valituris. Datum Laterani X. kal. ianuari, pontificatus nostri anno duodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 306. str. 169—170. (Iz reg. orig. an. XII. ep. 352 fol. 65.) — Ripoll Bullar. ord. praed. I. 104. — Raynaldi Ann. ad. a. 1138. §. 55. — Katona Hist. crit. V. 839. — Fejér Codex dipl. IV. 1. 126. — Potthast Reg. pontif. I. br. 10.693. — Fermendžin Acta Bosnae br. 63 str. 11. — Kukuljević Reg. br. 362.

64.

1238.

Stjepan Vladislav srpski kralj optužuje Dubrovčane, da vjerom prevrnuše

† По милости божиеи ꙗ Стефан Владиславь пишꙋ те(бѣ), кнеже дꙋбровьчьски и всѣи опькинѣ. Ꙗ смь ималь к вамь ѡбѣть, да приѣмь томꙋ градꙋ и да мꙋ работамь ꙋзь еговꙋ поꙋьсть; а ви се сте обекали и рекьли: да си сѣде твоѣ села свободьно и твои лꙋдие; да ꙗ смь быль рекль моимь лꙋдемь, да се не бое ниѱаре; да вы, како си се сте наꙋчили, по клетьвѣ наша села и наше болꙗры ємати, такози сте и мнѣ ꙋчинили, давше свою рꙋкꙋ и свою вѣрꙋ, тере моѣ села плѣнили и боларе єли, а дрꙋге исѣкьли. Да ꙋ томь богь да расꙋди, на комь є клетьвь ѡстала, а ви що можете ꙋчинити, ꙋчините. Богь ви даи здравие.

Стефань Владиславь.

Na ledjima:

Кнезꙋ Дꙋбровьчьскомꙋ и всѣи опькинѣ.

Miklosich Monum. Serbica 21. br. 25. — Šafařík Památky jihosl. Listiny 13. — Kukuljevic Reg. br. 362.

65.

1238. U Dubrovniku.

Nikola Tonisto knez dubrovački očituje, da je Vladimir plijenio bez znanja kneževa i općine.

† Вь име ѡца и сина и светаго дꙋха аминь. Азь Николавь Тонисьто кнезь дꙋбровьчьки, и сꙋдьци и векьници клесьмо сѣ тебе, велиемꙋ кралю Владиславꙋ, де ми обетованиѣ и писание, кѣ мєѣꙋ ни несть, ми и наша ѡпькина право и верно сьмо дерьжали, и ѡдь села напредь този писание и то обетованиѣ хощемѡ дерьжати векꙋ памеіть; а за сию обетование потверьдимо, де ни за нашега света ни за света ѡдь ѡпькина градьска Вла-

димирь не пленоваль твою землꙋ, и ѡдь селѣ напредь сь нашимь светомь ѡдь нашега града ни Владимирь ни иньни твои врагь да не плене твою землꙋ.

Miklosich Monum. Serbica 21—22 br. 26. — Safařik Památky. Listiny 14. — Kukuljević Reg. br. 363.

66.

1238. — 1240.

*Prijateljstvo izmedju Dubrovnika i Corzianeza.**

Nobili et sapienti viro domino Nicolao Tonisco comes (!) Ragusii, iudicibus et consiliariis et universo populo Ragusii. Ego Kalojani Komiario Vatasi et cuncto populo Corsianesi salutem et litteram dilectionis. Litteras que uos misistis, apud nos libenter suscepimus eas et cum gaudio intelexemus ea et nobiles conciues nuntiis uestris loquuta que nobis loquuta sunt, discrete et honorabiliter intelleximus, sicut sapientissimi et nobiles comes a domino Paulo Bosinoli et domino Grubesca Ballislaue audiuimus, scias magnitudine uestre (!) . . . . . pax que est inter nos et uos firmiter stetit et modo per gaudeo(!) firmauimus illa melius . . . . . . nunquam fuit. Sciat nobilitatem uestram (!), si aliquis fractor fuit apud Corsuli et fecit qualiter qua non fuit ratio, nos nulla audiuimus que a (!) nos credimus que a (!) omnes Ragusii sunt in Corsul . . . . . et nos cuncto populo Corsianesi maiores et minores inperpetuum fr . . . . stamus et nos locuti sumus cum dilectis sociis uestris, omnia loquia nostra et omnia que dixerunt ex parte nostra loquia coram sum (!) et credo in deo, quia dominus Leo Miano et domino(!) Vatasi multum amat uos sicut lectis antea et nos Corsiatenses credimus ut illa . . . . habet dictus Leo Miano super nos. Similiter credimus, ut habeat super nos, ut ciuitas Ragusii et ciuitas Corsul sit una et omnes Ragusei qui ueniunt in partibus nostris bene possunt uenire, sicut in domo uestra et deus det sanitas (!) uobis et nobis.

Original zatvorenoga pisma (littera clausa) u dubrovačkom arkivu. Na ledjima adresa grčkim pismom nečitljiva sa odlomkom pečata. Pismo je na papiru (carta bombacina), datuma nema. Na ledjima ima stari broj 200 i dal 1200 — al 1300, poslije ima bilješka 1238. olovkom. Ovo pismo može se datirati samo po kneštvu Nikole Tonisca, koji je od godine 1238. dalje bio knez dubrovački. (Zbirka saec. XIII.). Listina veoma trošna.

* Po svoj prilici današnje mjesto Corsano u južnoj Italiji.

67.

1238.

Opoj ban ogledajući zemlje iza kralja Andrije i hercega Kolomana priznaje podbanu Jakši Dubovac kraj Križevaca.

Vniuersa negocia que stare cupiunt in statu solido, testimonio litterarum fiunt firmiora. Nos Opoy banus tocius Sclauon(ie) ad noticiam vniuersorum uolumus pervenire, quod dum post decessum regis Andree bone memorie inquisiciones super t(er)ras ad cast(ru)m pertinentibus (!) fuissent exorte, iobagdiones castri de Kyris statim dum ad banatum uenissemus ad nos accedentes, de terris castri uiolenter occupatis conquesti fuerunt et accepto pristaldo nostro et cum homine regis Leustacio nomine terras castri tam ab aliis quam a Jaxa uicebano et fratribus suis vterinis receptas, videlicet de Georgio et Wratyno Ynco(n)e castro restituerunt iuxta institucionem regis B(ele) et Colomani et nostram sentenciam; predictus aut(em) J(axa) uicebanus et fratres sui superius nominati, dum castro et iobagdionibus eiusdem satisfecissent, in nostra presencia terram quandam hereditariam nomine Dobouch, contra quam prefati iobagdiones nullam causam potuerunt proponere, diligenter petierunt, ut de terra predicta litteras confirmacionis prestaremus. Cum autem iustis peticionibus cui(us)libet iure debito condescendere teneam(ur), litteras nostras eisdem contulimus dupli(cis) sigilli nostri munimine roboratas per fidelem nostrum pristaldum Nicolaum filium Juan terram prefatam metis certis assignando. Cuius terre Dobouch meta incipit de fluuio Bogachaiach ad partem occidentalem ad vnam arborem pomiferam iuxta siluam sub qua est meta terrea, deinde tendens ad occid(e)ntem per silvam ad arbores c(ru)cesignatas ueniens ad arborem pomiferam ex alia parte silue et est sub eadem meta terrea; exinde uergit directe tendens ad vnum campum ad arborem que dicitur gurtanfa sub qua (est) meta terrea; hinc per supradictum rivulum tendit superius sub uineas et inde disiungit(ur) de rivulo tendens per vnam vallem ad uiam vnam et in fine uallis illius iuxta illam uiam est meta terrea, et illa uia tendit ad partem meridionalem, ibi adiungitur ad terram portariorum regis, ubi terminantur mete dicte terre. Actum ab incarnacione domini anno M°C°C°XXX VIII.

Izvornik na pergam. (pisan pismom knjiga) u kr. ug. drž. arkivu DL. 35.825. (došao ovamo kupom zbirke Kukuljevićeve g. 1889.).

Postoji ovdje i kopija ove listine 16. vijeka s mnogo pogrješaka. Po njoj: Wenzel: Cod. Arpad. VII. 61. — Kukuljević Reg. no. 364.

68.

1238.

Ban Opoj uredjuje granice zemlje Raven na molbu podložnika grada Križevaca.

Ego Opoy banus tocius Sclauonie notum facio uniuersis presentes literas inspecturis, quod cum mortuo Andrea rege disturbaciones super terris castris pertinentibus fuissent exorte et iura castrorum castris restituenda iobagiones castri Kyrisiensis statim cum in banatum uenissemus ad me accedentes de terris castri uiolenter detentis conquesti sunt, et accepto pristaldo meo cum homine regis nomine Leostachio terras castri tam ab aliis quam a predicto J(axa) (vice)bano receptas castro restituerunt; predictus igitur J(axa) (vice)banus cum castro et iobagionibus eiusdem satisfecisset, in mea presencia terram quandam nomine Rauun hereditariam uidelicet, de qua nullam causam potuerunt iobagiones prefati intromittere, diligenter petiuit, ut de predicta terra literas darem confirmacionis, et cum iustis peticionibus fauore tenear debito condescendere, literas sibi contuli duplici sigillo meo munitas per fidelem meum Nicolaum filium Ihoan (!) metis prefate terre circumspectis. Prima meta terre de Raun procedit ab arbore pomifera sub qua est meta terrea iuxta aquam Camesnicha et uadit uersus partem orientalem per siluam usque ad unam uiam ubi sub ilice est meta terrea, inde uadit per eandem uiam usque ad magnam uiam, que uenit de Dumbrau, ubi a parte orientali iuxta uiam sub ilice meta terrea sita est, inde uadit per eandem uiam uersus partem septentrionalem usque ad quandam uiam, iuxta quam est meta terrea, inde uadit per eandem uiam versus orientem ad aquam nomine Tetreuinech, ibi est meta terrea, inde uadit per eandem aquam superius usque ad uiam, ubi iuxta aquam sub tilia est meta terrea et ibi conterminatur terre pristaldorum castri, inde uadit (per) uallem uersus orientem ad ilicem sub qua est meta terrea iuxta uiam, et per eandem uiam uadit ad arborem pomiferam que est iuxta riuum nomine Razosan, (sub) qua arbore est meta terrea, inde uadit uersus meridiem per eundem riuum usque ad metam terream et ibi conterminatur terre Radozlay, inde uadit per metas (terreas et) per arbores crucesignatas uersus orientem ad aquam nomine Liscouech et ibi conterminatur terra Borisco, inde per eandem aquam uadit superius usque ad aquam Tetreuinech et per aquam Tetreuinech uadit usque ad magnam uiam que uocatur uia regis Colomani, et ibi conterminatur terra episcopi (de

Gori)cha, inde tendit uersus occidentalem partem et uadit in eadem uia per metas terreas et arbores crucesignatas ad aquam Camesnicha, inde uadit superius per (aquam ad metam priorem. Datum anno gracie) M°CC°X°X°X°VIII°.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu (dipl. a. 1238.)

Listina je odmah iza zadnje linije krnja, pa nema znaka, da je na njoj bio pečat.

Dopunjci iz poznijeg prijepisa.

Glede nedostataka ove listine (kao n. pr. predicto J. bano) sr. predidući listinu.

69.

1239, 13. februara. U Zadru.

Stana kći Gjurina ostavlja svoje imanje samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mense februario, die tertio decimo intrante, indictione duodecima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Venecie, ecclesia Jadertina proprio pastore carente, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Stana, filia condam Georgii, ad memoriam reducens illud dominicum dictum: vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, (na)m si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset, ui(gilaret) utique et cetera; idcirco ego ignorans diem mortis timensque anime mee suplitium, me trado atque do cum omnibus facultatibus meis mobilibus et inmobilibus quas in mundo habere uideor monasterio sancti Grisogoni abbati de Torente et eius successoribus, ut me sub regulam beati Benedicti habeat predicto monasterio in conuersam cum omnibus possessionibus meis habitis et habendis; si enim aliqua cartula super meis facultatibus in manibus alicuius ap(par)uisset confecta, uacua et inanis permaneat in eternum, set ista cartula firma et rata sit tempore in omni. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis et uocatis testibus: Crisogono subdiacono Cerne . . . (cleri)co et Stefano fratre Rauue. Ego Marcus diaconus et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.).

Izvornik na perg. u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio samostana sv. Krševana caps. I. masso B. no. 7).

70.

1239, mjeseca februara. U Pečuhu.

Izmjena zemalja oko Pakraca izmedju župana Abrahama i prepozita File.

Farcasius prepositus Quinqueecclesiensis totumque eiusdem loci capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Vniuersis quibus scire expedierit tenore pateat presencium: Abraam comitem filium Marcelli homine presente magistri Fyle prepositi Zagrabiensis et cancellarii domini Colomani regis coram nobis taliter fuisse protestatum, quod terras videlicet ipsius nomine Donat et Drauch quas habuit iuxta Ruch empticias et alteram terram suam similiter quam habuit empticiam ex altera parte Ruch nomine Cudmend metis distinctam, illustri regi Colomano duci tocius Sclauonie in commutacionem terrarum ab eodem rege nomine Pucruch et aliarum dedisset receptarum et predicto magistro Fyle supradictas terras eo tenore remisisset, ut ipse comes Abraam predictum magistrum Filem super terris iam prefatis, si aliquis unquam tempore ipsum impetere presummeret ab eius vexacione eximere et liberare teneretur nomine terrarum suarum libere empticiarum. Et ne super hoc dubitetur, nos ad peticionem dicti Abraee dicto preposito presens scriptum contulimus sigillo nostro munitum. Anno gracie M⁰CC⁰XXX⁰VIIII⁰, mense februario, Jurcone cantore, Theodoro custode, Stephano decano ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus Thome magistri lectoris Quinqueecclesiensis.

Original neobično lijepo i jasno pisan u kr. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33701. (Stara sign. N. R. A. fasc. 1501. no. 8). Na listini visi o pergamenoj vezici eliptičan pečat, koji je vrlo oštećen. — Paricle litterae, odozgo. A. B. C. — Fejér Codex dipl. IV. 1. 169—170. — Kukuljević Reg. no. 365. i no. 246.

71.

1239, 15. marta. U Zadru.

Knez zadarski sa sucima dosudjuje selo Kokićane samostanu sv. Krševana u sporu sa Jaroslavom glede polovice istoga mjesta.

(In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo) tricesimo octauo, mense martii, die quinto decimo intrante, indicione

duodecima, Jadre. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Venecie, ecclesia Jadertina proprio pastore carente, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Cum nos siquidem Johannes Michael dei gracia comes Jadre vna cum nostris iudicibus: Creste de Scolatura, Cerne Carbonis et Andrea et Petriço in nostra resederemus curia pro tribunali, sicut erat statutum et ordinatum, quod quicumque Jadertinus haberet aliquid dicere super villam de Coquichane et possessiones eius, deberet esse ante nos ad suam rationem ostendendam. Inter quos venit ad nostram presentiam nostrorumque dictorum iudicum Johannes de Srekia aduocatus de Torrentis religiosi abbatis monasterii sancti Grisogoni, dicens, quod dicta uilla de Coquichane cum suis possessionibus est monasterii sancti Grisogoni prefati; ad hec Jurislauus filius quondam Steppe ex aduerso respondit et dixit: de illa terra quam tu dicis, vna medietetas est mea; Johannes autem respondit: tu male dicis, quia de illa terra nichil habes, immo est dicti monasterii; et ostendit nobis, quomodo esset sua, vnam cartam uidelicet scriptam per manum Mathei sancte Anastasie subdiaconi et Jaderensis notarii sic incipientem:

Slijedi listina od god. 1182. mjeseca februara. (Vol. II. pg. 179. do 181. ovoga zbornika.)

Item ipse Johannes addidit dicens: post mortem dicti Stanci remansit filius eius Jorgius, qui in Jadera obiit, qui in suo obitu dictam terram de Coquichiane dimisit dicto monasterio sancti Grisogoni et ostendit nobis vnum breuiarium sic incipiens:

(Slijedi listina od g. 1238. 10. aprila u Rabu. br. 49.)

Item ipse Johannes addidit dicens; quod abbas dicti monasterii sauodauit dictam terram et quod ita sit uerum, ecce Diminus Sançadeo qui ad illum sauodum fuit; ostendit nobis etiam ipse Johannes unam notulam breuiarii sic incipientem:

(Slijedi listina od g. 1238. 15. januara u Zadru. br. 42.)

Que dicta notula scripta est manu quondam Jadrensis notarii. Ad hec Jurislauus dictus respondit: ego ostendo vobis, qualiter de dicta terra una medietas est mea; et ostendit nobis duas cartas roboratas; una quarum sic incipit:

(Slijedi listina od g. 1183. mjeseca maja. Vol. II. br. 182. pg. 186—187. ovoga zbornika.)

Alia uero carta sic incipit:

(Slijedi listina od god. 1201. 2. marta u Zadru. Vol. III. br. 3. pg. 2—3. ovoga zbornika.)

Remunerationem suscepit Prediha unum bouem pro facto isto. Insuper Jurislauus addidit dicens: ecce due mulieres Dobraça scilicet et alia scientes, quod iuri(s) sui laborauerunt et tenuerunt dictam medietatem terre per manum meam. Nos autem hec et alia satis audientes diximus, quod supra cartas illas quas uideramus utraque pars ostenderet nobis suos testes; postea uero cum essent multa uerba inter eos, utraque pars sua bona uoluntate et spontanea taliter inter se concordauerunt, quod dictus abbas sancti Crisogoni deberet iurare a sexta sua manu, quod uerum erat, quod dicta terra fuit monasterii sancti Crisogoni et quod Jurislauus nichil inde tenuit, nec habuit. Vnde super his omnibus nos dedimus pristaldos: Cerne Carbonis et Andream de Petriço; qui pristaldi nobis retulerunt, quod dictus abbas iurauit et legem adimpleuit secundum quod facta fuerat concordia inter eos in omnibus, ut supradictum est. Vnde nos supradictus comes cum nostris iudicibus Creste Cerne et Andrea dictam concordiam asserimus et affirmamus, quod prefatus abbas de Torrente cum suis successoribus dicti monasterii sancti Crisogoni habeat et possideat dictam uillam suasque possessiones im perpetuum et dicto Jurislauo uel eius heredibus, uel alicui alio homini pro eo respondere nullo modo exinde teneantur; et super his omnibus predictis prescriptos Cerne et Andream dimisimus et affirmauimus pristaldos.

† Ego Johannes Michael comes Jadre manus misi.

† Ego Creste de Scolatura iudex quia nesciui scribere, per me scribere rogaui.

† Ego Cerne Carbonis iudex manum meam missi.

† Ego Andreas de Petriço iudex manu mea scripsi.

Ego magister Georgius Jaderensis notarius per preceptum dicti domini comitis superius et eius curie, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monograma not.)

Original u arkivu gubernijalnom u Zadru (odio samost. sv. Krševana caps. XIV. rott. D. No. 1.) — Listina je na gornjem dijelu krnja, te je dopunjena iz prijepisa 14. vijeka.

72.

1239, 8. aprila. U Lateranu.

Grgur IX. papa predaje samostan sv. Marije od Rožata u dubrovačkoj diecezi opatu kasinskomu.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati et conventui monasterii Casinensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor aecquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in domino filii vestris postulationibus grato concurrentes affectu, ecclesiam sanctae Mariae de Raxata Ragusinae dioecesis cum pertinentiis suis, quam ex concessione bonae memoriae R. archiepiscopi Ragusini, capituli sui et quidem Sabini patroni ecclesiae eiusdem accedente consensu proponitur vos adeptos, sicut eam iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptaverit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani sexto idus aprilis, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Farlati Illyr. sacrum VI. p. 101. — Kukuljević Reg. no. 369.

73.

1239, 15. maja. U Stonu.

Stanak Dubrovčana i Omišana.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mensis madii quinto decimo die intrante, in Stammo, in antiquo loco constituto, in presentia nobilium uirorum domini Ylarie episcopi et domini Nycolay Tonisci comitis Ragusii et Radomiri de Dragomiro missi domini regis Vladislaui et coram nobis subscriptis auditoribus. Nos quidem Nicolaus de Hodimiro comes Dalmisii et comes Pribislavus de Maldusio et Almisio testificamur, quoniam hii homines Dalmisii, uidelicet: Victo Ugulut comitatus, Radden, Predanus de Draganno, comes Ozor, Victo de Agulea, comitatus, Stanko Vlcoslavus Pupec, comitatus Radenez,

Belchan frater Zarabatani, Dragotin de Damiano, Stanko de Druganno, comes Jurra Pribos de Stepco, Vladimirus filius comitis Calimanni in Almisio, fuerunt inuitati, ut uenirent ad hoc stanec habendum cum hominibus Ragusii, et in Almisio fuerunt et ad istud stanec uenire noluerunt. Et nos prenominati comites Nicolaus de Hodimiro et Pribislavus promittimus uobis domino Nicolao comiti Ragusii et comuni Ragusii, ut demus nuntiis uestris Petro de Srecca et Johanni de Lampri vicario uxores et filios et filias et omnia mobilia que inueniri possunt in Dalmisio de illis malis hominibus, qui depredauerunt nauem, de qua fuit nauclerius Johannes Valii Doimi et occiderunt nobilem uirum Grubessam Valii Grubesse. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt auditores: Geruasius Naimerus iuratus iudex Ragusii, Johannes Bogdani, Clemens Sersii, Cnege Branislavi, Petrus Srecce, Johannes de Lampri, uicarius Paulus Bocinoli; cum quibus et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus auditor sum et scriptor.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.). — Kukuljević Reg. br. 371. ima pogrešno 18. maja.

74.

1239, 18. maja U Hramu (na Dunavu).

Bela kralj priznaje, da je posjed vesprimske biskupije izmedju Drave i Zaratke kupio Mihajlo Buzad.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Dignum est et racioni consentaneum, ut ea, que legitime et honeste inter quoslibet ordinantur, ne a memoria posteritatis iteracione recidiva in confusionem relabantur, litterarum patrociniis commendentur, que rebus gestis fidem servant efficacem. Eapropter ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum ecclesia Vesprimiensis quandam terram Vyzmich possideret, sitam inter Dravam et Zaratka fluvios, sicut per venerabilem patrem eiusdem loci episcopum intelleximus, adeo remotam, ut vix aut numquam proventus aliquos percipere possit ex eadem; idem episcopus, ut terram memoratam in maiorem ipsius ecclesie utilitatem converteret, impetrata a nobis licencia tamquam a patrone, cum consensu sui capituli et ioba-

gionum ecclesie sue, sicut nobis idem intimavit, dilecto et fideli nostro Michaeli fratri Buzad, magistro dapiferorum domine regine karissime coniugis nostre, vendicioni exposuit pro centum marcis argenti; quam pecunie summam, sicut dictus episcopus per suas nobis litteras veraciter demandavit, plene recepit et perfecte. Et sic terra prenominata in usum et iurisdiccionem supradicti magistri M(ichaelis) perhenniter est conversa. Cuius mete, sicut in ipsius episcopi litteris contineri perspeximus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte orientali iuxta aquam Zaratka, ubi est meta terrea et ultra eandem aquam in parte australi commetaneus est Caznuta cum generacione sua; et inde vadit versus meridiem, et inde parum eundo est meta terrea; deinde vadit per eundem campum ad quemdam monticulum, et ibi est meta terrea, ubi in parte orientali commetaneus est Otok filius Nanadei; et inde vadit ad quamdam vallem versus meridiem, ubi sunt salices, et ibi est meta sub salice; deinde vadit ad arborem, qui vulgo dicitur ieguna, et ibi est meta; deinde vadit ad stagnum quoddam, quod egreditur de Draua, et in illo loco ubi aqua Strug cadit in ipsum stagnum est meta terrea; et inde per nemora ducit ad Dravam, et ibi in parte orientali commetaneus est Wlchuk; et inde vadit ad partem occidentalem per medietatem aque Draue, sicut solet fieri ultra Drauam, ubi commetaneus est Ladizlauus, super terra Helie filii Laurencii cum generacione sua, et omnes insule pertinent ad comitem Michaelem; et inde per Drauam protenditur ad magnum portum Varasdiensem, qui est in terra magistri Michaelis, et commetanei sunt Lodomer, Marcus et Vytik; item per Dravam vadit ad aquam Zaratka, que tempore inundacionis pluvie exit de Drava et ibi est meta sub ulmo, et meta terrea, et ibi in parte australi sunt commetanei castrenses Zaladienses; deinde vadit per aquam Zaratka versus orientem, ultra quam commetaneus est Egiuthkv cum tota generacione sua; et inde redit ad primam metam. Nos igitur hec omnia, sicut iuste et legitime sunt facta, pro rato et firmo reputantes, iuxta humiles et intentas utriusque partis peticiones, ad memoriam et confirmacionem facti pleniorem, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri patrocinio in perpetuum roboratas. Datum in Horom, anno gracie M°CC°XXX°IX°, XV° kalendas iunii, regni vero nostri anno quarto.

Original u kr. ug. državn. ark. u Budimu: M. O. D. L. no. 233. (Stara sign. N. R. A. fasc. 399. No. 30.). Na listini visi o svilenoj vrpci jasno žute i modre boje dobro sačuvani odlomak kraljeva pečata. Na hrptu bilješka 14. vijeka: super possessione Wyzmich. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. p. 70—71. — Kukuljević Reg. br. 370.

75.

1239, 26. maja. U Trogiru.

Trogirski magistrat zaključuje prognati svakoga Trogiranina za uvijek, koji bi pomagao Domalda u poslu mlinova de Pantano.

In Christi nomine. Anno nativitatis eius 1239., septimo kalendas iunii, indictione vero 12., existente Tragurii Treguano venerabili episcopo, Stepco comite, iudicibus Petro de Luca et Michaele, in presentia testium inferius legendorum, actum est hoc. Constat per iudices memoratos et per consiliarios atque per universam communitatem Tragurii, nec non cum consensu domini episcopi memorati statutum et iuramento firmatum esse, ut si aliquis civis Tragurii comitem Domaldum, vel aliquem pro parte Domaldi in facto molendinorum de Pantano iuuerit vel ei consilium dederit occulte vel manifeste et deprehensus fuerit, quisquis ille fuerit, omnimode habitatione Traguriensis civitatis expellatur et perpetuo sit exul; universa vero bona illius in potestate comitis redigantur et nunquam ei cui ablata fuerunt reddantur. Huius autem constitutionis testes sunt dominus episcopus memoratus, Raddo diaconus, dicti iudices Petrus et Michael, Cazarizza Petrus, Bufalni Saladinus, Nicolaus Storea, Pecce Theodosii, Matheus Lig et Paulus. Et ego Johannes Tragurii iuratus notarius sancti Laurentii canonicus precepto domini episcopi memorati, iudicum et tocius curie Traguriensis presens scriptum scripsi et consueto signo munimine roboraui.

Ego Donatus examinator precepto Dese rectoris manum meam mitto.

Lucius Mem. di Traù. p. 191. — Kukuljević Reg. no. 372.

76.

1239, mjeseca maja.

Pomirba izmedju hercega Kolomana i templara glede nekih zemalja u županijama požeškoj i dubičkoj.

Nos Bartholomaeus dei gratia Quinqueecclesiensis episcopus, totumque eiusdem loci capitulum, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Cum omnium habere notitiam atque memoriam et in nullo penitus dubitare, potius sit divinitatis, quam humanitatis; hinc est quod priorum posteriorumque per presens scriptum transmittimus notitie,

quod, quum controversia inter excellentissimum dominum nostrum Colomanum regem et totius Sclavoniae ducem ex una parte, et magistrum domus Templi in Hungaria et Sclavonia ex altera dudum iam verteretur, super medietate terrae de Licenissa in comitatu de Possaga et pro terra de Maladin in comitatu de Dobicha, ad pacem inter ipsos reformandam et ad maius malum evitandum, de consensu totius supra dicti nostri capituli, pro decimis marturinarum totius comitatus de Volco et de Braigna,* a supradicto domino nostro C(olomano) rege in concambium nobis traditis integraliter, decimas nostras de Licenissa et de Nessicha dictae domui Templi duximus permutandas et in perpetuum concessimus pacifice possidendas. Si autem in supradictis terris de Licenissa et de Nessicha auri vel argenti fodina reperta fuerit, decimae proventuum auri vel argenti de parte sepedicte domus Templi ad nos vel ad successores nostros integraliter devolvantur; et utrum de parte domini regis apud ipsum intercedere velimus, nostrae relinquimus voluntati. Et ne super hoc apud huius concambii ignaros in posterum possit oriri dubietas, presentem paginam nostrorum sigillorum munimine prefatae domui Templi concessimus roboratam. Datum Quinqueecclesiis mense maio, anno gratiae millesimo CCXXX nono. Farcasio praeposito sancti Petri existente et Helia praeposito sancti Johannis, magistro Thoma lectore sancti Petri, Jurcone cantore, Theodoro custode, magistro cancellario archidiacono de Marchia, Tunpino archidiacono de Tolna et magistro Desiderio archidiacono de Braigna tum existentibus.

Iz diplomatara Medyanszky-eva u narod. muzeju u Budimpešti (sig. 2336. lat. 4⁰ vol. III.) l. 20—23. Prepisivač uzeo iz originala, koji se čuva u ark. biskupskom u Pečuhu. Prijepis je vrlo točan.

Koller epp. Quinqueec. Tom. II. p. 112. — Katona Hist. Crit. V. 875. — Fejér Codex dipl. Hung. IV. 1. 172—173. — Kukuljević: Jura regni I. p. 59—60. — Kukuljević Reg. no. 373.

77.

1239, 18. juna. U Zadru.

Knez zadarski sa sucima dosudjuje selo Kokićane samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo, tricesimo nono, mensis iunii, die tertio decimo exeunte, inditione duo-

* Id est Baranya.

decima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenetie et Dominici Franci uenerabilis Jaderensis archielecti, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Nos quidem Johannes Michael dei gracia comes Jadere una cum nostris iudicibus: Bogdano Slorado, Josepo de Lourechna et Petriço de Forto cum olim resederemus in nostra curia pro tribunali, venit ante nostram presenciam nostrorumque dictorum iudicum iuppanus Martinus de Crino dicens super religiosum abbatem monasterii sancti Crisogoni de Torrente nomine: tu male facis, quod tu tenes terras de Coquikiane, quia mee sunt; Johannes uero de Srekia aduocatus dicti abbatis respondit: de his rebus tu iuppanus Martinus suscepisti multos terminos a dicto domino comite et eius curia ad loquendum cum tuis parentibus et cum Jurislauo et Gregorio fratribus, filiis quondam Steppe, qui pertinent ad Lapçane et sunt de tua parentela. Et dicta curia misit dictis Jurislauo et Gregorio, quod, si haberent aliquid ad dicendum pro Lapçane, debeant, esset tecum ad loquendum alioquin nunquam pro Lapçane debeant loqui de hoc placito. Vnde nos diximus, ita esse uerum, ut dictus Johannes dixerat, et diximus iuppano Martino: si tu uis procedere in placito, procede, alioquin dicemus, quod nobis uidebitur. Tunc iuppanus stando secum dicto Gregorio dixit: ego dixi et dico, quod uos domine abbas male facitis, quod tenetis meas terras de Coquikiane, quia mee sunt, meorumque antecessorum; Johannes autem predictus respondit: tu iuppanus Martinus male dicis, quod de illis terris quas tu dicis: uillam et predium de Coquikiane sunt dicti monasterii, quia dicta uilla et predium habet et tenet dictum monasterium secundum pactum constitutum inter Jadertinos et Crinenses, et etiam dicta uilla et predium per sentenciam data fuerunt ad Stance Lapçanum, sicut continetur in carta publica, scripta per manum Mathei sancte Anastasie canonici et Jaderensis notarii sic incipiente:

Slijedi listina od godine 1182. mjeseca februara. — Vol. II. br. 178. pg. 179. do 181. ovoga zbornika.

Et dicta uilla et predium habuit monasterium beati Crisogoni a Jurgio filio dicti Stance. Ad que Martinus iuppanus respondit: immo dicta uilla et predium mea sunt et ecce bonos testes, scilicet Petrum Tolien(um), Budimir(um) Uitorik et Tolislauus Caciclus qui in ueritate sunt scientes, quod dicta uilla et predium fuerunt meorum antecessorum. Ad hec iam dictus Johannes respondit: non potes tu cum tuis testibus rumpere iam dictam cartam meam, quia ecce bonos testes, quod dictum monasterium habuit et tenuit dictam uillam et predium; et ostendit nobis unam notulam sic incipientem:

Slijedi listina od g. 1238. 15. januara u Zadru. br. 42. pg. 46—47.

Et eciam ostendit nobis unum breuiarium sic incipiens:

Slijedi listina od g. 1238. 10. aprila na Rabu. br. 49. pg. 55—56.

Item dictus Johannes subiunxit dicens: ecce frater tuus Jurgius qui testificatur, quod pater noster Jacobus dixit et tumet dixisti, quod dicta uilla et predium essent dicti monasterii; et ostendit nobis unum breuiarium factum per dictum Jurgium sic incipiens:

Slijedi listina od g. 1238. 8. maja u Zadru. br. 52. pg. 59—60.

Unde nos hec et multa alia audientes diximus, quod dictus abbas deberet iurare a secunda sua manu, quod ita erat uerum, ut in suis cartis et breuiariis continebatur et quod dicta uilla et predium fuerunt dimissa a dicto Jurgio filio Stançe ad monasterium sancti Grisogoni; et super his omnibus dedimus pristaldum Marinum Bertaldi; qui dictus pristaldus retulit nobis, quod dictus abbas iurauit et legem adimpleuit, secundum quod ei impositum fuit. Unde nos habito consilio diximus per sentenciam diffinitiuam, quod dicta uilla et predium. sunt de dicto monasterio sancti Grisogoni im perpetuum et amplius dicto iuppano Martino uel aliis pro eo exinde respondere nullo modo teneatur et super his omnibus dictum Marinum Bertaldi dimisimus et affirmauimus pristaldum perpetualem.

† Ego Johannes Michael Jadrensis comiti (!) manus misi.

† Ego Petriço de Forto iudex manum mea (!) misi.

† Ego Bogdanus de Slorado iudex, quia nesciui scribere, per me scribere rogaui.

† Ego Josef de Lourechna iudex, quia nesciui scribere, per me scribere rogaui.

† Ego Marinus Bertaldi in omnibus predictis pristaldus, ut supradictum est, quia nesciui scribere, per me scribere rogaui.

Ego magister Gregorius Jaderensis notarius per preceptum supradicti domini Johannis Michaelis comitis Jaderensis et eius dictorum iudicum et prefati pristaldi, ut audiui hanc cartam sententie, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio samost. sv. Krševana caps. XIV. rott. F. br. 2.).

*

78.

1239. mjeseca juna. U Kotoru.

Bilješka o vladanju kralja Vladislava srpskoga u Kotoru.

Sub tempore domini Ladislai nobilissimi regis, praesidente Catharensi ecclesiae episcopo Blasio, anno MCCXXXIX. de mense iunio, indictione XII.

Farlati Illyr. sacrum VI. 436.

79.

1239. 11. jula. U Spljetu.

Mir izmedju Splječana i Trogirana.

Nel nome del padre e del figlio e dello spirito santo amen.

Ad honor di dio e della gloriosa vergine Maria e delli beati Doimo e Lorenzo e di tutti gl' altri santi di dio, e per il buon stato, pace e tranquillittà delle città di Spalato e Traù, l' anno del signore 1239., giorno de luni, entrante l' vndecimo di luglio. Nel tempo di Gregorio papa e del serenissimo rè de Sclauonia Colomano, nel indittione 12., Gargano de Arsignis, cittadino d' Ancona, podestà di Spalato per il suo commune, Pietro de Luca e Paolo guidici della città di Tragurio con gl' ambasciatori dell' istessa città: Radde, Cerne de Dine, Marino de Amblasio e Juan Frenta per la detta communità, volendo deuenire à reformar la pace, fratellanza e compagnia frà tutti doi li communi.

1. Gl' è piaciuto, che si facci e ritengi di qui à dieci anni finiti ferma pace, concordia e compagnia e amicitia trà le communità di tutte doi le città, e che l'un commune sia tenuto aiutare, consigliare e defendere l' altro nelle persone e nelle robbe tanto vnitamente quanto separatamente, e tutti quelli huomini, che la città di Spalato haurà per nemici, la città di Traù li hauerà per nemici e all' incontro etc.

2. E se accaderà, che nascesse discordia òver guerra per mare, la communità di Spalato sarà tenuta far quattro saettie, e la communita di Traù doi; e altri legni siano tenuti di fare conforme alla possibilità di tutte doi le città con buona fede senza fraude.

3. E se nascerra guerra per terra, la communita di Spalato sarà tenuta far doi parte de soldati e la communità di Traù la terza parte.

4. E se mandaranno ambasciatori per seruitio dell' istesse communità, ò d' alcuna di loro in qualque parte, andaranno alle spese de doi parte de Spalatini e della terza de Traurini.

5. E quando caualcar (h)anno, ò navigaranno nell' esercito tutte doi le communità, e all' hora hauranno guadagnato qualche cosa, quel guadagno si diuiderà in tal maniera, che doi parte siano de Spalatini e la terza de Traurini.

6. Et se alcuno particolare da Trau vorrà domandare ragione da alcuno de Spalato, quella ragione si debba ventilare auanti li guidici de Spalato, e diffinita la causa se parerà al litigante Traurino di non hauer riceuuta piena ragione, dourà portare la sua sentenza alli giudici di Traù e mostrarla, e se paresse à loro, ch' il suo cittadino non hauesse riceuuta piena raggione, e fosse la lite da 30 perperi in sù, all' hora i litiganti debbano andare alla città di Zara, et à quella mostrare se è stata ben fatta quella sentenza, che se sarà ben fatta, sia ferma, e se non sarà ben fatta, al' hora quella corte dourà conoscer la detta causa, e quella diffinire.

7. Saluo che qualsiuoglia che fosse grauato, possi vna volta data detta sentenza appellarsi, e poi in quel luoco proseguire l' appellatione, mà da altri giudici, che da quelli che la prima volta giudicaronno, e tutto quello sarà giudicato dalli giudici, si habbia per rato da tutte doi le parti.

8. Et se la lite sarà sotto 30 perperi i litiganti non douranno andar à Zara; mà la sentenza delli giudici di Spalato sarà ferma, e da quella non si possi appellare.

9. Et l' istesso sia osseruato nelli Spalatini, que voranno dimandar ragione da alcuno de Tragurio.

10. Et se vn commune vorrà dimandar ragione dall altro commune, dourà dimandarla nella corte del rè d' Ongaria, e quel commune, ó il suo sindico doura andare alla detta corte à procurarsi la ragione, nel termine di tre mesi doppo che sarà stato riccercato dall' altro commune. Et se qualche Tragurino perderà qualche bestia, ò robba per mare, ò per terra, ò che li fossero furtiuamente pigliate, ò per forza, niun Spalatino le doura comprare se non in Spalato palesemente; e se saranno conosciute, che fossero de Tragurini non dourà à comprarle, mà trattenerle per Tragurini.

Et se le comprasse in qualch' altra parte, che in Spalato perda il prezzo, e le bestie, e la robba: e al contrario etc.

11. Et se Rogerio nipote del conte Domaldo vorra dimandar alcuna raggione dal commune di Tragura, debba dimandarla nella corte del rè d' Ongaria.

12. Et del fatto del conte Stepco è stato cosi ordinato, che de tutti li danni da lui fatti al commun di Spalato ò ad alcun particolare, doppo che è stato conte die Traù, che debba far raggione il conte sotto l'esame delli giudici di Traù.

13. Et se il conte non si vorrà astringere, ch'il commune de Tragura lo debba cacciare et hauer per inimico e agiutare i Spalatini con tutto il lor potere nel recuperare le cose loro dal detto conte, ò vero li Tragurini rifarranno loro il danno.

14. Et qualsiuoglia delle stesse communità vorra hauere alcuno per inimico, quella communità dourà ricercar l'altro commune, e quel commune dourà essere in mezzo per farli far raggione, e se quel inimico non li farà raggione, ch'il detto commune debba hauerlo per inimico, come l'hà l'altro commune, e possa pigliarlo, in qualunque delle dette communità sara trouato.

15. Et in qualsiuoglia tempo, che l'una e l'altra communità vorrà trattar del fatto de tutte doi le communità, gl'ambasciatori di Tragura vengano due volte à Spalato, e gl'ambasciatori di Spalato vadino vna volta à Tragura.

16. In tutte queste cose però saluo sempre l'honore e fedeltà del rè d'Ongaria le quali cose tutte e ciascheduna delle soprascritte sono state promesse da tutte doi le parti, e fermate col giuramento corporale nel general colloquio, ò vero parlamento dell' vna e dell'altra città dalli huomini delle dette communità. In presenza de Doimo de Formino, Lampredio de Zagarella, de Formino di Feste, Micha de Madio, Stano di Elia, Andrea de Micacio, Buccasio, Gregorio de Luca Spalatini, e Saladino de Volcina, Pietro de Bufalo, Casarizo da Kalenda, Trouan de Jance, Nicoletto de Toma, Dobra de Menza Tragurini, ed altri molti.

Io Pietro de Transmundo cittadino d'Ancona notaro imperiale e hora del commune di Spalato à tutte queste cose pregato fui presente, hò scritto e publicato.

Lucius: Memorie di Traù: 38.—40. — Fejér: VII. 4. 88. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 93. — Kukuljević Reg. no. 374.

80.

1239, 4. oktobra. U Krku.

Anastasije Dragomirov daruje samostanu sv. Ivana u Krku crkvu, što ju je on sagradio sa svojim bratom Ivanom djakonom.

In nomine dei aeterni. Anno domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense octubris, die quarto intrante, indictione XII. in praesentia Martinusi et Deodati diaconi et testium. quorum nomina inferius subscribentur. Ego An(as)thasius filius quondam Bontii Dragomiri in Christi nomine trado me ipsum ad serviendum deo et ecclesie sancti Johannis de Portasuso Veglensis diocesis et stare sub obedientia prioris ipsius ecclesie more conversi, donec vixero; et quia olim instigante diabolo dicte ecclesie intuli multa dampna, in recompensatione dampnorum et in remissione peccatorum meorum et in salute anime mee et parentum meorum spontanea mea voluntate ab hodie in Christi nomine do, offerro, dono et concedo ecclesie seu altario sancti Johannis de Portasuso Veglensis diocesis obedientie sancti Cypriani de Murano Torcellane diocesis omnibus pro futuris temporibus tempore domini Petri prioris suprascripte ecclesie, videlicet totum ius patronatus ecclesie, quam cum fratre meo Johanne diacono et notario Veglensi hedificavi et construxi ad honorem dei in memoriam beati Marci evangeliste et sanctorum martyrum Cosme et Damiani in contrata de populo, videlicet totum superius ius patronatus omnium rerum pertinentium et spectantium ad iam dictam ecclesiam secundum consuetudinem terre quibus ipsa ecclesia dotata fuit in die consecrationis sue, vel pro ea ei oblate et date fuerunt. Ut sunt terre, vinee, ortus, domus, lacus et omnia aliarum rerum cuiuscunque speciei ad suprascriptam ecclesiam pertinentium, ut plenam habeat virtutem et potestatem de iure patronatus voluntatem suam in perpetuum cum suis successoribus ordinandi, faciendi et disponendi, sicut ego cum suprascripto fratre meo Johanne aliquo tempore habui nemine contradicente, ut me plenarie foris facio et promittens promitto.

Farlati Illyr. sacrum V. p. 642—3. — Kukuljević Reg. no. 375.

81.

1239, 4. oktobra. U Krku.

Ivan Dragomirov djakon daruje samostanu sv. Ivana u Krku crkvu koju je sagradio zajedno sa svojim bratom Anastazijem.

In nomine dei aeterni. Anno domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense octubris, die quarto intrante, indictione XII. in praesentia domini Martinusi et Deodati diaconi et testium, quorum nomina inferius subscribentur. Ego Johannes diaconus et notarius Veglensis ecclesie canonicus, filius quondam Boncii Dragomiri bone memorie, nullo penitus cogente aut suadente nec vim inferente, immo spotanea mea voluntate pro divino scilicet amore et remedio anime mee sive parentum meorum ab hodie in Christi nomine do, offerro, dono et concedo ecclesie seu altario sancti Johannis de Portasuso Veglensis diocesis obedientie sancti Cypriani de Murano Torcellane diocesis omnibus pro futuris temporibus tempore domini Petri prioris suprascripte ecclesie, videlicet totum ius patronatus ecclesie, quam cum fratre meo An(as)thasio hedificavi et construxi ad honorem dei in memoriam beati Marci evangeliste et sanctorum martyrum Cosme et Damiani in contrata de populo, videlicet totum superius ius patronatus omnium rerum pertinentium et spectantium ad iamdictam ecclesiam secundum consuetudinem terre, quibus ipsa ecclesia dotata fuit in die consecrationis sue vel pro ea ei oblate et date fuerunt, ut sunt terre, vinee, ortus, domus, lacus et omnia aliarum rerum cuiuscunque speciei ad suprascriptam ecclesiam pertinentium, ut plenam habeat virtutem et potestatem de iurepatronatus voluntatem suam in perpetuum cum suis successoribus ordinandi, faciendi et disponendi, sicut ego cum suprascripto fratre meo An(as)thasio aliquo tempore habui nemine contradicente, ut me plenarie foris facio et promittens promitto ego, ut pro nullo unquam tempore contra hanc praesentem offertionis vel oblationis cartam ire audeam. Sed si necesse fuerit ab omnibus eam defensare et manifestare debeam, quod si quocunque tempore contra hanc praesentem offertionis cartam ire temptavero, quam feci puro animo meo, incidat ira dei in me et in omnibus illis quicunque inde aliquid subtrahere vel minuere presumpserint sub anathemate CCC et VIII. patrum constrictus permaneant et insuper ipsi dei ecclesie componere debeant libras denariorum C et hec offertionis cartula in sua permaneat firmitate.

Actum est hoc Vegle sub porticalle dicti monasterii sancti Johannis, testes interfuerunt Otubellus, Quirinus de Cuna et aliis.

Et ego presbiter Honoratus Veglensis ecclesie canonicus et notarius his interfui et rogatus, ut audivi scripsi, complevi et roboravi.

Farlati Ilyr. Sacrum V. p. 643. — Kukuljević Reg. no. 376.

82.

1239, 25. novembra. U Dubrovniku.

Svjedoči se za neku zemlju u Župi.

Anno 1239, mensis novembris, 6. die astante, coram vobis subscriptis testibus. Nos quidem dominus Slavius abbas Lacromonensis cenobii cum capitulo fratrum nostrorum, in quo capitulo fuerunt hi: presbyter Yvanus, presbyter Marinus, presbyter Thomas, monachi: Dimitrius, Marinus, Simon, Silvester, Paugo'n (!), Paulus, Isaia confitemur, quoniam vineam et terras nostri cenobii, que fuerunt Petri Johannis Scanabergi que sunt in Breno iuxta vineas Marini Zerie, dedimus presbytero Andree de tonsorali ordine. Hii sunt testes: Goislavus Theodori Crosii iuratus iudex et Blasius Tossini Dabrisii. Et ego presbyter Pascalis et communis notarius iuratus scriptor sum et testis.

Mattei: Memorie storiche su Ragusa. Rukopis u knjižnici Male braće dubrovačke br. 416 (st. br. 267). Tom III. p. 13.

83.

1239, 7. novembra.

Bela kralj daje Druganu Bajlatu za posjed kraj Virovitice drugu zemlju u Gariću.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, (Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis), salutem in (eo qui est omnium salus et vita. Hinc est, quod ad universorum noticiam harum serie volumus) pervenire, quod carissimus frater noster rex Colomanus et dux tocius Sclavonie nobis significavit, quod cum terra Drugani filii Baylatha esset vicina cuidam predio suo nomine Werewche, considerata utilitate ipsius terre et vicinitate, eandem sibi ad predium supradictum recipiens dicto Drugano pro

concambio terre illius quandam terram castri Symigiensis nomine Toplicham in Garig certis metis distinctam fecisset assignari. Cujus terre mete, sicut in litteris eiusdem fratris nostri percepimus, in hunc modum sunt notate: Quod prima meta terre Toplicha incipit in quodam monticulo, ubi est meta terrea; et inde descendit ad rivulum exeuntem de ipso monte nomine Crachemer ad partem meridionalem; et inde cadit ad fluvium nomine Mechenicha, qui eundo inferius cadit ad aquam nomine Toplicha, et per illam aquam eundo pervenit ad quandam semitam, et per illam semitam eundo aliquantulum reflectitur et vadit ad aquam nomine Soploncham, et ibi sunt due arbores assignate pro metis, quarum una hungarice dicitur hasfa et altera gertianfa, et per dictam aquam Soploncham vadit superius ad pontem Micha(e)l(is) bani; et de ponte eundo per pontem veterem exit ad planiciem, et de planicie eundo iuxta nemus quod wlgo cerich dicitur, pervenit ad fluvium qui Chrusech patacha vocatur versus aquilonem, et eundo iuxta dictum fluvium pervenit ad magnam viam et transyt aquam Toplicha; et transeundo aquam vadit iuxta eandem inferius, et pervenit ad quendam fluvium, et per eundem pervenit ad caput ipsius fluvii, et supra caput fluvii est via; et inde transeundo viam vadit per nemus, et exit ad planiciem, ubi est meta de arbore que tulfa dicitur; et inde eundo per ipsam planiciem pervenit iterum ad fluvium Mechenicha de orienta parte; et iuxta aquam Mechenicha eundo pervenit ad locum, ubi unus fluvius cadit in aquam supradictam, et per dictum fluvium eundo ad caput ipsius fluvii pervenit ad montem prenominatum, ubi prima meta dicte terre fuit incepta, ibique terminatur. Nos igitur ipsam commutacionem ad peticionem sepedicti fratris nostri, ut perpetuam obtineat stabilitatem et nullis unquam temporibus valeat retractari, duximus confirmandam et dupplicis sigilli nostri munimine roborandam. Datum anno ab incarnatione domini M⁰CC⁰XXX⁰ nono, VII⁰ idus novembris, regni nostri anno quinto.

Iz izvorne potvrde kralja Ludovika od g. 1363. 19. februara (vrlo trošne u gornjem dijelu) u kr. ug. drž. arkivu u Budimu M. O. D. L. no. 237. (stara sig. N. R. A. fasc. 1598. no. 24.)

Sadržaj ove listine (od g. 1239.) nalazi se osim toga u listini biskupa zagreb. od g. 1363. 3. dec. — a moderni prijepis (kako veli Kukuljević reg. no. 377.) u Trans. act. mixtorum regni archiv. p. 427.

Wenzel: Cod. dipl. XI. 306—7 po našem izvoru. ib. VII. 74—6. sadržaj po listini od g. 1363. 3. dec. — Kukuljević: Reg. no. 377.

84.

1239, 27. novembra. U Rabu.

Dražinja Falicaticius Zadranin svjedoči, da je herceg Andrija dosudio posjed u Suhovarama samostanu sv. Krševana u Zadru.

Anno dominice incarnationis millesimo CC⁰ tricesimo nono, indicione XIII., mense nouembri, die quarto exeunte, Arbe. Temporibus equidem domini nostri Jacobi Teopoli incliti ducis Venecie, Dalmatie atque Crohatie et G. Arbensis electi, ac Rugerii Mauroceni egregii comitis. Testificor ego namque Drasingna Falicatiçius Jadrensis in deo et in salute anime mee et in ea ueritate que Christus est, quod eo tempore, quo dominus Andreas bone recordationis quondam rex Ungarie erat dux Sclauonie, missus et nuncius fui pro comuni Jaderensi ad dictum dominum ducem pro quibusdam negociis episcopatus Quariensis[1], et ipsum cum suo exercitu inueni sub castro Ostrouiçe, et ibi erat dominus Vincentius quondam abbas monasterii sancti Grisogoni Jadrensis cum suo aduocato Martino de Molçacho petens ab eodem domino duce, sibi iusticiam exhiberi super eo, quod Maldenarius Jadrensis et Tolenius Caçiclus inuaserant vnum predium et locum sui monasterii quod Suchouarra nuncupatur. Ibidem existentes suprascripti Maldenarius et Tolenius et inter multa que ab utraque parte fuerunt opposita, prefatus dominus dux cum suo exercitu iter aripuit usque ad Crupam. Et ibi prudentum virorum habito consilio, cognitis cause meritis, etiam viso priuilegio supra scripti abbatis de predio et loco superius memorato, sententiando definitiue adiudicauit predium et locum de Suchouarra cum omnibus eius terminis monasterio sancti Grisogoni perpetuo habendum et tenendum, dans eidem abbati pristaldos secundum morem Sclauorum: Paulum comitem, qui tunc iudex erat inter Latinos et Sclauos et Pribinnam filium Guriçe, firmiter eis precipiens, ut dictum abbatem pristaldico more auctoritate ducali ponerent in possessionem predii et loci qui Suchouarra nuncupatur. Quod mandatum suprascripti pristaldi efficaciter adimplere studuerunt. Et hec quia scio et vidi atque interfui, per uerum dico testimonium coram hiis testibus: Salbe presbitero et canonico Arbensi, Bartholomeo filio Dimine Çançadei, Mergia filio Blasii, Marino filio Petri Kalçine Jadrensibus, Simme nepote quondam Cocorini et aliis ad hec rogatis testibus.

---

[1] Id est Pharensis.

† Ego Lanfranchus Arbensis notarius interfui et rogatus, ut audiui et vidi hanc testificationis cartam scripsi, compleui et roboraui.

(Monogram not.)

Original u gubern. ark. u Zadru (odio sam. sv. Krševana cap. XIV. rott. Č. no. 2.)

85.

1239, 27. novembra. U Rabu.

Krševan opat samostana sv. Petra na Rabu svjedoči, da je herceg Andrija dosudio posjed Suhovare samostanu sv. Krševana u Zadru.

Anno dominice incarnationis millesimo CC⁰ tricesimo nono, indicione tercia decima, mense nouembri, die quarto exeunte, Arbe. Temporibus equidem domini nostri Jacobi Teopoli incliti ducis Venecie, Dalmacie atque Crohacie et domini G. Arbensis electi, ac Rugerii Mauroceni egregii comitis. Testificor ego namque Grisogonus abbas monasterii sancti Petri Arbensis in deo et in salute anime mee et in ea ueritate que Christus est, quod eo tempore, quo dominus Wincentius erat abbas monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, eram monachus iamdicti monasterii sancti Grisogoni et tunc dominus Andreas pie recordationis rex Vngarie erat dux Sclauonie et eo existente sub castro Ostrouiçe cum eodem abbate supramemorato ad dictum dominum ducem iuimus et ibi coram eodem domino duce et eius bano, multis nobilibus de Sclauonia ibidem existentibus, suprascriptus abbas conquerendo monstrauit, quod Maldenarius Jadrensis et Tolenius Caciclus predium et locum sui monasterii quod Suchouarra dicitur indebite inuaserant et reddere contradicebant. Cum autem multe altercationes extitissent inter dictum abbatem cum suo aduocato Martino de Molçacho ex una parte et suprascriptos Maldenarium et Tolenium ex altera qui presentes erant, inter multa que per singula longum esset narare, auditis allegationibus et responsionibus utriusque partis, uiso priuilegio suprascripti monasterii sancti Grisogoni de predio et loco superius nominato, cum suprascriptus dominus Andreas dux cum suo exercitu ad Crupam peruenit, ibi prudentum virorum habito consilio deffinitiue sententiando, prenominatum predium et locum de Suchouarra cum eius terminis omnibus suprascripto monasterio sancti Grisogoni perpetuo habendum et tenendum adiudicauit, dans eidem abbati pristaldos secundum consuetudinem Sclauorum: Paulum comitem qui tunc iudex

erat inter Latinos et Sclauos et Pribinnam filium Guriçe firmiter eis precipiens, ut dictum abbatem pristaldico more auctoritate ducali ponerent in possessionem predii et loci qui Suchouarra nominatur. Quod mandatum dicti pristaldi eficaciter adimplere curarunt. Et hec quia scio, vidi, interfui, per uerum dico testimonium coram hiis appositis testibus: Salbe presbitero et canonico Arbensi, Bartholomeo filio Dimine Çançadei, Mergia filio Blasii et Marino filio Petri Kalçine Jadrensibus et aliis ad hec rogatis testibus.

† Ego Uitalis subdiaconus examinator me subscripsi.

Et ego Lanfranchus Arbensis notarius interfui, et rogatus ut audiui et vidi hanc testificationis cartam scripsi, compleui et roboraui.

(Monogramma not.)

Original u gubern. ark. u Zadru (odio sam. sv. Krševana cap. XIV. rott. C. no. 1.)

86.

1239, 5. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa hvalom uznosi kralja Kolomana, što revno iskorenjuje herezu.

Gregorius episcopus servus servorum dei karissimo in Christo filio nostro Colomanno regi, duci Sclavonie, salutem et apostolicam benedictionem. Litteras tuas benigne recepimus et que continebantur in eis intelleximus dilligenter, ei qui omne bonum opus inspirando prevenit et prosequitur adiuvando, super eo laudum actiones, quas possumus, exolventes, quod illa celestium in pectus tuum carismata gratiarum effundente illo personam tuam est virtutum dono dignatus dotare, quibus apud homines perpetue laudis preconio commendandus redderis et post terrene coronam potentie celestis regni gaudia promereris. Nam sicut earum tenore percepimus, extirpare hereses et fidem studes catholicam propagare, exaltationem procuras ecclesie et ad expugnandum impugnatores ipsius eius te exponendo beneplacitis, beneficia que a potestate recepisti divina verbo et opere recognoscis. Super quo serenitati regie dignis in domino laudibus commendantes, celsitudinem tuam attente exhortamur, quatenus in devotione dei et ecclesie continuis excrescere procures augmentis et de virtute in virtutem ascendens, in celis me-

ritorum cumulum indefessis tibi studeas humeris ampliare. Datum Laterani nonis decembris, pontificatus nostri anno XIII.

Theiner Mon. Hung. I. br. 310. str. 172. Iz reg. orig. an. XIII. ep. 176. fol. 139. — Raynaldi Ann. ad a. 1239, §. 69. — Pray Diatribe 62. — Katona Hist. crit. V. 871. — Fejér Cod. dipl. IV. 1. 175. — Kukuljević Reg. br. 373.

87.

1239, 7. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa potvrdjuje biskupu i kaptolu bosanskomu neke posjede.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Ponsae) episcopo et dilectis filiis capitulo sancti Petri in Bosna, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis, dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter carissimi in domino frater et filii, vestris iustis postulacionibus inclinati, possessiones et alia bona vestra vobis a karissimo in Christo filio nostro C(olomano) rege illustri, duce Sclavonie, et aliis Christi fidelibus pia devotione collata, sicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per eos(!) ecclesie vestre auctoritate apostolica concedimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Laterani VII. idus decembris, pontificatus nostri anno XIII.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 311. str. 172. (Iz reg. orig. an. XIII. ep. 174. fol. 138). — Pray Hierarch. II. 419. — Katona Hist. crit. V. 878. — Fejér Cod. dipl. IV. 1. p. 177. — Potthast Reg. pont. I. no. 16.824. — Fermendžin Acta Bosnae no. 65. str. 12.

88.

1239, 7. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa opet pozivlje priora dominikanaca u Ugarskoj, neka šalje nekoliko propovjednika u Bosnu, da iskorenjuju herezu.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . . priori fratrum Praedicatorum in Ungaria, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum sicut ex litteris karissimi in Christo filii nostri illustris regis Colomanni ducis Sclavonie intelleximus, divina suffragante gratia et ipsius regis studio subsequente in terra Bosne extirpari hereses, et fidei catholice inceperint funiculi dilatari, mandamus, quatenus aliquos fratres ordinis tui, potentes in opere ac sermone, ad dictam terram ad predicandum inibi verbum dominicum, et cultum divino fortius ampliandum destinare procures, mandatum nostrum taliter impleturus, quod exinde devotionem tuam possimus in domino merito commendare. Datum Laterani VII. idus decembris, pontificatus nostri anno XIII.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 312. str. 172. (Iz reg. orig. an. XIII. ep. 175. fol. 138. — Fejér Codex dipl. IV. 1, 176. — Potthast Reg. pont. br. 10.823. s opaskom: Eandem bullam in medium tulerunt Ripolli Bull. ord. Praed. I. 106. et Theiner l. c. 170. nr. 307, sed cum signo chronologico Laterani VIII. id. augusti a. 13.; elucidationem istius aliis relinquam.

89.

1239, 27. decembra. U Lateranu.

Grgur IX. papa dominikancima, neka predadu novac dobiven od bana bosanskoga za katedralu biskupu bosanskomu.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . . priori et fratribus ordinis Predicatorum Bosnensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Indignum se gratia dux Bosne constituens, quam in eo circa ipsum clementia dei fecerat, quando pravitatem contemnens hereticam, ad catholicam rediit unitatem, in erroris invium, sicut accepimus, dampnabiliter est relapsus. Verum cum idem, quoniam fidelis et devoti faciem pretendebat, quondam apud vos pro cathedrali ecclesia construenda in Bosne partibus deposuerit, ut dicitur, pecunie quantitatem, mandamus, quatenus si est ita, ipsam venerabili fratri nostro episcopo Bosnensi in opus huiusmodi, ac alia, que negotio fidei oportuna fuerint, convertendam, postposito difficultatis obstaculo, integre assignetis, alias eidem episcopo, cui plane legationis officium in diocesi Bosnensi commisimus, super sollicitudine sibi credita sic efficaciter assistentes, quod deum vobis reddatis in hac parte propitium, et nos super hoc providere aliter non coacti, teneamur ad opera gratiarum. Datum Laterani VI. Kal. ianuarii, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 314. str. 173. (iz reg. orig. an. XIII. ep. 190. fol. 138. — Ripolli Bull. ord. praedic. I. 107. — Katona Hist. crit. V. 877. — Fejér Cod. dipl. IV. 1, 174. — Potthast Reg. pont. I. br. 10.832.

90.

1239.

Arnold župan zaladski svjedoči, da je Opoj ban uredio raspru radi posjeda izmedju Drave i Zuratke.

Arnoldus comes de Zala omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad universorum sancte matris ecclesie filiorum volumus pervenire noticiam, quod Opoy banus tocius Sclavonie causam que vertebatur inter magistrum Michaelem fratrem Buzad bani ex una parte super destruccione predii siti inter duos fluvios Droaha (!) videlicet et Zuratka nomine Wyzmeth et Egyvtkv Welchyk, Othok ac cognatorum eorundem ex altera, nostre transmisit sentencie iudicandam, ordinandam et paci reformandam. Nos igitur volentas causam terre inprimis exquirere, ad terram supradictam accessimus, descensum facientes in domo Petruzlov, convocatis omnibus aliis viris ydoneis et nobilibus circumadiacentibus, voluimus causam supradictam iudicare, interrogantes magistrum Michaelem, qualiter terram supradictam possedisset. Qui dixit, se iure empcionis possessionem memoratam possedisse; et super hoc litteras privilegiales illustrissimi B(ele) dei gracia regis Hungarie et capituli Wesprimiensis, nec non et episcopi eiusdem loci venerabilis patris exhibuit; quas nos in presencia omnium ibi existencium et in presencia Egyvtkv ac cognatorum eiusdem, et in presencia pristaldi excellentissimi C(olomani) regis, ducis tocius Sclavonie, nomine Alberti de villa Sancti Georgii pro eo, quo dictus E(gyvtkv) et cognati sui terram ipsorum in illa terra per magistrum Michaelem violenter receptam esse dicebant, verbo ad verbum fecimus perlegi; quas cum omnis multitudo una cum ipsis E(gyvtkv) videlicet et cognatis eius audivisset, interrogavimus eosdem, si magister iuste et legitime illam terram possedisset, et privilegia perlecta essent iuste et legitime collata. Qui in nullo privilegiis supradictis contradixerunt, sed possessionem terre supradicte magistro Michaeli pacifice possidendam remiserunt; ita ut de cetero non ipsi, nec ipsorum heredes heredumque suorum successores possent vel deberent iterato cum magistro Michaele vel suis successoribus causari.[1] Postea vero cum terra iustificata esset magistro Michaeli, ex consensu et peticione utriusque partis super destruccione predii eiusdem M(ichaelis) magistri, ordine iudiciario pro bono pacis talem fecimus composicionem, quod dictus Egyvtkv, exceptis cognatis suis, quia predium magistri M(ichaelis) destruxerat, pro captiuatione trium hominum dicto magistro

[1] Dovle siže kraći original priopćen u Wenzel VII. 86.

Michaeli solveret centum et decem pensas frisaticorum; item decem et sex boves; preterea tres equos in octavis sancti Michaelis; ita tamen, ut medietatem pecunie supradicte solveret in dominico post octavas sancti regis, medietatem vero in octavis sancti Michaelis; item si unus ex collateralibus suis et serviens suus nomine Levka super viginti quinque bobus et triginta duobus pecudibus et ducentis ac quinquaginta capeciis frugum sacramentum prestare presumpserit, hec omnia dictus Egyvtkv debet restituere; item idem Egyvtkv cum duodecim hominibus consimilibus suis, nudis pedibus gladiisque evaginatis in manibus eorum positis, debet supplicare pretaxato M(ichaeli) magistro et excessus suos luere; iudici autem et pristaldo idem Egyvtkv tenetur respondere tali eciam pacto inter partes interposito, quod si quis ipsorum de pace reformata resiliret, omnino pro convicto haberetur. Ut igitur hoc ratum et firmum perseveret imposterum, eidem Michaeli magistro litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas anno gracie M°CC°XXX° nono.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 242. (Stara sig. N. R. A. fasc. 648. no. 55.). Na listini visi o svilenoj vrpci ljubičaste boje okrugli maleni pečat u običnom vosku. Legenda nečitljiva, dočim je utisnuta srnjakova glava lijepo sačuvana.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. VII. 88—89. (po istom izvoru). — Wenzel: Ib. p. 86—7 donosi još jedan original iz drž. ark.; nu ovaj je od riječi do riječi sadržan u ovdje priopćenom, te siže do riječi: postea vero cum ..... Za to ga mi ne priopćujemo. — Ovaj priopćuje i Fejér: Cod. dipl. IV. 1. 163—165. — Kukuljević: Reg. no. 383. donosi regest kraćega originala.

91.

1239.

Opoj ban dosudjuje zemlju Velika Glava Salomonu vojniku zagorskomu.

Ne labatur simul cum tempore quod geritur, eternari solet uoce testium et testimonio litterarum. Nos Opoy banus tocius Sclauonie ad noticiam vniuersorum uolumus peruenire, quod Puchuna comes in nostram constitutus presenciam placitauit cum Salomone pugile de Zagoria super vna terra que dicitur Caput Welicha subtus portam asserens, vt illam terram que erat sibi patrimonialis, eo tempore quando nos ipsum Puchunam precepto regis separa(ui)mus, dictus Salomon uiolenter occupasset, Salomon uero ipsam terram de Thena fratre eiusdem Puchune emticio

et iusto foro comparatam confessus fuit. Nos auditis vtrisque partibus ambobus testibus, probare intelleximus Puchune cum suo genere Salomone, cum expeditore quod dicitur zuodus et fideiussoribus suis iuxta consuetudinem terre probare iudicauimus; qui Salomon termino assignato cum suis fideiussoribus et cum suo zuodus et cum preceptore sancti Johannis et aliis nobilibus et melioribus terre probauit honeste, Puchuna uero nullo modo probare potuit. Nos autem ad maiorem cautelam prefato Salomoni cum duobus testibus super ea terra sacramentum prestare iudicauimus, qui iuxta nostram sentenciam cum preceptore sancti Johannis et alio Johanne filio Rodus et tercius ipse personaliter in ecclesia sancti Johannis apud cruciferos in Bynna coram Lodomerio nobili uiro de Worosd, quem ex peticione super ea causa in pristaldum dederamus, prestitit sacramentum, Puchuna ibi existente; et sic terra superius nominata Salomoni et suis heredibus remansit ordine iudiciario perpetuo possidenda. Vt autem hoc robur firmitatis possit obtinere, litteras nostras dupli sigilli nostri super hoc concessimus munitas. Anno ab incarnacione domini M°CC°XXXVIIII°.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 34293. (Stara signatura N. R. A. fasc. 603. no. 47.)

Na listini visi o crvenoj svilenoj vrpci dvostruki pečat Opoja bana, nešto samo oštećen s legendom: SIGILLVM Opoi bani de genere Gutcel(ed).

Codex dipl. patrius VIII. 34—35. no. 23. — Kukuljević: Reg. no. 382

92.

1240, 4. januara. U Dubrovniku.

Nadbiskup se zadužuje svojoj stolnoj crkvi radi pohoda papi.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mensis ianuarii, quarto die intrante. Quicquid amicabiliter alicui conceditur uel confertur, necesse est, ut scripture uinculo tenaci memorie comendetur, ne post decurrentia tempora quod inde statuitur obliuioni traditum ignoretur et iurgia uel scandala inter partes, quod absit, inde in posterum suscitentur. Idcirco nos Johannes permissione diuina Ragusine sedis arhiepiscopus in presentia preclari et nobilis uiri Nycolay Tonisco comitis Ragusii et coram uobis subscriptis testibus pro utilitate et necessitate nostra uidelicet pro debito soluendo quod contrahimus pro confirmatione, consecratione et pallei decoratione, quam suscepimus, a

sanctissimo patre domino Gregorio summo pontifice eundo, stando et redeundo a curia, profitemur et protestamur nos cum nostris successoribus gratis mutuo recepisse a Clemente Sersii et Johanne Petri Malussi procuratoribus scilicet operis maioris ecclesie sancte Marie: de yperperis fabrice eiusdem centum yperpera et quinquaginta yperpera a comunitate Ragusii, que yperpera promittimus et obligamus nos cum nostris successoribus absque omni contradictione et excusatione, exceptione et occasione integraliter et sine diminutione aliqua reddere tali uidelicet modo et ordine, quod a secundo futuro mense martio in antea annuatim uiginti quinque yperpera procuratoribus predicte ecclesie et duodecim et dimidium yperperum comunitati promittimus, dante domino solituros; et si contingeret quod deus auertat, quod dicta solutio eo modo et ordine non fieret, sicut superius prelibatum est, ex tunc in antea licitum sit sine omni exortatione et contradictione procuratoribus et comuni intrandi et possidendi ortum archiepiscopatus nomine fabrice ecclesie supradicte et comunitatis, donec memorata yperpera persoluantur, ita tamen, quod fructus siue reditus dicti orti in sortem et solutionem dictorum centum quinquaginta yperperorum modis omnibus computentur. De hoc autem facto sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: presbyter Blasius filius Johannis, presbyter Stancius Lazari, subdiaconus Marinus Triurli, subdiaconus Helias Gauzola, diaconus Paulus Querestis, subdiaconus Geruasius Petri, clericus Johannes Negamire, Geruasius Naimerus, Michael Pezane, iurati iudices: Valius Gundula, Johannes Quirinus, Bartolomeus Tonisco. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Pismena presječena po pola iznaa teksta. Zbirka saec. XIII.

93.

1240, 24. januara. U Zadru.

Kamasije arhipresbiter zadarski ostavlja svoju imovinu samostanu sv. Krševana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense ianuario, die octauo exeunte, inditione tertia decima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenetie et Dominici Franci uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis

*

Michaelis egregii comitis. Ego namque Camasius archipresbiter Jaderensis iacens senio confectus mentem canam (!) et animam habens, recolens illud euangelicum uerbum: nescitis diem neque horam, et ut sit medela mei spiritus omniumque fidelium defunctorum meorum decessorum, idcirco de meis propriis rebus meo iusto sudore acqisitis (!), accersito notario infrascripto, ei iubeo talem meum scribi testamentum, ut preoccupem faciem summi iudicis in confessione, cordis contritione ac operum satisfactione. Volo siquidem et assero, quod meum pastinum ad Petriçanum positum iuxta uineam heredum Labbe et hanc meam domum cum coquina positam inter domum Stefani de Mago et domum quondam Bose mei consanguinei, cum omni sua longitudine et latitudine, cum suis terminis et pertinenciis, tam subtus terram, quam supra terram, habeat et possideat monasterium beati Grisogoni martiris, ut dicti monasteriales faciant exinde quod sibi placuerit imperpetuum, nemine eis resistente. Verum tamen si ullo tempore monasteriales prefati beati Grisogoni hanc dictam domum uenderent, darent uel donarent uel obligarent uel aliquo modo alienarent, ita quod Stephanus de Mago prescriptus uel eius heredes uel proheredes hanc dictam domum haberet uel ad cunturam (!) uel ad suam proprietatem per aliquod ingenium, tunc uolo omnino et dico, quod monasteriales beati archangeli Michaelis de Monte habeant et possideant sibi hanc dictam domum im perpetuum per supradictum tenorem, hoc est, quod dictus Stephanus dictam domum hanc nequeat habere, ut supradictum est. Hec autem omnia que superius sunt exarata, uolo quod sint firma et rata in seculorum secula amen. Actum est hoc testamentum et firmatum presentibus his rogatis et uocatis testibus: Dobre de Benie, Micha de Conciça et Desa de Mira.

Ego magister Gregorius Jaderensis notarius interfui rogatus, vt audiui hanc cartam testamenti scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Izvornik na perg. u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio sam. sv. Krševana XVII. masso B. no. 9.)

Farlati: Ill. sacrum V. p. 711. Spominje ovu listinu pod datumom u tekstu, dakle 1239. 2. januara, što je pogrješno.

94.

1240, 3. februara. U Spljetu.

Sud o položaju arhipresbitera u Šibeniku.

In nomine domini amen. Cum inter venerabilem virum Treguanum episcopum et capitulum Traguriense ex una parte et clerum Sibenicensem ex altera coram Thoma archidiacono et capitulo ecclesie Spalatensis questio verteretur, proponebat enim dictus episcopus cum suo capitulo porrecto libello hoc modo: Petit a vobis domine T(homas) archidiacone Spalatensis Traguriensis episcopus restitutionem archipresbiteri Sibenicensis; item plenariam satisfactionem de contempto interdicti mandato; item expensas propter frustatoriam appellationem ad vos emissam per Sibenicenses, de quibus igitur premissis iustitiam flagitat pleniorem, salvo iure etc. Ecce pars Sibenicensium respondebat: debere quod(d)am instrumentum rescindi, quod in preiudicium eorum dicebat dolose confectum, quando eorum archipresbiter fuerat ordinandus. Cum ergo predicte partes super his aliquamdiu litigassent, archidiaconus et capitulum recepto ad manus suas prefacto (!) instrumento et diligenter inspecto, habito inter se diligenti consilio, talem sententiam super premissis propositionibus promulgarunt. In primis ergo restituerunt predictum archipresbyterum in plenitudine sue dignitatis et offitii, quibus ab eisdem Sybenicensibus priuatus erat. Preterea laniato instrumento predicto per sententiam preceperunt, ut in suo robore manentibus, que ad ius commune pertinent, videlicet ut dictus archipresbiter debitam obedientiam et reverentiam exhibeat predicto episcopo et eius successoribus, excipiendo ipsum ad hospicium et congruam ei procurationem, ut moris est, exhibendo, et quotiens ab eodem episcopo citatus fuerit ad eum accedere teneatur. In aliis vero, que specialia sunt in quibusdam xeniis prestandis vel non prestandis, nihil ad presens statuerunt, sed salvum sit ius utrique parti petendi vel negandi specialia supradicta. De interdicti contemptu quamvis de iure puniri possent, tamen ex beneplacito eiusdem episcopi eorum simplicitati misericorditer indulserunt. Et quia eumdem episcopum frustatorie fecerant fatigari et expendere, condempnaverunt eosdem clericos Sibenicenses ad solutionem quinquaginta soldorum denariorum Spalatensis vel Venetorum monete eidem episcopo faciendam nomine expensarum. Actum in curia archiepiscopi, presentibus partibus videlicet, iam dicto episcopo, magistro G. Arbensi electo, G. primicerio et Drago canonico et quibusdam aliis clericis Traguriensibus, de Sibenicensibus vero predicto archipresbitero, abbate St. Nicolai, Tolano, Johanne, Ogari, Petro et Slautio presbiteris, Crisogono et Dimintio clericis, et aliis quam pluribus clericis et laicis, Dragouano

Marichna, Bocdano(!) iudice et Gregorio filio Vulcine. Datum Spalati anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense februarii, die tertio intrante, inditione XIII[a], presentem vero paginam bulla capituli communiri fecerunt.

Original u arkivu kaptola u Trogiru a. 1240. Na listini visi svitena vrpca žute boje, pečat je otpao.

Lucius: Mem. di Traù p. 67—68. — Farlati: Ill. sacr. IV. p. 451.; Ib. IV. p. 339. Spominje Ib. V. p. 242. fragment. — Fejér: VII. 4. 89—90. — Kukuljević: Reg. no. 387.

95.

1240, 8. februara.

Koloman kralj i herceg hrvatski daruje svomu dapiferu Dimitriji od plemena Aba posjed Našice.

Columannus dei gratia rex Rutenorum et dux tocius Sclavonie universis Christi fidelibus salutem in salutis largitore. Quoniam digne et laudabiliter in memoria vertitur hominum, ubi fideles in servitiis exhibitis ac exhibendis emeriti condignis meritorum praemiis a suis recompensatoribus non privantur, eo propensius ad illorum penuriam tollendam merito provocamur, quos non modo inter communes et in communibus reperimus fideles, verum etiam singularis servitiorum frequens ac laudabilis praerogativa reddidit multipliciter commendatos. Ne meritum de elongato sive denegato suspirans premio causa sit nobis demeriti vel gehenne, sed ut magis retributio pie gesta in uno quasi per odorem suavitatis se diffundens in plures, pluriumque exhilarans corda si quos quamvis contingat opices, eosdem quasi exemplariter informans, ad eandem fidelitatis animet accionem. Exempli igitur gratia, ut luce clarius pateat, quod in precedentibus diffusius est enucleatum, ad universorum notitiam tam presentium quam posterorum tenore presentium volumus pervenire, quod ad instar probitatis et exigentia meritorum dilectissimi ac fidelis nostri dapiferi magistri Demetrii de genere Aba, qui a puericie sue temporibus in servitiis fidelibus et arduis karissimo patri nostro et coronae exhibitis clarus enituit; quem karissimus pater noster una cum consilio omnium principum suorum ab in tenerrimis infantie nostre vagitibus propter laudabilem morum ipsius elegantiam in didasculum nobis prefecit et magistrum. Necnon cum etiam sepedictus karissimus pater noster A(ndreas) illustrissimus rex Hungariae, obtento ex indulgentia sedis apostolice diademate, in regem Galicie feliciter nos inunctum

fecisset inclyte coronari, prefatum Demetrium magistrum tanquam fidelem expertissimum in dapiferum nobis instituens et in alios baronatus maiores extollens, nobis dulciter fecit adherere; qui etiam postquam infidi Ruteni, cum unanimiter ex instinctis scelerato in excellentie karissimi patris nostri depressionem et nostri captivitatem seu mortem communiter conspirassent, et hec non semel vel bis, sed multotiens nefandissime ac crudeliter attentarent, sepedictus magister D(emetrius) contra infidelium acies inter suos sodales viriliter ac crudeliter potentique manu frequenter dimicans, ac decertans, nulli secundus patuit, et quod famosa res est, per Hungariam nullius egens inquisitionis, inter meritos fide et merito est iustissime computatus; qui etiam quam pluries de manu mortis in conflictibus pro nobis tociens quasi per intermedium ignis et aque evaserit; si recitare vellemus tempus prius posset deficere quam facultas. Et quod certum est, certioratione non indiget, ne etiam tam multiplicium servitiorum enumeratio fastidium possit generare apud animum auditoris, breviter et vere compilauimus, quia fere minus sufficimus, si dicere non pudeat, ad recompensanda servitia eiusdem, quam ipse suffecit in meritis, pluries et a pluribus commendatis. Nam et ut totum sub silentio non pretereat, ex quam pluribus quedam enumeremus. In quodam conflictu a Rutenis tam ipse quam fratres sui Micula videlicet bone memoriae et Ladislaus frater eiusdem captivitati cum magnis vulneribus diu in Lodomeria inferrati et aliis poenis difficilius anxiati per plurima tempora sunt detenti et atrociter cruciati; cuius etiam frater uterinus nomine Aba cum aliis suis consanguineis: Thoma filio Janus et Joanne consanguineo suo ex parte matris et Juda filio Othonis, Mathia filio Vid et Moys filio Pexe, ibidem interiit, nec non et alii quam plures. Non solum illa, sed etiam aliis vicibus de suis sodalibus multi bello interierunt rerumque suarum aliarum, equorum et armorum magnarumque expensarum in redemptionibus hominum captivorum, quam magna damna sit perpessus, vix posset sufficienter aliquis enarrare. In tot igitur et tantorum servitiorum et sanguinis recompensationem licet minus dignum fecerimus, tamen terram Neccha possessionem Gule bani quam etiam post captivitatem Gule bani ad usum proprie excellentie nostre receperamus, ex consensu et bona voluntate carissimi fratris nostri B(ele) dei gratia illustris regis Hungarie et omnium principum suorum, eidem magistro D(emetrio) dapiferorum nostrorum magistro et comiti Budrugiensi contulimus, concessimus, ac condonavimus cum omnibus pertinentiis ac marturinis pro se, suis heredibus, heredumque successoribus iure perpetuo possidendam. Nec etiam hoc pretermittimus, quod nullus banus super predictam possessionem descendere presumat, nec aliquis iudex populos ibidem existentes preter banum possit iudicare, et eodem modo ab

omnibus collectis ac exactionibus seu a quibuslibetcunque debitis in regno Sclavonie emergentibus possessio illa sit libera et absoluta, quomodo et primo a nobis fuit possessa, nec unquam possit tali fraudari libertate. Ut autem hec nostra donatio solemniter celebrata, salva semper et inconcussa permaneat, nec ullis unquam retractetur temporibus, ad petitionem magistri Demetrii privilegium nostrum concessimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum per manus magistri Fyle, praepositi Zagrabiensis. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo, sexto idus februarii.

Iz Diplomatarium novum Hung. F. Széchényi in folio (u svem 12 svezaka) vol. I. 102—112. u narodnom muzeju u Budimpešti. Prepisivač veli, da je pečat otpao.

Fejér: Codex dipl. IV. 1. p. 203—6. — Kukuljević: Reg. no. 388.

96.

1240, 12. februara. U Dubrovniku.

Knez Nikola Tonisto potvrdjuje Dubrovčanima da su ga posvema namirili.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mensis februarii, duodecimo die, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Nycolaus Tonistus comes Ragusii plenam et irreuocabilem securitatem facimus uobis comuni Ragusii, uniuersis et singulis et septingentis viginti libris denariorum Venetialium, quas mihi dare tenebamini pro meo salario comitatus secundi anni, quia iam dictas septingentas uiginti libras bene et integre a uobis recepimus, ita quod nihil inde nobis remansistis dare, idcirco quieti et securi inde permaneatis in perpetuum a nobis et a nostris heredibus et successoribus. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Clemens Sersii, Jacobus Andree Goyslaui, Andreas Ballislaue iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

97.

1240, 24. februara. U Spljetu.

Radi se o prodaji zemlje.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione decima tertia, mensis februarii, die sexta exeunte, presidentibus domino Gunscello (!) uenerabili archiepiscopo, illustri uiro Gargano potestate in ciuitate Spalati. Ego siquidem Iuos filius Uite olim monasterii sancti Benedicti confiteor et manifestum facio, quia uendidi tibi Chazze uxori Michaelis Michatii medietatem meam de ter(ra) cum uitibus que est a Uisoch iuxta aliam mediam terram, quam vendidit tibi Desiuoj frater meus et iuxta uineam filiorum Georgii Sazine, finito precio et precisa uendicione uiginti duarum librarum, de quibus me uoco pacatum et quietatum. Ex toto sit ergo predicta terra in potestate tua omnino possidendi, uendendi, donandi et quicquid ex ea tibi placuerit faciendi, quam tibi ab omni homine excalumniari tenebor. In signum uero emcionis perpetue tres barcos de terra tua abade mihi pro cambio assignasti. Actum est hoc iuxta ecclesiam sancti Michaelis in presencia et testimonio Petri Guardanceli, Johannis Cindri, Sabbe Malce. Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius rogatus a partibus, interfui, scripsi et consueto roboracionis signo compleui.

(Monogr. not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

98.

1240, 29. februara. U Zadru.

Stjepan de Lovrehna svjedoči, da je zemlja u Kokićanima dosudjena samostanu sv. Krševana u Zadru.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo tricesimo nono, mensis februarii, ultima die exeunte, inditione tertia decima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Uenetie et Dominici Franci uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comites. Testificans testificor ego namque Stefanus de Lourehna in deo et super animam meam et in ea ueritate

que Christus est dico, quod olim existentibus Damiano Uaricaxa, Petro de Nichola Lampredii, Budimiro Uitorikio et Çeuetico filio Borislaui de de Crino iudicibus inter Jadertinos et Crinenses constitutis. Venerunt ante presentiam dictorum iudicum Grube de Belloxio et Stepco filius Camasii Capilleti dicentes super iuppano Martino de Crino: tu male facis, quod tenes terras nostras de Coquikiani; Martinus respondit et dixit: ostendite mihi de quibus terris dicitis. Et ita dicti iudices miserunt pro domino de Torente abbate sancti Grisogoni, ut ueniret ante presentiam suam, quia ipse abbas fatebat(ur) dictas terras esse suas pro dicto monasterio. Et tunc dicti iudices dimiserunt me dictum Stefanum pristaldum, ut irem et sauodiçarem dictas terras. Cum autem iuissemus ad Coquikiane et essent ibi dictus abbas, Jurislauus de Steppe, dictus Martinus et dicti Grube et Stepco, dictus dominus abbas coram omnibus dixit: iste terre nulli uestrum pertinent, set pertinent monasterio sancti Grisogoni. Tunc per uoluntatem omnium ibidem astantium fuit concorditer dictum, quod sauodçaremus dictas terras et postea sicut uidebitur rationi, ita fiat. Et ita incepimus sauodçare dictas terras incipiendo a quodam puteo eundo sursum per uiam et terras Caçicorum eundo in austro usque ad terras Caçicorum, ueniendo inferius in Corino usque ad quendum lacum qui est inter terras Dragoslaui et Petri filiorum Ottre et inde ueniendo usque ad alium carsum et uiam publicam, usque ad primum dictum puteum; de quibusdam pastinis supra dictas terras positis, sub castro Nadino sic fuit dictum, quod quicumque vicerit, dictas terras habeat et ipsos pastinos. Postea ego dictus Stefanus Jaderam reuertens, hec omnia predicta retuli dictis iudicibus. Deinde dictus de Torrente abbas terras placitauit cum dicto Martino ante dictum dominum Johannem Michaelem comitem Jadere et eius iudices, et uentilato placito dictus abbas pro monasterio sancti Grisogoni terras prefatas optinuit per sententiam diffinitivam sollemniter datam a dicto comite Jadere et eius iudicibus imperpetuum. Hanc autem testificationem ita esse ueram, ut dicta est, testificor ego dictus Stefanus super animam meam, coram his rogatis et uocatis testibus: Cernugo Çambara tunc tribuno, Johanne Contarino et Damiano de Micha de Starecha. Ego Andreas de Petriço examinator manu mea scripsi.

Ego magister Gregorius Jaderensis notarius interfui rogatus et per preceptum supradicti domini comitis et eius iudicum, ut audiui hanc cartam; scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

Izvornik na pergameni u ark. gubern. u Zadru (caps. XIV. rott. F. no. 4.)

99.

1240, 22. marta. U Dubrovniku.

Matija Ninoslav ban bosanski obećaje Dubrovniku vječni mir i prijateljstvo.

† Вь ıмє ѡтьца и сына и светога дȣха аминь, лѣто ѹпльщениѣ господа нашего Исоѵ Христа тисоѹща .СМ., (240.) мѣсеца марьта .КВ. (22.) дьнь, индикьта .ГІ. (13.) ви хьтѣниє кнѣьнега нашега господа бога Исоѵ Христа, и ꙗзь велики бань босеньски Матеи Иинославь по милости божıє своиовь си добро хьтение придохь си ȣ Дȣбровьникь кь старимь ми приꙗтеломь, властеломь и ѡпькинѣ градьскѣ, а придохь си сь моими боларими, сь воиводомь Юришемь, тепьчиꙗ Радона и брать ıєговь Симеонь, пехарьникь Мирохьна, Забавь Продаса, Приıєсьда Сьфинарь, Славько Поличикь, Градиславь Тȣрьвикь, и обретосьмо боларина кнеза Дȣбровьчькога Николава Тоиньсьта, и сь преписанимь моими боларими клєхь сѣ кнезȣ и вьсе ѡпькинѣ градьскѣ ȣ вечьни мирь и ȣ любьвѣ, како се зде подьпишѣ: азь Матеи Иинославь, по милости боже вѣлики бань босеньски, сь моими боларими кельнемо сѣ тебе, Николавȣ Тоиньстȣ, кнезȣ дȣбровьчкомȣ, и вьс(ѣ)мь властеломь и вьсѣ ѡпькинѣ градьскѣ ȣ господа бога нашега Исоѵ Христа и ȣ пресветȣ богородицȣ девию владикȣ Марию и ȣ чьстьни животворещи крьсгь и ȣ света божıꙗ еваньгелиꙗ и ȣ светога Власи, блаженога мȣчѣника, и ȣ вьси свете ȣгодивьше богȣ ѡдь века сь своиовь воловь, чистемь срьдьцемь, сь правовь веровь, безь вьсакога пропадьства и бе(сь) злѣ мисли, да ви стою ȣ вечьни и тверьди мирь и ȣ срьдьчеиѣ любьвѣ и ȣ вьсакȣ правьдȣ, и по земле и владание мое и моихь сынь да си ходите свободьно и простраио безь вьсакѣ десѣщиние и безь инкерѣ иньие даниє, и паче да мои кьмети и мои людие и мои владальци да ви любе и да ви хране ѡдь зла сь правовь веромь; и ако некьто ѡдь моихь кьмети или ѡдь моихь людие чиие ви кривииȣ, да се при предь мновь, и ꙗ да нимь сȣдȣ прави сȣд, и ꙗко ви ꙗ правиниѣ не чиинȣ, то то ꙗ кривь; и ако сѣ разьратитѣ сь кралѣмь рашьки(мь) да вась не дамь ни ваш добитекь, паче да ви ȣхранȣ с вьс(ѣ)мь вашимь добиткомь; ы що се чинило пре и послѣ,

да сѣ при, и да не изьма; и да придȣ ȣ Дȣбровьникь, да на ме не ȣстане никьторѣ, де ꙗ смь ȣ свою ꙁемлѹ ееда, кьто хоще искати, ищи, де смь радь правьдȣ ȣчине, ако пра(вьде) не ȣчинȣ, то ꙗ кривь и сѣ ѡще: ако вѣрȣѥ Серблинь Влаха, да сѣ при предь кнеземь дȣбровьчькимь, и ꙗко верȣѥ Влахь Серблина, да се при предь баномь, и иномȣ Влахѹ и иномѹ Серблинѹ да не исьма. И да сѣ некоꙗ кривина мећȣ ни чини, да та кривина сѣ сь правиновь исьправи. А сизи мирь и сизи ѡбеть да сѣ никакорѣ никимьре деломь и никимьре коньцемь да сѣ не реши, ни да сѣ подьперѣ, нѣ паче да бȣде тверьдь ȣ веки. И хощȣ, да вьсѣ се, што зде писано, ȣ веки да бȣде тверьдо ѡдь мене самога и ѡдь моихь деть и ѡдь моихь ȣнȣчѥ и ѡдь моихь кьмети и ѡдь моихь люди; и кьто сие приломи или ꙗ самь или мои сынь или мои ȣнȣкь или мои кьмети или ини кьто годѣ мои, да богь га сепьнѣ и света богородица и вьси свети, ки сȣ зде писани. Мирь божи сь намь аминь. Ѡдь сизи мирь и ѡдь сие ѡбетование сѹ .В. (2) книгѣ: ѥдьнȣ книгȣ ȣзель бань велики Нинославь сь своими боларими, а дрѹгѹ книгȣ ȣзель Николакь Тонисьто кнезь и ѡпькина градьска. И да нѣ никѣрѣ изьма на иного Серблина ни на иного Влаха лише на самога исьца. Азь Бориславь Воисиликь кельнȣ сѣ вечьни мирь и любѣ имети сь Дȣбровьчаномь, како ѣ сде преписано.

Miklosich Mon. Serb. 28—29. br. 35. — Kukuljević Reg. br. 389.

100.

1240, 26. aprila. U Dubrovniku.

Dubrovčani pomažu Mlečane prigodom brodoloma.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo mensis aprilis quinto die astante, Ragusii, in presentia et testimonio nobilis uiri domini Nicolai Tonisti comitis Ragusii et aliorum subscriptorum rogatorum testium, nos quidem Donatus Grecci de confinio sancti Jacobi de Luprio de Venetiis et Petrus Faber de sancto Luca et Stefanus de Florentia de confinio sancti Luce de Venetiis per sacramentum euangelii, quod iurauimus bona et spontanea nostra uoluntate, manifesti sumus, quia uenimus in concordiam cum bonis hominibus de Ra-

gusio, qui cum suis lignis uoluerint Ragusium ducere butticellas, quas habemus in insula Melete apud nostram nauem naufractam, uidelicet ut haberent pro naulo sextam partem, de quantis butticellis inde adduxerint Ragusium, et de aliis rebus que inde adduxerint Ragusium, dabimus eis naulum, secundum quod cum ipsis convenerimus; et omnia hec nobis ad maximas preces nostras pro onore domini nostri ducis Venetie amicabiliter bene et fideliter fecerunt. Unde tam ipsi homines Ragusii qui hoc seruitium et amorem nobis fecerunt, quam etiam totum comune Ragusii toto tempore in perpetuum securi et quieti permaneant a nobis et nostris heredibus et successoribus. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Jacobus Andree Goyslaui et Andreas Ballislaue iurati iudices Ragusii et Johannes Quirinus et Bartolomeus Tonistus Veneti. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

101.

1240, mjeseca aprila. U Zagrebu.

Fratar Rembald meštar Templara ugarskih i hrvatskih i sav red templarski, kao vlasnici grada Senja, odpuštaju topuskomu manastiru neko zemljište kod Senja.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Universum Zagrabiense capitulum, omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in actore salutis. Quoniam ea que aguntur a memoria hominum, sepissime delet oblivio, necessario provisum est, ut ea, que inter viros religiosis ordinantur vel statuuntur, posterorum memorie scripti patrocinio transmittantur. Hinc est, quod ad universorum tam modernorum quam futurorum noticiam harum series volumus pervenire, quod cum abbas et conventus monasterii de Toplica iam dudum postulassent a fratre Rembaldo de Karump magistro domus Templi per regnum Hungarie et ab aliis fratribus domus Templi, locum unum apud Sceingniam sibi dari, ad domum unam ibidem edificandam pro rebus propriis et necessariis dicti monasterii emendis et vendendis. Demum dicti magister et fratres congregati ad generale capitulum apud Glogonicam IV. idus marcii, peticionem dictorum abbatis et conventus unanimes duxerunt admittendam,

donantes et concedentes in perpetuum dicto monasterio Toplicensi medietatem cuiusdam pecie terre, quam tenebat domus Templi de terra quam tenuit quondam prior Oprahk, ad domum quam petebant edificandam tali modo, quod dictus abbas et conventus in pertinenciis Sceingnie non possint in posterum emere nec in elemosinam recipere, si fortassis eis ab aliquo conferretur domum aliquam, neque vineas (ne)que possessiones aliquas seu terras sine licencia magistri et fratrum domus Templi. Quod si alicuius privilegii auctoritate vel modo alio aliquo facere attemptarent, tam ipsum locum quam domum ibidem edificatam amitterent presentibus vel teneura(!)[1] seu aliis iure[2] minime valituris. Adiuncto, quod nichil ematur vel vendatur in dicta domo, vel inde modo aliquo extrahatur, de quo domui Templi ius suum integre non reddatur, sicut de aliis mercimoniis que apud Sceingniam vendentur vel ementur, preter res proprias dicti monasterii Toplicensis ad usum proprium abbatis et conventus pertinentes; quod si fieret et probari posset, tam loco quam edificio, ut dictum est, privarentur. Verum res proprias dictorum abbatis et conventus usui ipsorum necessarias liceat eis ibidem emere et vendere, reponere et inde extrahere libere et pacifice pro sue libito voluntatis. Porro si contingeret memoratos fratres domus Templi edificare fondicum Sciengnie(!), in quo omnia mercimonia venderentur et emerentur, prefati abbas et conventus in ipso fondico et non in propria domo res suas vendere et emere tenerentur, libere tamen et sine tributo aliquo, sicut in domo sua supradicta. In cuius rei noticiam et memoriam habendam in posterum pleniorem ad preces utriusque partis presentes literas per alphabetum divisas sigilli nostri munimine dedimus roboratas. Quarum partem unam habent sepedicti abbas et conventus et aliam domus Templi. Ceterum ad maiorem cautelam et roboris firmitatem prefati abbas et conventus ac magister domus Templi antedictus sigilla sua duxerunt presentibus apponenda. Actum anno gracie MCCXL mense aprili.

Liber privilegiorum monast. B. V. Mariae de Toplica (no. LXX). — Tkalčić Monum. episcopatus zagrab. I. 78. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. 317—19. — Kukuljević Reg. no. 390.

Valjda: [1] tentura. [2] iuribus.

102.

1240, 22. maja. U Dubrovniku.

Prisega Dubrovčana Grubše i sina mu Tome, da će biti vijerni i braniti posjede otoka za Veneciju.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mensis madii nono die astante, ordinata curia cum sonitu campane, presentibus et consentientibus nobili uiro domino Nicolao Tonisto comite Ragusii et populo Ragusii et coram uobis subscriptis testibus. Ego quidem Grubsa de Ragusio cum filio meo Thoma spotanea et bona nostra voluntate ad sancta dei euangelia et super crucem domini nostri Jesu Christi iuramus, quod ab hodierna die in antea usque dum uixerimus erimus fideles domino nostro duci Venetie qui nunc est et omnibus qui erunt per tempora, et saluabimus et manutenebimus homines Venetie in personis et rebus, ubicunque eos inuenerimus, bona fide, omni nostro posse, bene consiliabimus et adiuuabimus eos cum bono Ragusii et prenominato nobili uiro domino Nicolao comite Ragusii et uenturis comitibus Ragusii ex parte domini nostri ducis Venetie. Similiter fideles erimus et eos omnibus modis quibus poterimus cum nostro posse adiuuabimus et consiliabimus in omnibus et per omnia, et specialiter ut libere et bene ac· quiete possint manutenere insulas, uidelicet Corciram, Lastam et Meletam ad honorem domini nostri ducis et predicti domini Nicolai comitis et comitum qui pro domino nostro duce erunt in Ragusio, ad salutem Ragusii. Et in factis predictarum insularum obediemus eorum preceptis. De hoc autem pacto sint due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Clemens Sersii et Jacobus Andree Goislaui iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu, iznad teksta pismena na pola presječena. Zbirka saec. XIII.

103.

1240, 19. maja. U Spljetu.

Bračani priznaju se vlasti grada Spljeta.

In dei nomine amen. Cum dominus Garganus potestas cum toto exercitu Spalatensi iret super Almisium ad accipienda pignora de DCCCXIII. liberis (!), quae dedit et accomodavit Osor in manus Bogdanici pro communi Spalati pro emendatione residui bestiarum, quas Tollien Vlla(!) Dozenet quondam depraedatus fuit in campo Spalati et homines Almisii non dantes sibi, dicta[1] potestas, cum dicto exercitu ivit ad insulam Brachiam ad accipiendum solutionem de bonis et bestiis, quas Almisani habebant in Bracia. Et postquam ibi applicuit potestas, misit pro iudicibus et aliis hominibus Braciae ad hoc, ut assignarent sibi res et bestias hominum Almisii, qui iudices et Bracienses venientes coram potestate, assignaverunt bestias et res Almisanorum; et facta assignatione eorum bona et plana et spontanea voluntate dederunt et supposuerunt se dictae[2] potestati et communi Spalati. In primis iuraverunt corporaliter super sacrosancta dei evangelia et super crucem et sanctis reliquiis[3] fidelitatem et sequimentum dictae potestatis, sicut Spalatenses iuraverunt et sicut in breve et ordinamentis potestatis continetur. Item iuraverunt atque promiserunt semper ita iurare et facere ipsi et sui haeredes fidelitatem et seguimentum(!) suis successoribus tam potestatibus quam comitibus vel rectoribus, qui pro tempore fuerint ad regimen dictae civitatis omni anno et semper stare ad honorem omnipotentis dei et beati Domnii subiecti dictae civitatis et stare in auxilium et consilium ipsis Spalatensibus contra homines Almisii et contra omnes homines huius mundi in personis et rebus, salvo honore domini regis Hungariae. Et quoscunque homines Spalati habebunt pro inimicis, ipsi Braçienses habebunt pro inimicis et quoscunque homines dicti Spalatenses habebunt pro amicis, homines Braciae habebunt pro amicis. Item iuraverunt atque promiserunt: non mutare nec cambiare aliam dominationem, quam dominationem Spalati. Imo recipient et retinebunt iudices, quos communitas Spalatensis eis dederit et ad illam consuetudinem vivent, quam Spalatenses vivunt. Et si accideret, quod rex Hungariae vellet eos mutare de loco Braciae, quod ipsi omnes de Bracia venient ad habitandum Spalati et ibi perpetuo manebunt et omnia quae consueverunt facere suis dominis secundum antiquam consuetudinem, facient Spalatensibus. Unde bucarius de voluntate dicti domini Gargani potestatis et omnium hominum Spalati astantium in exercitu in campo portus Spleciae eiusdem insulae super

[1] Ima biti: dictus. [2] dicto. [3] sanctas reliquias.

animam dictae potestatis et dictorum Spalatensium iuravit atque promisit omnes illos de Bracia defendere et manutenere bona fide et sine fraude, ab Almisanis et ab omnibus hominibus huius mundi iuxta eorum posse, salvo honore domini regis Hungariae. Item et cum ipsis Almisanis non facere pacem nec concordiam sine ipsis. Item iuravit atque promisit eis salvare antiquam eorum consuetudinem bonam et si quam iniustam habebunt, quae non videretur bona esse eis, cassare. Hoc actum est in presentia domini Appollinarii Borgani, Lampredii Sagarelli, Duymi Formini, Jancii Sab, Nicole Stoch, Stanii filii Sabbe de Farro et aliorum multorum, anno domini MCCXL, die XIII. exeunte maii, temporibus domini Gregorii papae et serenissimi Sclavonie ducis Colomani, indictione XIII.

Ego Petrus Transmundi, Anconitanus civis, imperiali auctorirate et nunc communis Spalati notarius, expressis suprascriptis interfui et rogatus scripsi et publicavi.

Lucius de regno. Ed. Schw. p. 598. — Kukuljević: Reg. no. 392.

104.

1240, 30. maja. U Lateranu.

Grgur IX. papa šalje palij nadbiskupu zadarskomu.

Gregorius episcopus servus servorum dei karissimo dilecto filio (Dominico Franco) electo Iadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum palleum insigne videlicet pontificalis officii ex parte tua fuisset a nobis per dilectos filios Grisogonum canonicum Iadrensem et Symeonem presbiterum de Venetiis nuntios tuos cum ea qua decet instantia postulatum, nos tuis supplicationibus annuentes, ipsum de corpore beati Petri sumptum per eosdem nuntios dilecto filio (Leonardo) electo Gradensi assignandum tibi per eum duximus destinandum, ut illud tibi assignet sub forma, quam ei sub bulla nostra mittimus interclusam et a te nostro et ecclesie romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipiat iuramentum. Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus utaris, qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, intus serves in mente, discretionem tuam monemus attente et hortamur, quatenus humilitatem et iustitiam, dante domino qui dat munera et premia elargitur, conservare studeas, cum suum serviant et promoveant servatorem et Iadrensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite auctore

domino spiritualiter et temporaliter augmentare. Datum Laterani III. kalend. iunii, pontificatus nostri anno decimo quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 93. str. 76. Iz reg. an. XIV. ep. 21. — Potthast Reg. pontif. I. br. 10.888. — Kukuljević Reg. br. 393.

105.

1240, 30. maja. U Lateranu.

Grgur IX. papa patrijaru Gradskomu, neka uruči palij nadbiskupu zadarskomu.

Gregorius episcopus servus servorum dei carissimo dilecto filio (Leonardo) electo Gradensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum palleum, insigne videlicet pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per dilectos filios Grisogonum canonicum Iadrensem et Symeonem presbiterum de Venetiis nuntios tuos cum ea qua decet instantia postulatum, nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de corpore beati Petri sumptum per eosdem nuntios tibi assignandum sibi per te duximus destinandum. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus illud ei assignes sub forma, quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam et ab ipso nostro et ecclesie romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipias iuramentum. Formam autem iuramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per eius patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare procures. Datum Laterani III. kal. iunii, pontificatus nostri anno decimo quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 94. str. 76. Iz reg. an. XIV. ep. 22. — Potthast Reg. pontif. I. br. 10889.

106.

1240, 6. juna. U Lateranu.

Gregorije IX. papa hercegu Kolomanu o sjedinjenju crkava spljetske i zagrebačke.

Gregorius episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio Colomanno illustri regi et duci Sclavorum, salutem et apostolicam benedictionem. Per dilectum filium Petrum nuntium tuum latorem presen-

tium a nobis tua serenitas postulavit, quod cum Spalatensis ecclesia propter plurium malefactorum incursus ad illam devenerit egestatem, ut venerabilis frater noster (Guncellus) archiepiscopus Spalatensis subire mendicitatis opprobrium compellatur, ipsius spontaneam cessionem recipere et eandem ecclesiam unire Zagrabiensi ecclesie curaremus, presertim cum sicut asseris, paratus existas ducatum tuum Sclavonie venerabili fratri nostro (Stephano) Zagrabiensi episcopo pro meliorando statu ipsius Spalatensis ecclesie liberali pietate conferre. Verum cum in tanto negotio sit maturitate previa procedendum, super unione huiusmodi venerabilium fratrum nostrorum (Ugolini) archiepiscopi Colocensis ac (Stephani) Zagrabiensis episcopi et capitulorum dictarum ecclesiarum requiri debet assensus. Quod autem inde feceris, nobis processu temporis poteris intimare, ut super hoc ad honorem dei et ecclesie cum fratribus nostris, sicut expedire viderimus, providere possimus. Datum Laterani VIII. idus iunii, pontificatus nostri anno XIIII.

Theiner Mon. Hungariae I. no. 322. str. 176—177 (iz reg. orig. an. XIIII. ep. 86. fol. 15. — Pray Hierarch. II. 241. — Katona Hist. crit. V. 887. — Fejér Cod. dipl. IV. I, 183. — Potthast Reg. pont. I. no. 10.890. — Kukuljević Reg. no. 394. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 13.

107.

1240, 18. juna. U Zadru.

Sud o zemljama u Gorici kraj Belgrada.

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti infrascripti. In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo, mense iunii die tercio decimo exeunte, indictione tercia decima, Jadre. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Ueneciarum et Dominici Francii uenerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Cum nos siquidem Jurislaus filius condam Steppe, Martinuxius filius condam comitis Uocin et Paulus filius condam Lampredii iudices constituti super terras de starea a dicto domino Johanne Michaele comite Jadre et eius iudicibus et consiliariis resederemus pro tribunali, uenit ante presenciam nostram dominus Robertus abbas monasterii sancti Damiani de Monte cum suo aduocato uiro nobili Andrea de Petrizo contra Petrizum de Forto dicens: tu Petrizus male fecisti, quod intrasti in terras dicti monasterii et eas tenes. Petrizus respondit: ego habeo plures terras; ueni ergo et ostende michi, de qua terra dicis et conqueris. Quare nos dicti iudices hec audientes dedimus

eis pristaldum dictum Martinuxium nostrum coniudicem, ut uideret, de qua terra diceret. Qui pristaldus ivit ad locum quendam qui dicitur Suisgian et sauodzauit ipsas terras hoc modo. Incepit primo intus in silva in ualle a quadam rupe, in qua est tale signum, Φ descendendo recte a borea in Corin usque ad aliam rupem et inde usque ad maceras condam ville que dicebatur Losiza, ubi est terminus lapidis signati signo predicto et inde ad alium terminum lapidis signati signo predicto usque per uiam publicam ueterem ad quercum, ubi est terminus lapidis signati signo predicto, et inde descendendo recte in Corin ad alium terminum lapidis signati signo predicto et inde eundo in austrum usque ad locum ubi est terminus lapidis signati signo predicto, et inde eundo recte in austrum usque ad alium terminum lapidis signati termino predicto, ubi est angulus terrarum, et inde protendendo uersus meridiem recte usque ad potocum, ubi sunt due magne arbores et terminus lapidis signati signo predicto et inde eundo recte per potocum in austrum usque ad terminum Templariorum. Cum autem dictus pristaldus cum multis aliis uiris nobilibus hanc sauodzacionem fecissent, reuersus ante nostram presenciam, hec omnia nobis per ordinem enaravit. Tunc dictus Andreas surrexit dicens: domini iudices, nos volumus scire, si Stana et Brana sorores et heredes Johannis Ragni uolunt et placet eis quicquid Petrizus de Forto placitat et facit super hoc placito dictarum terrarum. Unde nos iudices dicti dimisimus dictum Paulum coniudicem nostrum, ut interrogaret heredes Johannis Ragni et uirum nobilem Johannem de Butiuan, ut interrogarent dictas sorores de omnibus predictis. Qui Paulus et Johannes ante nostram presentiam venientes dixerunt, quod heredes Johannis Ragni et dicte Stana et Brana habebant pro firmo et rato imperpetuum quicquid Petrizus de Forto faciebat et agebat super hoc placito dictarum terrarum. Tunc dictus Andreas surrexit dicens: domini iudices, (terre) quas sauodzauit vester pristaldus Martinuxius et coniudex sunt dicti monasterii et Petrizus de Forto eas tenet, unde uellemus, quod ipse eas dimitteret. Petrizus respondit: per quam rationem dicis has terras esse dicti monasterii. Andreas respondit: iste terre sunt dicti monasterii et locus ubi sunt dicitur Suisgian, sicut continetur in quodam breuiario sic incipiente.

Slijedi listina od 1199. 3. oktobra. Vol. II. pg. 326—328 br. 308. ovoga zbornika.

His omnibus predictis dictus Petrizus respondit: iste terre non sunt in Suisgian, sed sunt in loco qui dicitur Uoiskiza. Andreas dixit: immo iste terre sunt in Suisgian et sunt dicti monasterii. Insuper ecce vir nobilis Dragoslauus filius Ottre Cazziki sciens ita esse uerum, ut ego dico. Qui Dragoslauus in presencia nostra uocatus adueritavit et affirmavit

omnia, secundum quod dictus abbas eum posuerat. Unde nos dicti iudices uidentes et legentes cartam breviarii animo diligenti et audientes testificaciones dicti Dragoslavi, habito consilio uirorum sapientum diximus per diffinitivam sententiam, quod dictus abbas iuraret et tercia sua manu, quod ita erat verum, ut in sua carta breviarii dicebatur et secundum quod dictus Dragoslaus fuerat testificatus et factis sacramentis dicte terre essent de dicto monasterio in perpetuum, et super his omnibus dimisimus et affirmauimus pristaldum prefactum Paulum filium condam Lampredii nostrum coniudicem per uoluntatem utriusque partis, scilicet dicti abbatis et dicti Petrizi, qui dictus abbas iuravit et legem adimpleuit in presencia nostra, prout ei impositum fuit. Postea uero cum quadam solle(m)pnitate et cum multis viris nobilibus Jadratinis et Sclavis infrascriptis et cum notario infrascripto ad dictum locum perreximus et dictas terras sauodzauimus nos prefacti iudices et terminos lapideos fiximus in omnibus et per omnia, ut supra dictum est. Et in dictis terris stantes, dictum abbatem et eius successores de dictis terris inuestiuimus et deliberauimus, dicto Paulo pristaldo in manu baculum tenente et ipsum dante dicto abbati taliter, quod dictus abbas cum suis successoribus habeant et possideant dictas terras libere in perpetuum, et dictis Petrizo, Stane et Brane et eorum heredibus et heredibus Johannis Ragni de dictis terris respondere ullo modo non teneantur. Hii sunt testes coram quibus hec acta sunt: domino de Torrente abbate sancti Grisogoni, Madio filio Dobre de Mexe, Marino de Serdan, Miroslavo de Petro Cipriano, Cizzono de Scandarlo, Paulo de Dessa Pizica, Lompre de Nichola, Lampredio Nasse de Biualdo, Stephano de Formino, Petrizo et Todoro filio Sancii de Petrizo, Volcoi presbitero de Goriza, Petro Rincouik, Petro de Ottra Cacik et Miren Caciki, Pripico et Dobrano Jamometi, Preuonig cum duobus fratribus filiis Strisine, Diminci fratre Predoi, Dobroxa de Lamozanino, Preuox Patrinik, Dragouano Preuidik, Priban Ra(m)lianin et Dimince Clopoto et multi alii quam plures. Ego Paulus filius condam Lampredii iudex et pristaldus manum meam misi. † Ego Jurislaus filius condam Steppe iudex manum meam misi. † Ego Martinusius filius condam comitis. Uocin iudex, quia nesciui scribere, per me scribere rogaui. Ego magister Gregorius Jadrensis notarius interfui rogatus, per preceptum supradicti domini comitis et eius iudicum, ut audiui a dictis iudicibus Paulo, Jurislao et Martinusio hanc cartam sentencie scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum notarii.)

Ego Zaninus Galellus condam Cose de Prode iudex examinator comunis Jadre, quia hoc exemplum inueni concordare cum suo autentico

de uerbo ad uerbum me subscripsi. † Ego Federicus fillius (!) Grissogoni (!) de Grisogonis iudex examinator comunis Jadre videns hoc exemplum cum suo autenticho concordare me subscripsi.

Ego Damianus condam Grisogoni de Begna iudex examinator Jadre quia hoc exemplum cum suo autenticho concordare inueni et me subscripsi. Ego Angelus Bernardi de Firmo maior cançellarius Jadre publicus inperiali (!) autoritate (!) notarius et dicte ciuitatis iuratus, quia presentem copiam abscultaui vna cum Bartholomeo notario infrascripto cum suo principali et autentico instrumento et concordantem inveni, ideo me in testem et in testimonium premissorum propria mea manu subscripsi et solito meo signo (!) apposui.

(Signum notarii.)

Ego presbiter Helyas canonicus Spalatensis imperiali auctoritate notarius et iuratus comunis Jadre ac etiam capituli Jadrensis, quia de comissione et mandato capituli predicti Jadrensis et precipue venerabilium virorum dominorum presbiteri Marini de Butadeis, archidiaconi presbiteri Philipi de Sloradis plebani sancti Petri noui, presbiteri Miche plebani sancti Michaelis et presbiteri Petri sancte Marie presbiterorum de Jadra, tanquam tenentium et gubernantium sigillum capituli Jadrensis, suprascriptum exemplum cum suo autentico et originali de uerbo ad uerbum ascultaui et ipsos ueraciter concordes inueni, ideo dicti domini archidiaconus et plebani presentibus fecerunt apponi dictum sigillum appensum et ego ideo notarius me hic meo nomine apposito signo meo thabelionatus(!) subscripsi in testimonium omnium et singulorum predictorum.

(Signum notarii.)

Et ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia, olim cancellarii, Jadre publicus inperiali (!) auctoritate notarius et ciuitatis Jadre iuratus, prout predicta omnia et singulla in publico et autentico principali instrumento inueni, ita hic fideliter et per ordinem subscripsi, copiaui et exemplaui, nil addens nec minuens fraudulenter preter forte punctum, titulum, literam uel silabam per erorem, non tamen quod sententiam mutet uel variet intellectum et quia presentem copiam cum dicto publico autentico principali instrumento vna cum suprascriptis dominis iudicibus examinatoribus et maiori cancellario Jadre et notariis suprascriptis abscultaui et de uerbo ad uerbum concordare inueni, ideoque de licencia et auctoritate nobilium uirorum domini Jacobi de Raduco, ser Zanini de Sloradis et ser Cressii de Nassis honorabilium rectorum ciuitatis Jadre publicaui et in publicam formam redegi, mediante sigillo Jadrensis capituli. Et hoc feci ad peticionem et instanciam reuerendi in

Christo patris domini domini fratris Petri, dei et apostolice sedis gracia abbatis sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis diocesis et capellani domini nostri pape; et hoc instrumentum originale repertum in procuraria communis Jadre est et ideo signum meum consuetum apposui in testimonium premissorum.

(Signum notarii.)

Kasnija originalna potvrda sa ovjerovljenjima u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio rogovski). Na listini vidi se trag, gdje je visio pečat.

Farlati: Ill. sacrum V. 74. (donosi uvod.) — Ljubić: Polichorion 39—44. Starine XXIII. 193—196. br. 108.

108.

1240, 9. septembra. U Dubrovniku.

Prisega kneza Stjepana Justiniana.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mensis septembris, nono die intrante. Nobilis uir dominus Stefanus Justinianus comes Ragusii, die sancti Helie profete, uidelicet uicesimo die proximi preteriti mensis iulii, nono autem die huius mensis septembris, ordinata curia cum sonitu campane, idem dominus Stefanus comes Ragusii tale sacramentum fecit: *(slijedi prisega doslovce kako i prisegoše prvanji knezovi, zatim slijedi)* Hii sunt testes: Vlcius Bladimiri, Clemens Sersii, Jacobus Andree Goislaui, Andreas Ballislaue iurati iudices Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

109.

1240, mjeseca septembra. U Spljetu.

Radi se o zalogu zemlje za dug.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo (quadragesimo), indictione decima tertia, mensis septembris. Temporibus domini Guncelli Spalatensis archiepiscopi, nobilis uiri Gargani Spalatine (ciuitatis) potestatis, Johannis filii Bosce uicarii. Ego

quidem Desivoy olim filius Uite Monachari confiteor me recepisse mutuo a te Alberto filio . . . . . . ati The . . . . . . septem libras et dimidiam denariorum, pro quibus trado tibi pignori uineam meam que est in Visoc iuxta terram Gregorii Sirizi, quam laborabo per manum tuam, ad medietatem fructus uero in sortem tibi minime computarentur et non liceat mihi eam recipere in presenti anno, antequam receperis fructum, nec eo anno quo incepta fuerit laborari. Quam uineam tenear tibi excalumniari ab omni homine super ceteris bonis meis et super me, donec tibi pleniter persoluam dictos denarios. Testes sunt: Paulus Trepetini et Micha filius Dimince. Et ego Cumanus clericus comunis Spaletensis iuratus notarius audiens a predicto Desinna scripsi et consueto signo compleui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

110.

1240, mjeseca oktobra. U Pečuhu.

Farkaš prepozit pečujski i cijeli kaptol svjedoči o sudu kralja Bele radi dviju posjeda u županiji vukovskoj.

Farcasius prepositus Quinqueecclesiensis totumque capitulum eiusdem loci, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod constitutus in nostri presencia Martinus filius Botyz comitis una cum Peta filio Temeney de villa Nemti, qui pro Buken comite venerat, quem dictus Martinus coram illustrissimo Bela dei gracia rege Hungarie in causam traxerat pro duobus prediis, videlicet Heyreh et Luder, et eo quod dictus Buken pro Prisda bano fideiusserat, pro quo Buken Botyz et patri dicti Martini fideiusserat et dicta predia pro ipso Buken fuisse perdita; dictam vero causam dominus rex tali modo adiudicavit, ut dictus Martinus iuraret cum duodecim hominibus coram nobis. Tandem mediantibus bonis viris ad bonam pacem devenerunt tali modo, quod dictus Buken pro prediis antedictis et pro fideiussione dicto Martino solveret centum marcas, quas dictus Martinus confessus est, se coram nobis integraliter recepisse ab Hendre de genere Nemty comite de Wlco, qui pro dicto Buken socero suo dixit se coram nobis solvisse. Et sic dictus Buken a debito centum marcarum fuit omnino expeditus; itaque nec ipse Martinus, nec aliqui

heredum vel consanguineorum ipsius, dictos Buken vel Prisdam vel ipsorum heredes pro prediis sepedictis vel fideiussione de cetero poterunt molestare. Et ne super hoc debitetur, nos ad peticionem dicti Martini sepedicto Buken presens scriptum contulimus sigillo nostro munitum, anno domini millesimo CC⁰ XL⁰, mense octobris., Gurgone cantore, Theodore custode, Salomone decano ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Thome lectoris Quinqueecclesiensis.

Iz privilegija kralja Bele od g. 1244. 31. oktobra, prepisanog po kaptolu bačkom god. 1356. 25. marta u kr. ug. drž. ark. u Budimu. (M. O. D. L. no. 222 (stara sig. N. R. A. f. 575. no. 21.) — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 111—112. — Kukuljević Reg. no. 397.

111.

1240. U Dubici.

Jakob meštar templarski svjedoči o prodaji zemalja kraj Dubice.

Nos frater Jacobus de Monte Regali, magister humilis domorum Templi per Hungariam et Sclavoniam, memorie commendantes significamus tenore presencium uniuersis quibus presens ostenditur, quod accedendo ad nostram presenciam Tadeus filius Mlad nobis confessus est viva voce, se vendidisse quandam t(erram) . . . . . . a . . ua comite de Tolstouch precio comparavit a Stanizlao fratre Mire, Petro nepote eiusdem, Guna, Petko filio Kucin,[1] Zlouina, Petrus filius Prehodo, Egidio . . . . . . Alexandro filio Gundak, pro sex marcis sibi ab eodem plene persolutis de communi voluntate tocius eiusdem generacionis, tam sibi quam suis heredibus heredumque suorum successorum (!) ad (h)abendam, tenendam, iure irrevocabiliter possidendam. Hec sunt mete terre: ab oriente iuxta Vn ubi stat keurusfa et tendit super occidentem per medium Vn magna quantitate, se exiit(!) ad unam arborem ulmis vocatam, ubi pervenit meta Dolec terrea Tadei antedicti, que remanet ad occidentem, abinc tendit per unum creth ad aquilonem et pervenit ad unam arborem ulmis vocatam ad unum parvum rivulum, per quem tendit superius longo spacio et pervenit ad viam de Koztainicha ad Dubicham venientem, ubi stat arbor grab(er); inde ascendit ad montem per viam ad duas arbores quercus, ubi sep (!) et(!)[2] meta circumfusa, ibi conterminatur terre terra Thadey antedicti versus occidentem; deinde tendit per viam magnam sep vocatam longo spacio per metas, et per-

[1] Wenzel čita pogrešno: Emerici. [2] W. čita: stat prima.

venit ad finem unius monticuli ad duas metas; inde declinat per unam(!) collem versus ad septemtrionem per metas bona quantitate et pervenit ad arborem cerasi, ubi vocatur Gradinovech, ibi idem Tadeus commetatur versus occidentem; abinc revertitur ad orientem, vadit per metas et pervenit ad arborem ulmis, ubi meta circumfusa; deinde revertitur versus meridiem peruenit . . . . et pervenit ad arborem graber; inde descendit ad unum rivulum et per eundem rivulum tendit ad unum vznos versus meridiem et pervenit ad unum montem, ubi stat arbor ulmis vocata, ubi meta circumfusa; inde tendit per berc per metas ad magnam viam sep vocatam, et pervenit ad unam quercum, ubi meta; abinc tendit ad unam vallem; inde vadit superius ad montem, ubi stat quercus superius vineam Wran, ubi meta circumfusa; abinc descendit infra per unam vallem et pervenit ad priorem metam. Ad cuius rey(!) testimonium presentes litteras eidem contulimus ad perpetuam stabilitatem nostro sigillo munimine roboratas. Datum Dobize anno domini M°CC° quadragesimo.

Original u zbirci nar. muzeja u Budimpešti, pod g. 1290. Na listini visi svilena vrvca crvene i žute boje, pečata nema. — Kubinyi I. 16. — Wenzel Cod. Arpad. VII. 114—115. — Kukuljević Reg. no. 400.

112.

1240. U Zagrebu.

Nikola ban ustanovljuje prodaju nekih zemalja.

N(icolaus) dei gracia banus tocius Sclavonie, omnibus quibus presens scriptum patuerit salutem in domino. Ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quatenus ad nostram presenciam quidam iobadio(!) nomine Otak cum suis fratribus Vosos filio Stephani, Gregorio filio Gyrchin accessit et terram suam hereditariam Michaeli magistro dapiferorum regine libere ac liberaliter vendidit in perpetuum possidendam coram suis cognatis ibidem astantibus sibi in hoc foro liberum arbitrium prestantibus et favorem, quatenus sine aliqua contradiccione terram antedictam posset venundare; cognatorum vero antedicti Otak nomina hec sunt: Egukj, Petruslov, Wincyk, Michal et ceteri, qui huic venundacioni assensum prebentes et favorem. Mete vero supranominate terre hec sunt: prima meta incipit ab aquilone iuxta aquam Zuratka, ubi ab occidente vicinatur Michael magister super terra, quam emit ab episcopo Wesprimiensi et inde vadit per vallem nomine Wisladol

per metas continuas in partem orientis et perveniet ad magnam viam que veniet de loco Sabbati et per eandem viam per metas continuas venitur ad partem meridionalem ad aquam Topoch, per quam per metas descendit in partem orientis et inde per vallem Pretoca descendit in fluvium Drova(!), ubi medietas fluvii tenet metas, et inde versus fluvium vadit ad finalem metam terre eiusdem, quam emit a dicto episcopo Wesprimiensi. Ut autem huius facti ordinacio rata et inconcussa duret in posteris, nec per aliquem possit distractari, factum recordacione presencium decrevimus perennari, nostrique sigilli munimine roborari. Anno gracie M⁰CC⁰XXXX. Datum Zagrabie.

Original na malenoj četverouglatoj pergameni (nelijepo pisana) u kr. ug. drž. ark. u Budimu: D. L. no. 4700 (stara sign. N. R. A. fasc. 603. no. 55.)

Na listini visi o svilenoj vrvci crne, modre i crvenkaste boje maleni trougli pečat u običnom vosku s grbom (legenda se ne razabire.) — Cod. dipl. patrius. VIII. p. 37—8. no. 25.

113.

1240.

Koloman kralj i herceg hrvatski daje slobode Petrinji.

Colomanus dei gracia rex Ruthenorum et dux tocius Sclauonie, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo qui dat salutem regibus. Cum de beniuolencia ac predestinacione summi regis ad hoc simus preordinati, ut singulis in iurisdiccione nostra constitutis simus secundum apostolum in iusticia debitores, propensius et specialius hospitibus, qui nostrum sibi senserint subsidium profuturum, debite uolumus iusticie exercere complementum. Hinc est, quod nos tam presencium quam futurorum uolumus noticie declarare, quod hospitibus nostris in Petrina commorantibus talem hoc modo concessimus libertatem, ut ipsos nullus iudicum nostrorum preter maiorem ville eorum, quem voluntarie elegerint, audeat iudicare et si ab ipsorum iudice conquerentibus satisfieri non poterit, iudex eorum in nostra presentia et non alias super ipsa causa citatus debeat et teneatur respondere; et si ipsi alias coram iudice quemquam inpeterent super aliquo, eis iudicetur iuramentum. Statuimus etiam, quod si banus eis ad valorem vnius marce dampnum faceret, in centuplo restitueret eisdem, tamen bano non aliud nisi domos suas occasione descensus dare teneantur, pro aliis uero necessariis precium recipiant. Et si aliquis ipsorum prole caruerit, tam ipso uiuente, quam ab

hoc seculo transmigrante, bona sua cuicunque uoluerit libere conferat retinenda. Et si aliquis de villa super equo uel boue calumpniaretur ab aliquo, pro quanto sacramentum facere presumpserit, sibi calumpnias testibus astantibus restituat et res pro qua causabatur ad requirentem deuoluatur. Et si quis ipsam villam intrare uoluerit moraturus, omnia bona sua, domos suas videlicet et alia que possidet, omnibus scientibus liberam habeat vendendi facultatem et ecedens de villa retineat eandem. Et statuimus, ut sacerdotem quemcunque voluerint in suam recipiant ecclesiam, de decimis eorum, prout mos est, hospitibus ubicunque manentibus disponentes. Terram autem Gurgus et terram Waranik sine herede decedencium et eciam terram cruciferorum, quam in concambio habuimus, que uulgo Haaco et Potok uocatur metis distinctas undique eisdem conferentes. Quarum mete quemadmodum ab Andrea homine nostro ad hoc dato referente percepimus sunt hec: Prima meta incipit a meridionali parte de duobus quercis, inde descendit ad puteum et inde descendit per aquam putei in fluuium Dragvin et inde superius tendit ad viam magnam et per eandem uadit usque ad arborem que sclauonice dicitur ozcurus, inde per vallem superius ad uineas de Doluk, inde per magnam uiam ducit ad arborem castane et inde per semitam ducit in longitudine montis usque, ubi descendit subtus piscinam; inde ascendit usque ad tres metas, inde inferius in Petrinam et sic per fluuium Petrine ascendit usque ad fluuium Belipotok et per eundem ascendit per magnam uiam antiquam in Damasingran (!) et inde inferius ueniendo ascendit ad arborem piri et inde in montem et per eundem uenit in uiam que exit de Blyna et per illam inferius in Precopam et inde uenit in metam terream et inde subtus Strizichy transeundo quandam aquam peruenit in quandam arborem piri et inde uadit in Cochinam et inde ad caput eiusdem, et inde supra montem uadit in uiam que ducit in Ramni[1] ibique supradictarum terrarum mete terminantur. Preterea cum ipsam villam hospitibus omnimode cupiamus pluribus ampliari, terram eciam Kenesepola nomine integraliter, saluis videlicet populis ibidem existentibus, cum porcione Vcoy et generacionis ipsius, nec non et filiorum Alpetri qui de propria voluntate eorum eundem(!) seruicium quod hospites susceperunt (in) terris iamdictorum hospitum nostrorum adiunximus usui eorum et illorum statuentes possidendam preter Zoluam. Nec hoc tamen sub silencio uolumus preterire, quod predicti hospites nostri nobis annuatim pro collecta centum pensas et pro tributo fori triginta pensas soluere tenentur et similiter predicta terra Kenespola centum pensas. Et ut hec talis a nobis concessa libertas in dubium ulterius non possit reuocari, consensu et consilio omnium iobagionum nostrorum, videlicet

[1] U prijepisu kaptola zagr. od g. 1341. stoji Rauna.

Nicolai bani ac magistri towarnicorum, Demetrii magistri dapiferorum et comitis de Budrug, Arnoldi comitis de Symigio, Martini comitis de Zala et aliorum litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas dare concessimus. Datum per magistrum Fyle dilectum ac fidelem nostrum prepositum Zagrabiensem et aule regie nostre cancellarium. Anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo.

Iz izvorne potvrde kralja Bele od g. 1242. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti M. O. D. L. 33.913 (stara signatura N. R. A. fasc. 1531. no. 3.) Listina je još potvrdjena po kralju Stjepanu g. 1271. i Ladislavu g. 1274.

Fejér: Cod. dipl. Hung. IV. vol. 1. p. 201. donosi kratki regest. — Wenzel: Cod. dipl. Arp. cont. XI. p. 313—315. — Kukuljević: Jura regni I. p. 60—2. — Kukuljević: Reg. no. 399.

114.

1240—1243. U Ulčinju.

Marko biskup ulčinjski došao bi po moru u Dubrovnik, ako dobije sigurnost za svoju osobu.

Nobili et egregio viro domino Stefano Justiniano ex iussione domini ducis Venetie comiti Ragusii, iudicibus, consiliariis et populo uniuerso. Marcus non suis meritis Dulcinensis episcopus cum suo capitulo et populo uniuerso, salutem cum intime dilectionis affectu. Ea que omnipotenti deo placent, nullo modo corrumpi possunt. Filius qui usque nunc errauit, modo ad matrem suam est reuersus, iustum et congruum est, ut mater illum suscipiat et cum suo lacte nutriat eum. Quidquid uero ordinauimus et stabiliuimus, insimul ualde placuit regi nostro et bene omnia affirmauit, sicuti uos ipsi deo auxiliante uidebitis et nos multum optamus mittere dominum episcopum usque ad uos, sed neque lignum habemus, nec securum illum possumus illuc dirigere. Quapropter humili prece uestram imploramus beniuolentiam, quatinus, si uobis placet, ita studeatis, ut ueniat usque ad uos per mare securus et ordinet et coroboret uobiscum ea que uobis et nobis erunt utilia.

Original u dubrovačkom arkivu. Na ledjima adresa: domino Stefano Justiniano comiti Ragusii, iudicibus, consiliariis et populo. Prema kneževanju Justinianovu datiramo od g. 1240—1243. (Zbirka saec. XIII.)

115.

1240. U Dubrovniku.

Prisega Ninoslava bana za vječni mir s Dubrovnikom.

Ꙋ име отьца и сина и светога (дꙋха аминь). Азь рабь божи Матѣи именемь бань босньски Нинославь кльнꙋ се обьћинѣ дꙋбровьчькои, да стою с вами ꙋ мирь и ꙋ свакꙋ правьдꙋ, како сꙋ стали мои старѣ, и да свободно ходите ꙋ моеи земли, да ви нѣ десетка никогаре; ако ви тько ꙋчини кривинꙋ моихь кмети, да се при прѣдь мномь; ако ви ѣа (ꙋчинꙋ кривинꙋ, да [сьмь] ѣа кривь) право не ꙋчинꙋ, то то ѣа кривь; и ако се разратите сь кралемь сь рашкимь, да вась не дамь сь всѣмь вашимь добиткомь и да ви ꙋхранꙋ, и что се ꙋчинило прѣе или (по)слѣ, да се при, а да нѣ изма, нь да е правьда. И не бѣше мое печати велие, одьнесена . . . бѣше, да . . . ози е моѣ печать, ка е при книзи. А се не ꙋземле десетька, да колѣ смь живь и мое дѣте и мое ꙋнꙋче. Кто сие прѣскочи, да е клеть . . . . . да придꙋ ꙋ Дꙋбровникь, да на ме не ꙋстане никьторе, дѣ ѣ сьмь радь правьдꙋ ꙋчине. И ако пра(вьде) не ꙋчинꙋ, да сьмь кривь.

Miklosich Mon. Serb. str. 29—30 br. 36.

116.

~~1240—1272.~~

Gjuro zet kralja Vladislava po zapovijedi kralja Uroša moli Dubrovčane neka s njima učine mir.

† Кнезꙋ дꙋбровьчьскомꙋ и всѣмь властелемь и сꙋдьцамь и вьсеи ѡбьћинѣ дꙋбровьчьскои ѡдь кнеза Ђꙋре много поклонение. Вы вѣсте, властеле, кьда на ны подꙋ дрѣва заморьска и бьнетьчьска на нашь градь, тьда ваша дрѣва польгь нихь гредꙋ на ны, и мы ꙋ томь нѣмамо гнѣва на вы. Да сьда сꙋ ходили мои жꙋпляне, ке е даль краль Владиславь мьнѣ и моеи женѣ а своеи ћьћери, прѣдь вашь градь по заповѣди крала Ꙋроша, да молꙋ кнеза вашега и вась, како да висте ꙋ томь не зьледовали, како

и мы не зьледȣемо вась, кьда гредете на нашь градь, да молите кнеза вашега, како бимь рȣкȣ даль, и сь вами да би сѣдѣли не боеке се; ако ли имь хокете кою пакость ȣчинити и чькетȣ, то (и)мь иѣ чините, дѣ ихь е чькета моѣ и корысть ихь моѣ; и молȣ кнеза вашега, како би ȣписаль, что е егова вола и ваша, да би ми ȣдаль по сихь послѣхь. Єто ти греде ѡтрокь кнеза Ѡзора именемь Братославь сь потьникомь кь кнезȣ вашемȣ, и чтѡ говори ѡтрокь кнеза Ѡзора, ымѣте мȣ вѣрȣ, како самомȣ Ѡзорȣ, дѣ мȣ сȣ ѡтет . . . . е гредȣке кь вамь.

Na ledjima:

Кнезȣ Дȣбровьчьскомȣ и вьсѣмь властелемь.

Miklosich Monum. Serbica str. 54. br. 56.

117.

1241, 20. februara. U Trogiru.

Desača udova Mihajlova ostavlja oporukom kuću svoju u Spljetu samostanu sv. Benedikta.

In Christi nomine. Anno natiuitatis eiusdem, MCCXLI., decimo kalendas februarii, indictione uero (X)IIII., existente Tragurio Treguano venerabili episcopo, Sc(epco) comite, Desa de Piçica rectore et iudice Traguriensis ciuitatis; in presencia testium inferius legendorum actum est hoc. Ego siquidem Desaça fi(lia) D(ab)rane Vodeuari, relicta uero Michaelis, corporis debilitate grauata, sana tamen et compos mee mentis, pro remedio anime mee meorumque antecessorum trado et concedo deo et monasterio sancti Benedicti Spalatensis cun(c)tam domum meam sitam iuxta eundem(!) monasterium et iuxta domum Radde cognate p . . . . Vulcasii presenti d . . . . in perpetuam possessionem. Tradens eidem monasterio omnem v . . . . meam iurisdictionem, quam hactenus habui in domo nominata, quam domum dicto monasterio dandum cum omnibus pertinenciis suis Jurre filio Madii comiti(!) quem procuratorem super hiis et super aliis rebus meis, quas apud Spaletum habeo, constitui, sicut in instrumento quod ei fieri precepi continetur. Huius autem rei testes sunt archipresbiter Sisa Duimus de Cege et Jurra nominatus. Ego Donatus examinator manum meam misi.

Et ego Johannes Traguriensis iuratus notarius et sancti Laurentii canonicus rogatus a prefata Desaça, presens instrumentum scripsi et consueti signi munimine roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.
Listina je na više mjesta izlizana.

118.

1241, 18. maja. U Zagrebu.

Bela kralj ugarski i hrvatski ubavješćuje papu o provali Tatara.

Sanctissimo in Christo patri G(regorio) dei gracia sacrosancte romane ecclesie summo pontifici, B(ela) eadem gracia rex Hungarie, tam debitam quam devotam in omnibus reverenciam. Ex eo quod fides catholica in partibus Hungarie inspiracione divina pullulavit, progenitores nostri cum universis sue iurisdictioni subiectis et nos postquam regni gubernacula suscepimus, quam sincera devocione romanam ecclesiam utpote matrem et magistram in omni reverencia habuerimus, vestre sanctitati luce clarius innotescit: unde miseros et miserabiles eventus, qui nobis et regno Hungarie per exercitum Tartarorum bestiali crudelitate sevientem provenerunt, paternitati vestre fiducialiter intimamus. Nuper enim circa festum dominice resurrectionis in Hungariam manu valida et multitudine copiosa intraverunt et non habito delectu etatis vel sexus, universos quos reperire poterant, in ore gladii peremerunt, ecclesias et loca divino nomini dedicata incendio, strage hominum et aliis suis feditatibus prophanarunt, omnes et maxime christianos suo dominio subiugare gloriantes. Exurgat igitur, rogamus et obsecramus, vestre sanctitatis provisio in adiutorium populi christiani, et nobis ac regno Hungarie consilium et auxilium tribuat salutare et orbis excidium vestra diligencia dignemini coprevenire, ne, interveniente paululum mora, lupo agnum frustratim comedente, inveniri nequeat, cui valeat subveniri. Ad hec autem et alia paternitati vestre plenius proponenda, venerabilem patrem, dilectum ac fidelem nostrum, S(tephanum) Waciensem episcopum latorem presencium misimus, petentes, ut hiis, que ex parte nostra vobis proposuerit, fidem indubitatem dignemini adhibere. Datum Zagrabie XV. kalendas iunii.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 335. str. 182. — Kukuljević Reg. no. 401. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. 13—14.

119.

1241, 16. juna. U Lateranu.

Grgur IX. papa priorima zagrebačkomu i čazmanskomu, neka ne dopuste uznemirivati kralja.

Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . . . . . Zagrabiensi et . . . . . de Chasma Zagrabiensis diocesis prioribus et . . . superiori Zagrabiensi ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut ex tenore litterarum karissimi in Christo filii nostri B(ele) regis Ungarie non sine multa lacrimarum effusione didicimus, gentes Tartarorum que non noverunt deum regno Ungarie pro parte, sicut permisit dominus, occupato, non solum regni predicti residuum perdere cupiunt, sed etiam totam christianorum terram desertam ponere moliuntur, necnon doloribus dictorum regis et regni eo magis nos condolere conveniat, quo idem rex et progenitores sui promptiores in exequendis divine voluntatis beneplacitis et ferventiores in ecclesie devotione omni tempore fuisse noscuntur, mandamus, quatenus ipsum regem et familiam suam non permittentes ab aliquibus molestari, molestatores etc. eos quos terras eiusdem regis post invasionem huiusmodi occupasse, vel occupare in posterum inveneritis, ut ipsas predicto regi restituant, monentes, precipiendo per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Quod si non omnes, etc. Datum Laterani XVI. kal. iulii, pontificatus nostri anno XV.

Theiner Mon. Hung. I. br. 340. str. 184. (Iz reg. orig. an. XV. ep. 80. fol. 83.) — Wenzel Cod. Arpad. II. 133. — Potthast Reg. pont. I. br. 11.032. — Kukuljević Reg. br. 404. — Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 14.

120.

1241, 16. juna. U Lateranu.

Grgur IX. papa tješi kralja Belu i njegova brata kralja Kolomana radi provale Tatara.

Gregorius episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio nostro Bele regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Vocem in excelso lamentationis et fletus audivimus et nos

multis amaricati doloribus deploramus, quod iaculatum de celo iudicium iam depopulatur undique populum christianum, quod infidelium gladius in fideles reciproca cede convertitur et in christicolas paganorum mucro crudeliter debachatur. Clamor enim scelerum humani generis multiplicatus, ascendens in aures omnium conditoris, ipsum qui quasi non videns hucusque tacuit, qui correctionem populi sui velut patiens expectavit, ultorem iniquitatum gladium coegit exerere et ab oculis patientie sue abhominationes emundare flagitiorum, expetita gravide peccatoribus ultione: propter quod omnes quorum corda timor domini tetigit, opertos ciliciis et aspersos cinere in suspirio et lacrimis divinam convenit misericordiam implorare, ut qui semper ad ignoscendum multus extitit, qui prestabilis super malitia omni esse tempore consuevit, exertum gladium ad vaginam iubeat regredi et iram in gentes que illum non noverunt, effundens, dignetur populo filii sui insignito caractere misereri. Speramus autem, quod etsi deus noster nos dura increpatione redarguere ceperit, regna tamen que ipsius nomen invocant, a facie sua disperdere non intendit; quin immo a pena perpetua peccatores curat eripere, quibus temporalis studet ultionis beneficium ad castigationem nostri generis adhibere; quia etsi filios Israelis temptatio mortis in heremo quandoque tetigerit, in eis tamen ira domini diutius non permansit. Verum etsi graviter de omnium fidelium oppressione turbemur, super afflictione tamen regni Ungarie quod a Tartaris invasum et occupatum pro magna parte in lectione litterarum tuarum non sine multarum lacrimarum effusione didicimus, eo specialior et maior tristitia cor nostrum implevit, quo in ipso purioris erga deum et apostolicam sedem signa devotionis invenimus, quo clare memorie progenitores tuos et excellentiam regiam in exequendis ecclesie beneplacitis esse novimus promptiores: firmam igitur spem in illo ponentes, qui etsi regi Assyriorum Senacherib liberum in terram Israelis ingressum exhibuit, super Ezechie tamen contritione commotus, adversariorum multitudinem nocte una delevit, serenitatem tuam monemus et hortamur attente et obsecramus in domino Iesu Christo, quatenus in eo confidens, qui salvum facit populum humilem et oculum humiliat arrogantem, ad defensionem regni predicti et catholice fidei que ab eisdem Tartaris specialiter noscitur expugnari, potenter et viriliter, sicut decet regalem magnitudinem, te accingens in illorum expugnatione eo studiosior et ferventior cures existere, quo in hoc exaltationem tui nominis et honoris fortius dinosceris procurare. Nos enim tibi et regno predicto quibus in tante necessitatis articulo deesse non possumus, nec debemus, efficax curabimus auxilium et consilium annuente domino impertiri, ac personam et familiam tuas sub protectione sedis apostolice recipientes et nostra, tibi et omnibus qui assumpto

crucis signaculo contra Tartaros eosdem ad defensionem regni predicti processerint, illam immunitatem concedimus eamque indulgentiam elargimur, que terre sancte succurrentibus in generali concilio conceduntur. Datum Laterani XVI. kal. iulii, pontificatus nostri anno XV.

In eodem modo Colomanno regi illustri et duci Sclavonie.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 337. str. 183 (iz reg. orig. an. XV. ep. 79. — Raynaldi Annales ad an. 1241. §. 18. — Katona Hist. crit. V. 932. — Fejér Codex dipl. IV. 1, 216. — Potthast Reg. pontif. I. br. 11.034. — Kukuljević Reg. br. 402 i 403.

121.

1241, mjeseca juna. U Veneciji.

Potvrda o primljenim novcima.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mensis iunii, indictione quarta decima, Rivoalti. Plene et irrevocabiliter fieri facimus ego Andreas de Salmaza de confinio sancti Barnabe cum meis heredibus uobis Geruasio de Naimero et Grubessa Bagesclauo (!) ambaxatoribus comunis Ragusine nomine totius comitatus Ragusini. De quantocunque per aliquem modum uel ingenium super ipsum comunem (!) ad discendum uel inquirendum habui ab initio usque modo, cum carta et sine carta, in curia uel extra curiam, iuste quoque uel iniuste etiam de uniuersis cartulis, quas mihi a predicta comunitate facte fuerunt pro aliquo debito, unde omnis carta quas hactenus habui a suprascripta comunitate cum omnibus earum exemplis per omnia euacuo, ubicunque apparuerint, pro quo ab ipsa comunitate ab initio usque modo in omnibus et per omnia et de omni eo, quod a suprascripta comunitate ad discendum uel inquirendum habui, perfecte appacatus et deliberatus fui apud nominatam comunitatem et per sacramentum unde desuper omnia securitatem et quietanciam per manum in perpetuum, quia nihil inde remansit, nec etiam de ulla re de subcelo quam homo cogitare uel dicere possit, unde suprascriptam comunitatem amplius requirere aut compellere ualeam per ullum ingenium, quod si quocunque tempore contra hanc securitatis cartam ire

temptauero conponere promitto cum meis eredibus suprascripte comunitati auri libras quinque et hec securitatis carta in sua firmitate permaneat.

† Ego Andrea Dasalmaza manu mea subscripsi.

† Ego Jacobus Demusto testis subscripsi.

† Ego Bartolomeus Contareni testis subscripsi.

(Signum notarii.) Ego Dominicus Busso clericus St. Cantiani et notarius compleui et roboraui.

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

122.

1241, mjeseca augusta. U Veneciji.

Dubrovčani konačno plaćaju svoj dug baštinicima Ivana Dandola

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mensis augusti, indictione quarta decima, Riuoalti. Per virtutem et potestatem vnius testamenti. Cartam factam anno domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, mensis iulii, die octauo intrante, indictione octaua, Riuoalti, quam fieri fecit dominus Johannes Dandulo de confinio sancti Luce, bone memorie tunc comes Ragusinus, in quo nos priorem monasterii sancti Georgii de Alega, Filippam uxorem Filippi Delfini de confinio sancti Luce sororem suam et Arminam uxorem Baudiutio Quirini de confinio sancti Pauli filiam suam, suos fidei comissarios esse constituit, in quo nobis tribuit inter cetera plenissimam uirtutem et potestatem insimul et maiori parti nostrorum inquirendi, interpellandi, aduocatum colendi, placitandi et esecutiendi atque intromitendi totum suum heredem et omnia sua bona, ubicunque uel apud quemcunque exinde inuenire poterimus, cum carta et sine carta et securitatis cartam exinde faciendi, ut in ea legitur et cetera. Qua propter plenam et integram securitatem facimus nos dompnus Jacobus prior dicti monasterii sancti Georgii de Alega, Filippa uxor Filippi Delfini iamdicti de suprascripto confinio sancti Luce et Armina uxor Balduini suprascripti de confinio iamdicti sancti Pauli cum nostris successoribus vobis comuni Ragusino de illis libris denariorum uenetorum duo millia ducentis octuaginta quattor, quas occasione suprascripti Johannis Dandulo quondam comitis Ragusini nobis dare tenebamini, uidelicet hoc modo, quod per nos uel per nostrum missum debemus accipere et habere libram unam per centenarium ab omnibus Raguseis undequnque(!) Venetias aduenerint, donec summam dictarum duo millia ducentarum octuaginta quatuor libras denariorum venetorum integre nobis et nostris successoribus fuerint persoluta, prout in pacti conuentione coram domino

Jacobo Teupulo inclito Venetie duce et eius consilio de omnibus salariis et debitis siue rationibus, que uel quas nomine dicti domini Johannis Dandulo quondam comitis Ragusini et nobis comissi ad inquirendum uel petendum. Ex tunc poteramus suprascriptum comune de Ragusio per aliquam huius mundi rationem, secundum quod continetur et legitur in quadam manifesta carta, facta per manus presbyteri Donati, tituli sancte Marie matris domini, nunc plebanus sancti Stefani confessoris, anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo, mense madio, indictione undecima, Riuoalti. Nobiscum aduenerunt dominus Johannes Teupulo filius suprascripti domini ducis Venetie, tunc comes Ragusinus et Andreas de Ballistava (!), tunc comunis Ragusini et a prefato domino Johanne Teupulo tunc etiam comitis Ragusini nuntius electus, cum consiliario et populo rogante et ordinante curia cum sonitu campane, ut continetur et legitur in quadam instrumenti carta, facta per manu(!) presbyteri Pascalis comunis notarii anno incarnationis domini millesimo ducentisimo tricesimo octauo, mensis martii, quarto decimo die intrante, Ragusii, inserta in dicta manifesta carta per manus presbyteri Donati facta. Nunc autem, quia uos Jacobus Basilio de confinio sancti Johannes Grisosconi (!), Johannes Quirinus de confinio sancti Pauli et Johannes Justinianus de confinio sancti Pantaleonis uice domini comitis Venetie, nomine dicti comunis Ragusini et pro ipso comuni ad presens de supra scriptis duo millia ducentas octuaginta quatuor libras denariorum venetorum, (super) quas libras debemus facere rationem de una per centerium ratione et occasione suprascripti Johannis Danduli comitis Ragusini nobis dedistis et soluistis totum residuum, quod est: libras denariorum venetorum septingentas et triginta quatuor pro suprascripto Johanne Dandulo et nomine eiusdem. Unde amodo prefatum comune Ragusinum de toto suprascripto residuo de prefatis duobus millibus ducentis octuaginta quatuor libris denariorum venetorum securum facimus pariter et quietum imperpetuum, quia nihil inde remanens. Unde prefatum comune Ragusinum de cetero requirere aut compellere ualeamus per ullum ingenium. Si igitur unquam contra hanc securitatis cartam ire temptauerimus, tunc omnino arrendere(!) debeamus cum nostris succesoribus suprascripto comuni Ragusino auri libras quinque et hec securitatis carta firma permanens. Signum suprascriptorum dompni Jacobi prioris, Filippe et Armine, que hec rogauerunt fieri.

† Ego Johannes Quirinus testis subscripsi.

† Ego Johannes Grego testis subscripsi.

(Monogram notarov). Ego Michael sancti Bartoli presbyter et notarius compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka Saec. XIII.)

123.

1241, 7. septembra. U Spljetu.

Mir izmedju Splješana i Andrije kneza humskoga.

In dei nomine amen. Veniens comes Andreas de Chelmo per duas vices in Spalatum ad reformandam pacem et concordiam inter se et suos homines ex una parte et dictum commune ex altera, denique ad talem concordiam et pacem perpetualem pervenerunt. In primis namque ordinaverunt, quod omnia damna illata inter se ab utraque parte in personis et rebus usque in hodiernum diem penitus sint cassa et vacua et amplius non recordentur. Item ordinaverunt, quod dictus comes et sui haeredes et sui homines salvi et securi veniant (Spalatum in ci-) vitate et extra sicut amici; unde dictus comes pro damnis, quae ipse et sui homines dederunt Spalatensibus in suo campo et alias . . . . recuperabit suam terram de Chelmo hinc ad festum sancti Domnii. Quod omnes Spalatini in perpetuum sint salvi, liberi et franchi in toto (Chelmo et) libere vadant et stent et redeant et vendant et emant sine ulla contradictione et sine ullo tributo vel datio in perpetuum. Nec dictus comes, nec sui haeredes, nec aliqui de sua stirpe, nec aliquis de suis hominibus debeat Spalatenses molestare de praedictis, nec aliquid ab eis exigere vel extorquere, vel si aliquid extorqueretur comes vel sui haeredes, teneantur facere restitui ablatum a suis hominibus, vel dabunt per gulam transgressores damnum patientibus et si non possent illum dare per gulam, quod comes et eius haeredes solvant de suo super quantumcunque iuraverit Spalatensis. Item promisit, quod cum Spalatenses erunt in terra comitis, ipsi erunt salvi et securi ab omni homine mundi et si in aliquo offendentur, comes et sui haeredes teneantur emendare de bonis suis. Item promisit, quod cum Spalatenses voluerint incidere lignamen vel facere incidi pro communi vel pro diviso, quod ipsi possint incidere et portare sine contradictione cuiuscunque et sine aliquo datio vel tributo et si non recuperaverit dictam terram hinc ad dictum terminum, quod haec pacta non teneant, nisi de utriusque partis processerit voluntate; salvis omnibus (iuribus) quas Spalatenses habent contra comitem et suos homines et e converso, quae cognosci debeant in Spalato coram iudicibus civitatis. Haec omnia vero dictus comes Andreas promisit per se suosque haeredes et successores firma in perpetuum habere atque tenere. Et si non observabit hanc pacem et concordiam et pro sua parte remanserit, solvat nomine poenae M. romanatos communitati Spalati et sic ipse comes cum quatuor suis hominibus Falco, Clesa et Dobrochna

et Berco iuravit ad sanctum dei evangelium super librum et crucem observare praedicta et ita faciet iurare, cum habebit terram, omnibus suis hominibus. Et eodem modo consilium Spalati promittit attendere et observare quae promissa sunt a sua parte in perpetuum. Et si non observaret hanc pacem et concordiam et pro sua parte remanserit, solvat nomine poenae comiti praefato M. romanatos. Et sic iudices civitatis Lampridius et Madius Grecine, cum Madio Jureu et Lacaro Stresi et . . . . iuraverunt ad sanctum dei evangelium super librum et crucem observare praedicta et ita facient iurare cives Spalatenses tunc temporis, cum comes fecerit iurare suos homines. Hoc actum est in Spalato, in consilio generali more solito congregato, in palatio quondam comitis Heliae, in praesentia Pauli Trepetii, camerarii Lampredii Zagarella, Zantii Sab, Tan et Miche Jurec et aliorum plurium. Anno domini MCCXLI., die septimo intrante septembri, temporibus domini Gregorii pontificis et serenissimi regis Hungariae domini Belae, indictione XIV., Petrus etc.

Lucius: De regno ea Schwandtner p. 598—9. — Kukuljević: Reg. no. 406.

124.

1241, 23. septembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Babonićima privilegij kralja Emerika.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in eo qui est salus omnium et vita. Regum celsitudo requirit et sublimium dignitati debetur, ut tanto eorum donativa firmiora persistant, quanto ipsi ceteros dignitate precellunt et quamquam in quorumlibet personis donationem merentium observandum hoc existat, favorabilius tamen in his est servanda liberalitas, qui bonorum actuum proficiunt incrementis. Hac igitur consideratione inducti presentibus et posteris notum esse volumus, quod nos servitia laudabilia, que nobis dilecti et fideles nostri Bobonigh et Stephanus comites de Wodycha, filii comitis Stephani de Goricha in diversis expeditionibus regni nostri exhibere studuerunt et cotidie non desistunt exponendo se et sua multis periculis et fortune casibus incessanter, solita benignitate pensantes et specialiter fidele servitium comitis Stephani de Goricha patris eerundem Bobonigh et Stephani comitum de Wodycha, quod idem Stephanus de

Goricha contra quendam potentem de Theotonia nomine comitem Albrihum de Myho confinia ducatus Sclavonie sepius invadentem dimicando viriliter exercuit, ipsum potentialiter superando suosque ad ultimum eorum exterminium prosternendo, non utique absque magna sanguinis effusione et suorum consanguineorum quamplurium et militum occisione, prout in privilegiis regis Hemerici antecessoris nostri clare memorie plenius continetur. In memoriam revocantes hanc gratiam nostram specialem de regia liberalitate memoratis Bobonigh et Stephano comitibus de Wodycha et eorum heredibus heredumque successoribus cum consilio baronum nostrorum duximus largiendam, ut eosdem nullus banus iudicare debeat vel possit, eximentes eos perpetuo a iudicio et iurisdictione banatus; collectam etiam marturinarum in eorum possessionibus hereditariis nullus officialis ducis totius Sclavonie nec banus pro tempore positus sive constitutus ullo unquam tempore dicare vel exigere possit; nec hoc pretermittimus, imo ex regali benignitate ipsis concedimus, ut nullus banus descendere vel congregationem generalem facere possit vel debeat in eorum possessionibus hereditariis. Si vero aliqui malefactores, fures vel latrones in eorum possessionibus deprehensi fuerint, eosdem iudicare et punire pena et satisfactione, condigna auctoritate regia sepedicti Bobonigh et Stephanus comites de Wodycha et eorum heredes heredumque succesores possint et debeant. Ut autem in prescriptis articulis gratie hec nostra donatio robur perpetue firmitatis obtineat, presentes eis concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti prepositi Albensis et electi Collocensis, Strigoniensi sede vacante, existentibus Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Bartholomeo Wesprimiensi, Bulsu Chanadiensi, Benedicto Waradiensi, Stephano Waciensi episcopis, Jauriensi et Ultrasilvanensi sedibus vacantibus, dilecto cognato nostro Johanne domino Syrmie et comite Bachiensi, Dionysio bano totius Sclavonie et magistro agasonum, Paulo iudice curie comite Albensi, magistratu thavarnicorum vacante, Matheo magistro dapiferorum et comite Nitriensi, Rolando magistro pincernarum, Wilhelmo Crasinensi, Demetrio Chanadiensi, Martino Zaladiensi comitibus ac ceteris quampluribus comitatus et magistratus regni nostri tenentibus, anno dominice incarnationis M. CC. XL. primo, nono kalendas octobris, regni autem nostri anno sexto.

Thallóczy et Barábas Cod. Blag. str. 7—9. br. III. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 115. — Kukuljević Reg. no. 409.

Iz potvrde zagreb. kaptola od 11. februara 1350. koju je zatražio »comes Duymus filius comitis Radozlai de Blagay«.

125.

1241, 29. decembra.

Fridrik II. car rimski dozvoljuje Trogiranima slobodu trgovanja u Napulju.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Siciliae rex, universis in regno Siciliae constitutis quibus praesentes litterae fuerint ostensae, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Noverit universitas vestra, quod nos benignius attendentes grata servitia, quae universi homines Tragurii de partibus Dalmatiae ultra mare fideles amici nostri nobis ad mandatum nostrum exhibere devotione solita studuerunt, concessimus eis, ut ubique per regnum nostrum salvi et securi incedant, in personis et rebus eorum. Quocirca fidelitati vestrae mandamus atque praecipimus, quatenus ubicunque et apud quemcunque vestrorum aliquis hominum praedictorum pervenerit, nullus vestrum praesumat de eo ...... ipsum tam in persona quam rebus suis offendere, quod qui praesumpserit, indignationem meam noverit incursurus.

Datum apud Sanctum Sal(vatorem?) .... L ..... XXIX. decembris XIIII. indictione.

Lucius De regno Dalm. et Croat.. L. IV. c. V. p. 264. — Dumont Corps universe I, 179, Huillard-Breholles Hist. Friderici VI. 901. Sva tri meću u god. 1241. — Ficker Reg. imperii V. no. 1589 meće u godinu 1225. i navodi za to razloge. — Kukuljević Reg. no. 409.

126.

1241.

Bilješka o osnutku samostana koludrica u Ninu i Zadru god. 1241.

Item dixerunt et asseruerunt, prout ab antiquioribus sororibus dicti monasterii intellexerunt, dictum monasterium fuisse fundatum hoc modo: quia scilicet venientes de partibus Hungariae et fugientes quinque sorores cuiusdam monasterii in partibus Hungariae vocati Vesprimium ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum dicti Praedicatorum ordinis constituti a persecutione Tartarorum, in quarum quinque sororum comitiva erant fratres Predicatores; nomina quarum quinque sororum dixerunt haec esse: soror Egizia filia Simeonis bani, soror Christina, soror Helena, soror Margarita, soror Maristella:

quarum quatuor remanentes in civitate Nona ordinaverunt monasterium in dicta ecclesia sanctae Mariae; quinta vero soror nomine Helena ivit Jaderam et ibidem ordinavit monasterium vocatum sancta Maria de alta Ripa, sive de Melta etc.

Farlati Illyr. sacrum V. p. 77—78. — Katona V. p. 992. — Fejér Codex dipl. Hung. IV. 1. p. 232.

127.

1242, 4. januara. U Beču.

Pismo opata manastira sv. Marije (u Dömölku) o bitci na Šaju, o bijegu kralja Bele i kako je ranjen i umro herceg hrvatski Koloman.

Religiosis viris et universe sancte matris ecclesie fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, F. dei gratia humilis abbas sancte Mariae totusque conuentus eiusdem loci ordinis sancti Benedicti in Ungaria commorantes, consolationem paracleti cum salute, quam promeruit St. Benedictus et gloriam sempiternam. Latores presentium, fratres B. et J. sacerdotes domus nostre monachos, vestre commendamus charitati, quos de claustro St. Marie in Ruscia in Hyberniam transmittimus gratia commorandi, et hoc per inopinatum adventum Tartarorum, qui dicuntur Ismaelite, proh dolor! compellimur faciendum. Heu mater ecclesia gemens et dolens de filiis deo famulantibus, qui dispersi per diversas nationes gentium, propter Tartaros supervenientes inopinate fines orientales potenter invaserunt et maximam hominum partem ibidem habitantium peremerunt. Insuper bona ecclesie nostre et redditus fratrum, quibus sustentabantur, totaliter devastaverunt; et dicitur, quod quadraginta duo anni sunt lapsi ex quo recesserunt a montibus, in quibus clausi tenebantur. Qui de locis maledictis, ut credimus, progredientes provincias Asie bestialiter devastando, quattuor reges cum principibus eiusdem terre inhumaniter mactaverunt. Regem Persarum cum suis tribunalibus, similiter viginti et quinque duces Russiae potentissimos, ducem H(enricum) Polonie pie memorie cum quadraginta millibus hominum una die quasi in momento interfecerunt. Preterea magnificum regem Hungarie Bela nomine fugaverunt; archiepiscopos tres et quattuor suffraganeos et sexaginta quinque millia hominum (interfecerunt). Et in eodem bello regem Colomanum predicti regis fratrem vulneraverunt lethaliter, ita quod mortuus est post breve tempus, deinde pro-

ficiscentes ad fines nobilis ducis Austrie, Styrie, Marchie Taruisie, Moravie et Boemie. In natali domini Danubio congelato cum magna multitudine ad alteram partem fluminis transmearunt. Predictorum principum terras vastando omniaque feraliter per circuitum exterminando, nulli parcentes sexui, inenarrabilia perpetrant impudenter. In ecclesiis cum mulieribus suis dormiunt, et de ceteris locis deo sacratis, proh dolor! stabula faciunt iumentorum. Quorum insolentia deo irato in tantum involuit, quod prelati, archiepissopi scilicet, episcopi, abbates, principes et vulgus ineſſabile ante ineſſrenatos barbarorum principes fugiunt, nihil aliud nisi mortem expectantes; monachis, monialibus, predicatoribus interfectis et lamentabiliter morientes, pro Christi nomine effecti martyres, ut credimus eterne beatitudini socientur. Unde charitatem Vestram humiliter imploramus, quatenus hiis ad vos confugientibus sinum aperiatis misericordie. Datum Vienne anno gratie MCCXLII. pridie nonas ianuarii.

Mon. Germ. hist. Scriptores Vol. XXVIII. 209. — S nekim pogrješkama: Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 1. p. 235.—37. po Math. Paris. p. 1130. — Kukuljević Reg. no. 411.

128.

1242, 29. januara. U Dubrovniku.

Radi se o daru i zavjetu eventualno od jedanaest perpera.

† Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis ianuarii, tertio die astante, (in) presentia nobilis viri domini Stefani Justiniani comitis Ragusini et coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Maria uxor magistri Jordanis Peliparii confiteor, quia super me et super omnia mea de nepte mea Margarita filia Johannis Zancanarii accepi et per ipsam habeo perperos undecim, pro quibus perperis obligo me competenter uestire et nutrire eam usque ad maritationem suam, uel usque dum perueniat ipsa ad legitimam etatem. Et quando peruenerit ad maritationem uel ad legitimam etatem, dabo ei saluos prenominatos undecim perperos. Si autem obierit, antequam peruenerit ad legitimam etatem, dabo predictos perperos undecim procuratoribus sancte Marie maioris ecclesie qui per tempora fuerint. Qui procuratores dabunt prenominatos perperos, ubi dixerint comes et iudices Ragusii qui per tempora fuerint. Ego uero Paulus Andree de Catena pro prenominata Maria super me et super omnia mea do me manupresam tali ordine, quod si predicta Maria hoc non obseruauerit, ego pacabo

predictos undecim perperos predicto ordine . . . . Si autem ego Paulus non persoluero dictos undecim perperos, inde in antea dicti perperi sint in pena de quinque in sex per annum, secundum quod tenuero illos. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes Clemens Sersii, Grubessa Ballislaue, Goislauus Theodori Crosi, Andreas Ranane iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.).

129.

1242, 8. februara. U Dubrovniku.

Pogodba radi otkupa ladje.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mensis februarii, octavo die intrante, indictionis quinte decime, in ciuitate Ragusii, in presentia nobilis uiri domini Stefani Justiniani comitis Ragusii et coram uobis subscriptis testibus et auditoribus. Ego quidem Sergius de Cantono de ciuitate Melfi confiteor et testificor, quod ego cum naue mea ueniendo de Accarone applicui apud Methonem et ibi homines Venetie apprehenderunt me et nauem meam, et ego Sergius cum filiis meis Andrea et Pantaleone inuenimus ibi Matheum de Stepio et generum eius Jacobum de Slafce, qui cum sua naue uenerant de Cre . . . . cum prenominatis filiis meis Andrea et Pantaleone rogauimus predictos Matheum et Jacobum, ut ipsi prenominati nauem nostram captam a Venetis redimerent. Qui Matheus et Jacobus propter nostram nimiam rogationem redimerunt eandem nauem nostram ab ipsis Venetis, et ego Sergius cum prenominatis filiis meis fecimus cartam eisdem Matheo et Jacobo, quatinus ad primum pasca Christi resurectionis pro prenominata naue daremus eis quinquaginta uncias de Tarento, quas si ad dictum terminum pasce non daremus . . . . . nauis tunc esset in potestate eorundem Mathei et Jacobi; et cum prenominata naue ego Sergius cum predictis filiis meis et cum eodem Jacobo et cum aliis marinariis peruenimus Durachium et in Durachio inuenimus propinquos et amicos nostros cum quibus rogauimus Jacobum, ut de prenominatis quinquaginta unciis faceret finem in perperis ducentis, qui Jacobus ad magnam instantiam et rogationem nostram et nostrorum propinquorum

et amicorum et pro amore hominum regni et pro nostro amore pro prenominatis quinquaginta unciis tulit nobis ducentos yperperos, et sic idem Jacobus redidit nobis prenominatam cartam et prenominatam nauem nostram cum corredis ipsius et cum omnibus rebus, quibus a Venetis eam redimerat excepto uno uelo de quindecim fersis et aliis duabus fersis et uno ensarcio de sosta. Unde ego Sergius solummodo pro prenominatis uelo et fersis et sosta quas minus habebam ueni Ragusium et coram prenominato domino Stefano comite Ragusii et iudicibus Ragusii quesiui rationem super Jacobum, uidelicet de prenominatis uelo de fersis quindecim et de aliis duabus fersis et sosta et pro istis causis quas minus habebam. Predictus dominus comes et curia de rebus prenominatorum Mathei et Jacobi fecerunt dare mihi yperperos quadraginta, quos perperos iam accepi, tantum enim ego dixi, quod ualuerunt prenominate res quas querebam. Unde per sacramentum euangelii, quod ego iuraui, ego pro me, pro filiis meis et heredibus meis et pro aliis hominibus clamo et dico prenominatos Matheum et Jacobum et eorum heredes in perpetuum quitos et scapulos et sine querimonia de prenominata naue mea et de omnibus prenominatis causis et de omnibus causis, quas super ipsos dicere possem. Si uero ego Sergius contra hoc fecero uel filii mei uel heredes mei uel alii aliqui pro uice et contra hoc fecerint, ego super me et super omnia bona mea obligo me et meos heredes pro pena dare domino imperatori uel alie dominationi, ubi de hoc reclamatum fuerit, ducentos augustales et curie domini imperatoris uel alie curie, ubi de hoc reclamatum fuerit, alios uiginti quinque augustales. Dabo et Matheo et Jacobo et heredibus eorum dabo centum augustales et etiam si super alium aliquem hominem Ragusii de hoc inquietauero uel calumpniauero, illi homini subiaceam in prenominata pena et obliga, sicut prelegitur. De hoc autem facto sint due carte, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Bubanna Petri, Grubessa Gundula, Geruasius Naymerii, Martinusius comitis Geruasii, Michael Pezane iurati iudices Ragusii et Velcius Bladimiri et Paulus Bocinoli consiliarii Ragusii et Maiorius Scarelus de Trano et Zanius de Batallo, Debaro et Jacobus Spina de Scala. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu; iznad teksta slova prerezana. (Zbirka saec. XIII.)

130.

1242, 9. februara. U Zadru.

Buna, opatica samostana sv. Marije daje Simeonu svećeniku zemlju, da nasadi vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mensis februarii, die nono intrante, indictione quinta decima, Jadre. Temporibus equidem domini Jacobi Teupoli incliti ducis Venecie et Dominici Franci venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Bunna abbatissa sancte Marie monialium una cum meis sororibus damus et concedimus tibi Simeon clerico filio condam Mençolini plantare vineam, secundum quod presaliam fecisti in quadam terra dicti monasterii posita in starea ad Petriçanum inter Brestum et terram Cose de Strea, et aliter quod donec viuus fueris et per tuam manum ipsa vinea stabit, non debeas nobis dare ullum reditum uel terraticum ex ea; set post obitum tuum, uel quod tu non haberes ipsam vineam, quemcumque(!) esset, ex tunc in antea quicumque ipsam vineam habuerit et ex ea fructum extrahere poterit, dabit nobis annuatim sextam partem de vino de Tina hic in ciuitate, de oleo quidem et omni alio fructu ex ea habito similiter sextam partem dabit nobis. Et si de aliquo fructu ex ea habito recenti uel sicco vendiderit, sextum denarium pacabit nobis; si uero ficcus recentes domum portauerit ad comedendum, ipsas habeat cum dei benedictione; et si in fraude de nostra racione inuentus fuerit, nobis sex perperos pacabit; ceterum si ullo tempore ipsas vites vendere uoluerit, primo nobis venditam nunciabit; et si eas emere voluerimus dantes nos ei quod ab uno et ab alio habere poterit, eas dabit nobis et non alio homini; et si eas emere noluerimus, liceat ei postea eas vendere cui voluerit, saluo semper omni iure nostro, ut predictum est. Verum tamen dictas vites nulli monasterii(!) nec ecclesie uel religioni dabit, nec vendet, nec donabit nec pro anima iudicabit, nisi huic dicto monasterio sancte Marie. Hec autem omnia que predicta sunt, sint firma et rata tibi et illi qui vineam habuerit et eius heredibus nobis et nostris successtricibus in perpetuum. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis rogatis et vocatis testibus: Ceprigna fratre Çeuetani, Juano Uragnanino et Dragoslauo Pastorco. Ego Micha de Lemeso examinator manum meam misi. Ego magister Gregorius Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi,

roboraui et signo consueto signaui. † Ego Grisogonus Victoris de Petriço examinator, ud(!) uuidi(!) et legii(!) in matre, examinaui filiam.

Ego Franciscus ecclesie sancti Petri noui subdiaconus, imperiali auctoritate notarius, ut uidi et legi in matre. me subscripsi in filia.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione octaua, die vigesimo secundo, mensis septembris, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie et domini fratris Johannis de Agnania venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Feo(do)sii Mauroceni egregii comitis. Ego Laurencius filius magistri Henrici notarius iuratus notarius(!) Jadrensis sicut in exemplari autentico reperi, ita legi, scripsi et de uerbo ad uerbum fideliter exemplaui, nil addens uel minuens, quod sensum mutet uel sentenciam variet et me subscripsi.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

Na hrptu suvremena bilješka: Ista litera est presbitero Simeoni.

131.

1242, 17. februara. U Trogiru.

Radi se o izmjeni zemalja.

In Christi nomine. Anno natiuitatis eius millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, tercio decimo kalendas (martii?), indictione uero decima quinta, existe(nte) Tragurii Treguano uenerabili episcopo, (Stepco comite), Casotti rectore et iudice Traguriensi, (in presentia) testium inferius legendorum, actum est hoc. Ego siquidem Cerne filius . . . . . . profiteor et protestor accepisse a te Paulo filio Draxi L. romanatos et sedecim perperos nomine precii pro terra mea quam tibi tuisque heredibus uendidi perpet(u)o possidendam apud Kutinie, meam terram que fuit sancti Johannis de platea, nomine uero concambii unum passum de terra per longum et amplum, ubi dicitur ad uelum. Tali quidem tenore dictam terram tibi tuisque heredibus uendidi, ut liberam habeas potestatem de ipsa secundum uoluntatem tuam faciendi. Et si aliquis te de ipsa infestauerit, ego excalumpniare tenebor cum bonis meis. Huius autem rei

testes sunt Dabrana subdiaconus, Marinus clericus, Marinus Prodani et Jurricha filius Casotti.

Ego Janicha examinator manum meam mitto.

Et ego Johannes Traguriensis iuratus notarius et sancti Laurencii canonicus, uocatus ab utraque parcium et rogatus a prefato Cerne, presens instrumentum scripsi et consueto signo roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

132.

1242, 10. marta. Kod Trogira.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Krčkim knezovima darovnice svojih predja.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus paginam presentem inspecturis salutem et omne bonum. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedentes ad nos fideles nostri filii Wydo comitis de Wegl(i)a, videlicet Jhonnes, Feldrycus, Bartholomeus et Wydo presentaverunt nobis quedam rescripta, asserentes ipsa esse exemplaria privilegiorum antecessorum nostrorum, videlicet avi nostri Bele bone recordacionis et patris nostri Andree, quondam regum Hungarie illustrium, quorum originalia propter discrimina itineris, que tunc imminebant, sicut dicebant non poterant apportasse, postulaverunt autem hec eadem nostro privilegio confirmari, maxime cum ipsa fuissent sub sigillis quarumdam authenticarum personarum allata, quibus fides p(l)ene poterat adhiberi. Nos itaque tempore necessitatis considerato, cum nos persecucio impelleret Tatarorum et ipsorum non modicum indigeremus servicio, tenore rescriptorum qui inferius adnotabitur observato nostris litteris et duplicis sigilli nostri munimine decrevimus roboranda ita tamen, quod suo loco et tempore ad exhibicionem originalium predicti filii Wydo comitis teneantur et nova de veteribus retineant firmitatem; adicientes quod iidem ipsis se obligantibus, cum circa maritima venerimus, donec ibi moram fecerimus cum duabus navibus que vulgariter galya et sagittea vocantur teneantur deservire: sed postquam de maritimis recesserimus prioribus obligabuntur condicionibus que in memoratis privilegiis continentur. Preterea constituimus eisdem assumentibus, quod racione terre existentis infra ducatum Sclavonie que Wynadol vocatur, quam ipsi ex donacione patris nostri

possidere dinoscuntur, cum tribus militibus armatis decen(ter et hone)ste nobis servire tenebuntur, quod minus bene explicatum fuerat per hoc verbum assistat contentum in privilegio patris nostri, extra regnum autem nostrum, cum exercitus croathicus fuerit convocatus, cum duobus tantummodo militibus deserviant, sed intra regni nostri limites cum tribus militibus sicut est predictum; ad alia vero nullatenus ipsos esse volumus obligatos. Tenor autem privilegii Bele avi nostri quondam incliti regis Hungarie talis est:

Slijedi listina kralja Bele od g. 1193. (Vol. II. pg. 262—3. br. 247. ovoga zbornika.)

Tenor vero privilegii regis Andree patris nostri talis est:

Slijedi listina kralja Andrije od g. 1225. (Vol. III. pg. 244—5. br. 219. ovoga zbornika.)

Datum apud Tragurium, sexto idus marcii, anno domini millesimo CC⁰ quadragesimo primo, regni autem nostri anno septimo.

Izvornik na pergamenu u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: DL 33.177. (Stara sign. N. R. A. fasc. 317. no. 61.) Vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Na hrptu početkom XIV. vijeka latinska bilješka: priuilegium regis Bele super confirmacione Vinodol in dominum condam comitum . . . . . et heredum.

Glagolska bilješka koncem XIV. vijeka (kurziva potpuna): na Krk, na Vinodol i na Modroš, god. 1193.

Listina ova tiskana je u Fejéru IV. 1. 268—9.), Wenzelu XI. 325—6. i Cod. dipl. patrius VIII. 38—41 pod g. 1242. Ovamo je stavlja osim toga i Pesty: Eltünt vármegyek II. 473. To čine iz slijedećih razloga: Najezda tatarska počima g. 1241. pak Bela nije već mogao 1241. 10. marta doputovati do Trogira. Datum dakle ove listine može se samo tako protumačiti, da se suponira florentinski način brojenja od domaćega pisara, jer nema primjera za takav način brojenja u drugim kralj. listinama. Ipak to ne može biti pogrješka pera, jer je »primo« ispisano. Cf. Knauz: Kortan 89, 94. 523.

Ima još i potvrda istoga kralja Bele (pod g. 1242.) od g. 1251. 5. aprila, potvrdjene po kralju Stjepanu g. 1270., kralju Ladislavu g. 1279., kralju Karlu g. 1322. i 1323. Izvornik potonje listine (od god. 1323. 7. novembra) u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.509.; stara signat.: N. R. A fasc. 340 no. 34.

Fejér: Cod. dipl. Hung. IV. 2. p. 98—103. — Kukuljević: Borba Hrvata s Mongoli pg. 71. — Wenzel: Cod. dipl. Arp. cont. XI p. 325—6. — Kukuljević: Reg. no. 412.

133.

1242, 18. marta. U Trogiru.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje i potvrdjuje Trogiranima povlastice svojih prešasnika.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Bela dei gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Galitie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus paginam presentem inspecturis, salutem et omne bonum. Grata fidelitatis obsequia, que uirtutum prerogatiuam retinet, quanto largius exhibentur, tanto sunt premiis gratioribus prosequenda et ipsa specialiter que principibus impenduntur et regibus speciali debent recompensari fauore, vt affectus et feruor obsequentium oportunum continue suscipiet incrementum. Ad noticiam igitur vniuersorum presentium serie uolumus peruenire, quod cum arduis quibusdam impulsi negotiis ad partes accessissemus maritimas, tractaturi que cause qualitas et conditio temporis requirebant et ad ciuitatem nostram Tragurium uenissemus, venerabilis pater Treghuanus episcopus ipsius ciuitatis pariter cum suo clero, nec non fidelis noster Cerne Carbonis rector et iudex et ciues uniuersi fidelitatem redolentes omnimodam, quam a tempore antecessorum nostrorum regie corone exhibere consueuerant, indefesse occurrerunt nobis ylariter et iocunde cum omni aparatu laudis et solempnitatis et optulerunt humiliter omnia que honorem nostrum decebant ore et opere, nostrum dominium reuerentes, qui eciam nos tam honorifice susceptos in suis munitionibus simul cum nostris pluribus, qui de regno Vngarie et Sclauonie a fatie(!) Tartarorum affugerant, diutius retinentes, amministrauerunt nobis multa et non modica delitiarum genera, ita quod absque parcitate exhibentes non solum nobis, uerum etiam uniuersis qui nobiscum aduenerant tota libertatis opera impenderunt, quod iam merito non solum fideles set etiam fidelissimi poterant appelari. Nos itaque tot et tantis ipsorum seruitiis et fidelitate potius considerata, ex regia munificentia prouidere intendentes, tum quia propter experte fidelitatis meritum quedam eisdem ciuibus ab antecessoribus nostris fuerant concessa, tum quia affectus et uoluntas gratie nostre erga ipsos adeo incaluerat, quod mercede debita carere non poterant, sicut nec decebat, eisdem libertatem ab antecessoribus nostris concessam, sicut ipsa priuilegia testabantur, duximus conseruandam., concedentes et iurantes per sanctam crucem et sacrosancta euangelia, omnia que subsecuntur diligentius obseruare, uidelicet quod firmam pacem, statum et libertatem ipsorum integrum conseruabimus et faciemus ab aliis conseruari. Epi-

scopum etiam et comitem, quem clerus et populus de communi consensu elegerint, studebimus confirmare et lege ipsos antiquitus constituta cum iudice ipsorum uti permittemus, eorum in nullo consuetudinem infringentes. Ceterum uolumus, quod secundum aprobatam ipsorum consuetudinem de tributis que de mercatoribus extraneis in portubus et portis ciuitatis proueniunt due partes (pro) nobis recipiantur, tertia uero pars comiti et decima pars episcopo ciuitatis absque diminutione qualibet colligatur; set ciues ipsius ciuitatis ab omni exactione tributi liberi sint et exempti. Ad hec cum in predictam ciuitatem pro negotiis regni tractandis, uel casu quolibet accesserimus, nemini ciuium uis domorum suarum per quempiam de nobiscum aduenientibus inferatur, set hii tantum ipsorum domus introeant, quos ipsorum dilectio duxerit admittendum. Nobis etiam aut bano pro tempore constituto nichil ab ipsis ciuibus nomine tributi aut debiti exsoluatur. Ad hec uolumus et concedimus, quod nemini extra muros ciuitatis in aliqua causa respondere teneantur, set quicumque cum ipsis agere uoluerit, coram ipsorum iudice eosdem conueniat secundum consuetudinem ipsorum hactenus obseruatam. Obsides etiam ab ipsis non recipiemus, cum semper experte fidelitatis extiterint et existant, set in nostra curia seruire uolentibus stipendium sicut nostris impendemus et morandi uel discedendi, cum eis placuerit, liberam habeant facultatem; nullumque super hoc eis grauamen uel molestia inferatur. Si autem aliquis ipsorum ciuium negotia terra seu mari exercuerit, nullum persoluat pedagium nullumque tributum reddere teneatur. Porro si quis extraneus de regno nostro uel aliunde cum vxore, filiis et bonis suis propter indignationem regiam contra ipsum exortam ad memoratam ciuitatem confugerit, liberum sit ciuibus ipsum receptare eumque infra spatium septem dierum retinere, post quos si gratiam regiam obtinere interim nequierit, cum uniuersis rebus suis abire libere permittatur. Preterea si quis ex ciuibus ipsius ciuitatis alias ire voluerit causaque ibi commorandi secure cum vxore, filiis, familia et omnibus rebus suis, quocumque sibi placuerit, ire pacifice permittatur. Ad hec terminos territorii et possessionum antedicte ciuitatis, sicut in antecessorum nostrorum priuilegis inspeximus contineri, presentibus duximus inserendos et pariter confirmandos; ita ut a columpna que sub Ostrog condam inter ipsos ciues et Spalatenses sita est pro termino usque ad villam que Smocquiçe nuncupatur nullus omnino audeat ipsos inquietare, nisi inter memoratos terminos aliquis iure hereditario possessionem habuerit, sicut decet. Nomina uero villarum seu locorum, que inter prememoratos terminos in possessionibus totiens dicte ciuitatis Tragurii in predecessorum nostrorum priuilegiis exprimuntur sunt hec: monasterium sancti Petri de Clobociço cum pertinenciis suis, villa Biachy cum toto territorio suo,

ecclesia sancti Vitalis cum territorio suo, ecclesia sancti Georgii cum territorio suo, pascua Diuullii cum omnibus pertinentiis suis, campus Tragurii cum omni introitu et exitu suo, totum maçolinum cum omnibus circumstanciis, agris, montibus et vallibus usque ad Smocquiçe superius memoratum. Si quis autem super antedictis possessionibus suggestione falsa uel tacita ueritate aliquod priuilegium aliquando impetrauerit, nolumus contra hoc uires aliquas obtinere. Ut igitur omnia premissa robur perpetue firmitatis obtineant, nec possit per quempiam in posterum retractari seu in dubium reuocari, presenti priuilegio karaktere auree bulle nostre ea fecimus communiri. Datum per manus magistri Benedicti prepositi Albensis aule nostre cancellarii et electi in archiepiscopum Colocensem, existentibus Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Stephano Zagrabiensi, alio Stephano Waciensi episcopis; Arnaldo palatino comite Simigiensi, Dyonisio bano Sclauonie et maritinarum, Matheo magistro tauarnicorum et comite Nitriensi, Vaylermo* agasonum, Rolando dapiferorum, Mauritio pincernarum magistris in aula nostra, Demetrio comite Musuniensi et ceteris quam pluribus magistratus et comitatus regni nostri tenentibus suo modo. Anno ab incarnatione MCCXLII., quinto decimo kalendas aprilis, regni autem nostri anno septimo.

Iz izvor. not. prijepisa od g. 1325. 1. oktobra. Ovaj prijepis u arkivu kaptola u Trogira no. 48. Drugi primjerak toga prijepisa u arkivu jugoslavenske akademije (Diplomat. ad anno 1226.) Zatim u listini kralja Ljudevita od g. 1358. 3. septembra u arkivu kaptola u Trogiru no. 73. Postoji prijepis u Libri commemorialium t. II. p. 403 u dvorskom arkivu u Beču.

Katona: Historia critica V. 1048—1050. — Lucius: Memor. di Traù 44. donosi regest. — Farlati: Ill. sacr. V. 340. — Fejér: Codex dipl. Hung. IV. vol. 1. 246—250. po libri comm. u beč. arkivu. — Fejér: VII. 5. 258—61. — Wenzel: Cod. dipl. Arp. cont. VII. 188—191. krivo pod g. 1245. po lib. com. — Kukuljević: Borba Hrvata 76—8. po lib. comm. — Pavlović: Memorie 182 no. 47. — Kukuljević: Reg. no. 413. i no. 487. (pod g. 1245.)

---

* Id est Wilermo (= Wilchelmus).

134.

1242, 22. aprila. U Dubrovniku.

Prijateljstvo izmedju Ulcinjana i Dubrovčana.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis aprilis, nono die exeunte, indictionis quinte decime, in ciuitate Ragusii, in presentia nobilis uiri domini Stefani Justiniani comitis Ragusii et coram uobis subscriptis testibus. Nos quidem Marcus dei gratia Dulcinensis ecclesie episcopus una cum canonicis nostris diacano Theodoro de Lampridio, diacono Andrea de Maria, subdiacano Grobe comitis Petri Dulcinensis et cum nobilibus uiris Dulcinensibus Berissa comitis Valentini, Petro de Goyslauo iuramus ad hec sacrosancta dei euangelia, quoniam totum illud quod tractauimus et per sacramentum sancti dei euangelii confirmauimus cum prenominato domino Stefano comite Ragusii et cum capitulo et comuni Ragusii, sic nobis fuit comissum a nobili uiro domino Georgio principe Dioclie, filio uidelicet iupani Vlcanni et etiam totum illud quod cum prenominatis tractauimus et per sacramentum confirmauimus, a nobili uiro domino Miraslauo (!) comite Dulcinensi et a toto capitulo et toto comuni Dulcinensi per sacramentum sancti euangelii fuit nobis comissum, et omnibus eis illud totum placet, et insuper nos et omnes prenominati bona fide, sine fraude consiliabimus et saluabimus et adiuuabimus homines Ragusii, sicut homines Dulcinenses; et hoc per sacramentum omnibus predictis placet totum, salua tameń pace domini regis Seruie. Ad perpetuam autem firmitatem et credulitatem presentium et uenturorum hec proprio nostro sigillo sigillauimus. De hac autem firmitate sint due carte similes, hec et alia. Hec autem carta et hoc breuilegium nullo testimonio rumpi possit. Ego Marcus episcopus propria mea manu signum †

Ego presbyter Maurus de Predi uicarius domini Johannis Ragusini archiepiscopi testis sum. Ego presbyter Matheus Luce uicarius eiusdem domini archiepiscopi testis. Ego presbyter Blasius Johannis uicarius eiusdem domini archiepiscopi testis. Ego subdiaconus Geruasius Petri uicarius eiusdem domini archiepiscopi Ragusini testis. Ego presbyter Helias Viuiani testis. Ego diaconus Matheus Theophili testis. Ego clericus Ursatius Mathei testis. Ego prenominatus Theodorus diaconus testis. Ego prenominatus diaconus Andreas testis. Ego prenominatus subdiaconus Grobe testis. Ego Clemens Sersii iuratus iudex Ragusinus testis. Ego Goyslauus Theodori Crosii iuratus iudex Ragusinus testis. Ego Andreas Ranane iuratus iudex Ragusinus testis. Ego Petrus Ballislaue testis. Ego Vlcius

Bladimiri testis. Ego Bubanna Petri testis. Ego Grubessa Gundule testis. Ego Bonarditus Caualcabon Venetus testis. Ego Paulus Bocinoli testis. Ego Cerne Vitane testis. Ego Jacobus Andree Goislaui testis. Ego Marinus Calende testis et alii plures Ragusini testes. Ego prenominatus Berissa testis. Lazarus frater Corpolati testis. Ego prenominatus Petrus de Goislauo Dulcinensis testis et alii Dulcinenses testes. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis solitoque meo signo compleui et coroboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu sa dva pečata kaptolska prilično sačuvana. Na dnu listine slova na polovicu presječena. (Zbirka saec. XIII.)
Rad jugosl. akad. I. 131—133.
Kukuljević: Reg. br. 415.

135.

1242, 22. aprila. U Dubrovniku.

Ulčinjski biskup pokorava se metropoliji dubrovačkoj.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis aprilis, nono die exeunte, Ragusii, in presentia nobilis uiri domini Stefani Justiniani comitis Ragusii et coram nobis subscriptis testibus. Nos quidem Marcus dei gratia Dulcinensis episcopus una cum canonicis nostris diacono Teodoro de Lampredio, diacono Andrea de Maria, subdiacono Grobbe comitis Petri iuramus ad sacrosancta dei euangelia, quoniam nos per nos et per totum capitulum nostre Dulcinensis ecclesie et per Georgium principem Dioclie filiium Ulcanni et per Miroslauum comitem Dulcinensem et per totum commune eiusdem terre promitimus fideliter obedire et perpetuam obedientiam facere huic nostre metropolitane ecclesie Ragusine et domino Johanni dei gratia Ragusino archiepiscopo et successoribus eius et capitulo eiusdem ecclesie Ragusine in perpetuum, secundum quod . . . . priuilegiis et etiam cum idem dominus Johannes archiepiscopus . . . . . . sinę . . . impedimento ad ipsum uel ad successores eius Ragusium uenientes . . . . um capitulum nostre Dulcinensis ecclesie et per comitem et per totum comitatum . . . . et conseruare in perpetuum. Ad perpetuam autem firmitatem et credulitatem sigillo proprio nostro fecimus insigniri. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes . . . . archiepiscopi Ragusini. Presbyter Blasius Johannis, presbyter

Matheus Luce, subdiaconus Geruasius Petri . . . . as Johannis Uiuiani, diaconus Matheus Theophili, clericus Ursatius Mathei et alii plures p . . . . Goyslauus Teodori Crosii iurati iudices Ragusii, Petrus Ballislaue, Bubanna Pezane . . . Caualcabon, Cerne Uitanne, Paulus Damiani . . . Cindi, Jacobus Andree Goyslaui, M . . . . alii plures et Berissa comitis Ualentini et Petrus de Goyslauo Dulcinenses.

Original u dubrovačkom arkivu; gotovo treći dio manjka. Pečat na svilenoj vrvci polomljeno sačuvan. (Zbirka saec. XIII.)

136.

1242, 10. maja. U Trogiru.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje slobode Hvaranima.

In nomine sanctae trinitatis et individuae unitatis. Bela dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriaeque rex universis praesentes litteras inspecturis, salutem in vero salvatore. Ex antiqua patrum traditione didicit posteritas, ut ea quae per reges et principes statuuntur, scripturarum perpetuae custodiae commendentur, ne processu temporis oblivione novercante a memoria elabantur, ut quae sanata fuerant, dubietatis intrante scrupulo irritum valeat revocari. Hinc est igitur, quod cum fideles nostri nobiles de insula Fariae plurima nobis servitia fidelitatis opportuno tempore emissis altius nostris tam obsequiis vigilanter et fideliter inhaerentes exhibuerunt, propter quae nostrae magnitudinis celsitudo ad recompensationem praemii fidelitatis ipsorum solerter superintendens, volens tam ipsos quam alios praemiorum digna retributione tam ad ipsius quam coronae servitia efficacius provocare, habita deliberatione iustis ipsorum et specialiter venerabilis patris Nicolai episcopi et Zepregnae tunc temporis iuppani Farensis et Bracensis precibus inclinati. Proinde statuit, ut cum secundum tempora ecclesia de Faria vacare contigerit, libere eligant electores, ad quos de iure spectat electio, de fidelibus ad regnum Hungariae spectantibus sibi praesulem, qui eis praesit verbo proficuum et exemplo, electus tamen regiae maiestati praesentetur, ut ab ipso iura episcopalia recipiat; concedimus etiam, ut episcopus una cum iuppano cum nobilibus de genere Givich libera potiantur facultate eligendi et assumendi sibi comitem de Hungaria et ad regem Hungariae pertinentem, quem sibi utiliorem circumspexerint, dummodo regi et coronae fidelis etiam mandatis ipsius in omnibus obsequendo. Comes autem praeficiendus regi Hungariae praesentabitur confirmandus, dictus

vero comes constituet sibi iudicem pro suo arbitrio voluntatis. Item statuimus, quod iuppanus semper de genere Givich eligatur et electus comiti praesentetur confirmandus et quod sit iuppanus ambarum insularum tam Fari quam Braze. Juppanus autem antedictus in insulis supradictis perpetuo praesidebit, nisi forte ex causa legitima fuerit removendus. Item concedimus, quod nulla unquam collecta vel exactio a nobilibus in eadem insula habitantibus requiratur, imo ipsorum libertas in omnibus inconcussa conservetur, nisi voluerint honorare. Cum autem regi Hungariae exercitum facere placuerit, nobiles de genere Givich cum duabus, barchis quas habere poterunt de suis impensis praeparatis et armatis secundum quod regiam condecet maiestatem, una cum nautis et remigatoribus servire teneantur. Mercatores autem vel negotiatores ipsorum per universum regnum regis Ungariae in terra marique negotia vel mercimonia exercentes immunes a solutione tributi penitus habeantur. Attendentes etiam ipsorum fidelitatem concedimus, quod nullus dictorum nobilium in eadem insula commorantium extra civitatem comparere vel respondere coram aliquo iudice teneantur, nisi forte regiam maiestatem Dalmatiam contingeret advenire. Si vero aliquis ex ipsis forte gravatus iusta de causa ad alias partes se transferre voluerit, secure cum uxore, filiis et familia et omni sua possessione recedere valeat quocunque sibi placuerit, nullum impedimentum ex nostra parte vel alicuius alterius habiturus. Praefati autem nobiles de genere Givich eadem gaudeant libertate, qua nobiles de Spalato et Tragurio perfruuntur. Ut autem huius nostri statuti series et decreti sanctio futuris temporibus illibata conservetur et libertas eorumdem perpetuo permaneat inconcussa, praesentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum per manus venerabilis patris Stephani episcopi Vaciensis, anno ab incarnatione domini 1242., sexto ydus maii, anno autem regni nostri septimo. Venerabili patre Bartholomeo Quinqueecclesiensi episcopo, venerabili patre Benedicto episcopo Varadiensi, Benedicto preposito Albensi aulae regiae cancellario et postulato Colocensi, Dionysio bano et duce totius Sclavoniae, Arnoldo comite Palatino, Paulo comite Albanensi, Mathaeo magistro tavarnicorum, Rolando magistro dapiferorum existentibus. (Est autem datum apud Tragurium — *veli Lucius.)*

Lucius: De regno Dalm. et Croatiae l. IV. c. 5. p. 265. — Lucius: Memorie di Traù p. 44 spominje ovu listinu. — Katona: Hist. crist. V. 1059—1062. — Farlati: Ill. sacrum. IV. p. 247. (nepotpuno). — Fejér: IV. 1. 252—255. — Kukuljević: Reg. no. 417.

137.

1242, 12. maja. U Trogiru.

Bela kralj ugarski i hrvatski priznavajući gradu Trogiru svečani doček potvrdjuje crkvi trogirskoj povelju hercega Kolomana za Drid.

Come il re era stato ricevuto dalli cittadini, che non havevano risparmiato cosa alcuna per ricever con ogni honore il rè e la sua comitiva, e che haveva ad instanza di tutta la città confermato il sopradetto privilegio di Colomano alla chiesa: che perciò ridotti insieme il vescovo con il capitolo, e il rettore con li cittadini havevano concordemente deliberato, che si debbano dividere li frutti del predio nel modo seguente: che la communità, che per quest' effetto haveva speso innumerabil danaro, e per compiacere al rè e al suo esercito haveva concesso le case de richi e de poveri, debba haver in perpetuo la metà. La terza parte sia applicata alla fabrica della chiesa, la quarta raccolga il vescovo per uso suo e se parerà al vescovo e alla communita, che li villani debbano habitar quel luogo, tutto l'ossequio e honoranze, che sono soliti di fare al giupano secolare, ò nel mandar presenti, ò nelli lavorieri di terreni siano tenuti farli al vescovo, et il dominio del luoco habbi il vescovo in tal maniera, che gli sia lecito far lavorare tante terre del predio senza darne parte alcuna, quanto tutti li villici con li loro bovi potranno arare in un giorno, rivoltar nell'altro, e nel terzo seminare; se però tra li villici nascesse alcuna controversia de latrocinii, o d'altri delitti sia ciò giudicato dalla corte secolare di Traù, le condanne pero siano divise col vescovo per la metà.

Lucius Mem. di Traù. p. 44. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 130. — Kukuljević Reg. no. 410.

138.

1242, 16. maja. U Trogiru.

Privilegij grada Trogira.

Stefano Vescovo di Vaccia et eletto arcivescovo di Strigonia fà fede, che havendo il re Bela confermato alli Traurini li privilegii haveva instituito Stefano figliolo di Martinussio giupano per prestaldo; accioche

introducesse et investisse nel possesso li Traurini delle terre predette; ed essendo partito il rè e havendo lasciato lui in suo luogo in Dalmatia, ed essendo il predetto prestaldo ritornato avanti di lui e esposto d' hauer posti in possesso li Tragurini delle terre nominate nel privilegio, li confini delle quali fussero dalla colonna sotto Ostrog sino à Smoquiza, percio instando li Traurini, che lore siano rilasciate le testimoniali e ricercatone la regina la quale all' hora si ritrouaua in Dalmatia, concedeua loro le testimoniali sigillate col suo sigillo.

Lucius Memorie di Traù. p. 44—5. — Knauz: Monum. ecclesie Strigoniensis. I. p. 343. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 131. — Kukuljević Reg. br. 419.

139.

1242, 2. juna. U Trogiru.

Radı se o prodaji kuće.

In Christi nomine. Anno nativitatis eius millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, quarto nonas iunii, indictione uero decima quinta, existente Tragurii Treguano uenerabili episcopo, Sceptco comite, Cerne Carbonis rectore et iudice Traguriensis ciuitatis, in presencia testium inferius legendorum, actum est hoc. Nos siquidem Gausinna primicerius uidelicet et presbyter Prode, procuratores Seuiniche Parucii profitemur et protestamur accepisse a te . . . . . . agro Perculbo pellipario septuaginta libras paruorum uenecianorum pro domo que fuit dicte Seuiniche, quam tibi tuisque heredibus uendidimus perpetuo possidendum cum omni introitu et exitu atque cum omnibus pertinenciis, quas dicta domus . . . . . . dignoscitur habere. Est autem sita dicta domus iuxta domum magistri Petri aui uxoris Eue. Tali quidem tenore dictam domum tibi tuisque heredibus tradidimus, ut liberam habeatis potestatem de ipsa secundum uoluntatem tuam faciendi perpetuo. Huius autem rei testes sunt: abbas Chrane, Petrus Bufali, Nicolaus Albertini, Marinus Ruge Juanne, Tritice et Perne filii Bufali.

Ego Nicolaus Albertini examinator manum meam misi.

Et ego Johannes Traguriensis ciuitatis notarius et sancti Laurencii canonicus uocatus ab utraque parcium et rogatus a prefatis procuratoribus presens instrumentum scripsi et consueti signi munimine roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

140.

1242, mjeseca jula. U Spljetu.

Spljećani priznaju samostanu sv. Stjepana neke zemlje na Šolti.

In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis 1242, indictione XV., mense iulio. Temporibus domini Stephani archielecti et nobilis viri Johannis potestatis comitis Modrussae et Vinodolii, iudicum Petri Cicla, Formini Sesta et Desa Michaelis. Cum commune Spalati vendidisset insulam Soltam quibusdam nobilibus Spalatensibus, emptoresque litem intenderent coenobio St. Stephani, aientes quasdam terras in eadem insula non legitime a monachis possideri, contraque Dessa abbas responderet legitime possidere atque in posterum, si deo et beato Stephano placet, possidendas esse; idque tabulis manu Sabatii notarii scriptis probaret; Joannes potestas, ut est vir prudens, illuc delegavit iudices supradictos: Petrum Cicla et Forminum Sesta cum Petro Pinosa et Dabrano Desoza, qui Petrus antea fuerat datus prestaldus a Domaldo comite et a communi Spalatensi, qui in eiusdem insulae possessionem emptores mitteret. Hi iudices cum Petro prestaldo, Dabrano et multis aliis nobilibus viris ad insulam navigio devecti, appulerunt ad portum, qui dicitur Roga etc. His cognitis Joannes potestas cum tribus iudicibus et universo consilio Spalatensi earumdem terrarum pacificam et quietam possessionem coenobio St. Stephani adiudicavit.

Et ego Camasius clericus notarius communis Spalati ex mandato potestatis et iudicum et totius communis haec scripsi et signo meo consueto obsignavi.

Farlati Illyr. sacrum III. 263. — Kukuljević Reg. no. 420.

141.

1242, 10. augusta. U Dubrovniku.

Ulčinjska crkva pokorava se metropoliji dubrovačkoj.

† Anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis augusti, die sancti Laurencii leuite, indiccionis quinte decime, tempore domini Joannis venerabilis Ragusine ecclesie archiepiscopi, in archiepiscopali palacio Ragusine ecclesie. Nos quidem Marcus dei gracia Dulcinensis ecclesie episcopus una cum canonicis nostris,

presbitero Marino, diacono Grobe comitis Miroslaui, diacono Theodoro de Lampridio, diacono Andrea de Maria, subdiacono Grobe comitis Petri, confitemur, quoniam nos bona et spontanea nostra voluntate bonoque et sincero consensu domini Georgii nostre ecclesie archipresbiteri nostrorumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum et clericorum, quorum nomina sunt hec: presbiter Sergius de Bono, presbiter Stephanus Zuzne, presbiter Ruynus, presbiter Vacmirus, presbiter Petrus, presbiter Philippus, presbiter Nicolaus, presbiter Benedictus, diaconus Grobe comitis Miroslaui, subdiaconus Grobe comitis Petri, diaconus Mus, diaconus Andreas, diaconus Maurus, subdiaconus Zupranus, subdiaconus Marcus, subdiaconus Joannes, subdiaconus Joannes de Castreca, clericus Bartholomeus, clericus Sergius, clericus Dominicus, clericus Gerdus, clericus Nicolaus, clericus Sergius, clericus Velcota, clericus Quirinus, clericus Zon et de capellis nostris presbiter Masius, presbiter Marcus, presbiter Marinus, diaconus Zan, subdiaconus Brates, clericus Zanus de Slav, clericus Martinus, clericus Marinus, clericus Stephanus, clericus Laurencius, clericus Petrus, clericus Desinna, presbiter Syri, diaconus Stauni, subdiaconus Dominicus, clericus Helias, clericus Zan, clericus Vincencius, clericus Bilza, clericus Dras, clericus Beraldus et per consensum tocius nostre ecclesie capituli et per sacramentum sacrosancti dei euangelii a nobis et ab omnibus predictis singulariter et communiter pactum et per illud sacramentum nobis ab ipsis commissum venimus ad hanc antiquam matrem et metropolitanam nostram ecclesiam Ragusinam et ibi diligenter magnoque studio inquisiuimus nostrisque oculis perspicue prospeximus et vidimus manibusque nostris tenuimus multa antiqua et nova privilegia a sacrosancta Romana ecclesia perpetualiter eidem Ragusine ecclesie data et concessa. Unde nos relacione nostrorum presbiterorum fidedigni et per nos maximeque prenominatis eiusdem ecclesie Ragusine veteris et nouis priuilegiis verissime et sine scrupulo certificati veraciter et sine dubio scimus, hanc Ragusinam ecclesiam antiquam fuisse et esse matrem et metropolitanam nostre Dulcinensis ecclesie. Quapropter que audiuimus et uidimus confirmamus et nos per nos et per omnes nostros prenominatos sacerdotes, diaconos, subdiaconos, clericos et per totum nostrum capitulum et per successores nostros promittimus et puro et deuoto corde ad hec sacrosancta dei euangelia iuramus fideliter obedire et perpetuam reuerenciam et obedienciam facere huic nostre matri et metropolitane Ragusine ecclesie et domino Johanni venerabili archiepiscopo eiusdem ecelesie et successoribus eius et capitulo eorum in perpetuum, secundum quod continetur in antiquis et nouis eiusdem ecclesie Ragusine priuilegiis. Ad perpetuam autem firmitatem et creduli-

tatem tam presencium quam eciam futurorum proprio nostro sigillo hec sigillauimus.

† Ego Marcus episcopus propria mea manu signaui.

Ego Domnus Slauius abbas Lacromonensis monasterii testis sum.

Ego presbiter Maurus de Predi vice domini Joannis Ragusini archiepiscopi testis sum.

Ego presbiter Mattheus Luce vice eiusdem domini archiepiscopi testis sum.

Ego presbiter Blasius Joannis, vice eiusdem domini archiepiscopi testis sum.

Ego subdiaconus Geruasius Petri Theodori vice eiusdem domin archiepiscopi testis sum.

Ego prenominatus presbiter Marinus testis sum.

Ego prenominatus diaconus Grobe testis sum.

Ego prenominatus diaconus Theodorus testis sum.

Ego prenominatus subdiaconus Grobe testis sum.

Ego diaconus Mattheus Theophili canonicus Ragusine ecclesie testis sum.

Et ego presbiter Paschalis Petri, canonicus Ragusine ecclesie et communis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, solitoque meo signo compleui et corroboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Žuto-svilena vrvca, ali pečat otpao. U rukopisu »Bullarium Ragusinum« pag. 379—381. u kr. zem. arkivu u Zagrebu ima ova ista listina s opaskom »Pendet ex membrana sigillum cereum«.

Kukuljević: Regesta no. 421.

142.

1242, 14. augusta.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Petrinji povlasti dane joj od kralja i hercega Kolomana.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex vniuersis presentem paginam inspecturis, salutem et omne bonum. Ubicumque nostri nominis interuentu posse credimus aliquibus subueniri, pium nos decet adhibere fauorem, presertim ne vel veritas occultetur, aut iniquitas preualeat equitati. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum tenore volumus peruenire, quod accedentes

ad nos hospites de Petrina in partibus Sclauonie constituti, litteras karissimi fratris nostri Colomani regis et ducis tocius Sclauonie, tenorem sue libertatis continentes nobis obtulerunt, petentes eas auctoritate nostra confirmari. Quorum nos precibus fauorabiliter inclinati, ipsas litteras de uerbo ad uerbum hys duximus inserendas, ac sigilli nostri munimine perhempniter roborandas. Tenor itaque ipsarum litterarum talis est:

(Slijedi listina hercega Kolomana od g. 1240. br. 113.)

Porro facta est hec annotacio ac confirmatio per manus dilecti et fidelis nostri magistri Benedicti prepositi Albensis et aule nostre cancellarii, Strigoniensi et Colocensi sedibus vacantibus, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Stephano Zagrabiensi, Basilio Cenadiensi, Benedicto Waradiensi et postulato Yeuriensi, Bartholomeo Wesprimiensi, Stephano Waciensi et postulato Strigoniensi episcopis ecclesias dei gubernantibus, dilecto cognato nostro Johanne domino Syrmie comite Baciensi, Arnoldo palatino et comite Symigiensi, Ladizlao uiceiudice nostro, Matheo towarnicorum, Rolando dapiferorum, Mauricio pincernarum, Stephano agasonum magistris ac ceteris magistratus et comitatus regni nostri tenentibus. Datum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, decimo nono kalendas septembris, regni autem nostri anno septimo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.913. (Stara signatura N. R. A. fasc. 1531. no. 3.) Na listini visi crvenkasta blijeda svilena vrvca.

Ova je listina potvrdjena po kralju Stjepanu od g. 1271., 27. septembra; po kralju Ladislavu g. 1274.; nadalje po Ljudevitu g. 1362., i novim pečatom g. 1366.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. cont. XII. p. 689—690 po istom izvoru.

143.

1242, 23. augusta. U Dubrovniku.

Prisega kneza Ivana Michiela.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis augusti, in vigilia sancti Bartolomei apostoli, indictione quinta decima, in civitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Ego quidem Johannes Michaeli, dei gratia domini Jacobi Teupuli incliti ducis Venetie, dei gratia comes Ragusii, in nomine domini iuro *(i t. d. prisega za kneza dubrovačkoga.)*

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

144.

1242, 25. augusta. U Dubrovniku.

Dubrovčani doprinose za rat što će ga voditi Venecija.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis augusti, die septima exeunte, indictione quinta decima, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Johannes Michaelis comes Ragusii cum iuratis iudicibus et consiliariis et cum populo Ragusii comittentes comittimus uobis namque uiris nobilibus Marino de Gulerico et Lucaro de Calenda conciuibus et ceteris nuntiis nostris et plenam et firmam potestatem uobis facimus et damus, ut super bona comunis ciuitatis Ragusii tollatis ad imprestitum duo millia librarum denariorum paruorum venetianorum pro exercitu uidelicet, quem dominus noster dux Venetie ad presens facturus est. Que dicta duo millia librarum denariorum tollatis ad imprestitum, a quocunque homine uel a quibuscumque hominibus illa habere poteritis, et ipsam predictam quantitatem denariorum sub pena ducentorum perperorum pacabimus et liberabimus creditori uel creditoribus, a quo uel a quibus illam tuleritis, secundum scilicet terminum quem uos inde statueritis. Hec autem omnia predicta firmiter et rate promittimus predicto ordine obseruare et dare super animas nostras per sacramentum sancti euangelii, quod noster iuratus uicarius Johannes de Lamprii per nostram uoluntatem iurauit super animas nostras et populi Ragusini et super animam suam, quod etiam uos predicti nuntii nostri potestis hec iuramento affirmare. Hec

autem carta comissionis in sua firmitate permaneat. † Ego prenominatus Johannes Michaelis comes Ragusii propria manu mea signaui † Ego Clemens Sersii iuratus iudex Ragusinus signaui † Ego Grubessa Ballislaue iuratus iudex Ragusinus signaui † Ego Goyslauus Crosii iuratus iudex Ragusinus signaui † Ego Andreas Rananne iuratus iudex Ragusinus signaui † Et nos totum consilium Ragusine ciuitatis signauimus. Ego autem presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus per laudationem prenominatorum domini comitis et iuratorum iudicum et consiliatorum et populi et curie Ragusine, scriptor sum et testis sollitoque meo signo compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu (zbirka saec. XIII.)

145.

1242, 3. oktobra. Kod Mavrina mosta (blizu Gjura).

Bela kralj ugarski i hrvatski na molbu svoga pokojnoga brata Kolomana daruje Fili prepozitu zagrebačkomu i kancelaru Kolomanovu posjede Mikluševce i Marince.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus presencium noticiam habituris salutem et omne bonum. Noverint universi quibus scire expedirit, quod cum terras Johance filii Georgii decedentis sine herede, nomine Mycola (et) Maria cum suis pertinenciis ac vineis ad peticionem karissimi fratris nostri piissime recordacionis regis Colomani, dilectis ac fidelibus nostris Fyle preposito Zagrabiensi et suis fratribus Thome comiti et Petro contulissemus. Thomas filius Lamperti et alii de generacione sua, nec non Wyncencius prepositus et Bagvn pro filio Martini mariti sororis eorum de generacione eadem ad nos accedentes in querimoniis exposuerunt, quod predicti magister Fyla et fratres sui terras supradictas minus iuste peciissent, cum terre ille pocius ad eos, quam ad alios extraneos devolvi debuissent. Nos igitur cum nulli in iure svo deesse debeamus, supradictos magistrum Fylam et fratres suos ad nostram presenciam fecimus evocari; qui comparuerunt eisdem parati respondere. A quibus Thoma videlicet et aliis ex una parte, ac preposito et suis frabribus ex altera, cum plurima fuissent allegata, tandem prenominatus Thomas et alii qui cum eo erant, terras prememoratas fratris eorum Johance fore empticias sunt confessi, a nobis in iure requisiti. Quas nos

cum ex antiqua predecessorum nostrorum ac regni consuetudine in huiusmodi terris decedencium sine prole conferendis plenam haberemus potestatem, sepedictis magistro Fyle et suis fratribus ex certa sciencia contulimus perpetuo pacifice possidendas. Ut autem hec nostra donacio ipsis perpetuo perseveret inconcussa, nec ab aliquo inposterum super eadem inquietari valeat vel moveri, presentes eisdem concessimus litteras in huius rei stabilitatem, duplicis sigilli nostri munimine perhenni robore communitas. Datum apud pontem Mauricii per manus dilecti ac fidelis nostri magistri Benędicti prepositi Albensis, aule nostre cancellarii, anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo XLII., V. nonas octobris, regni autem nostri anno septimo.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 251. (Stara sig. N. R. A. fasc. 560. no. 29.) Na listini visi o svilenoj vrvci žute, crvenkaste i ljubičaste boje odlomak pečata. Na hrptu suvremena bilješka: super possessionibus Mykula et Maria (dometnuto rukom XVII. stoljeća: in Walko priuilegium Bele regis.)

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. contin. VII. p. 125—126. — Kukuljević: Reg. no. 422.

146.

1242, 7. oktobra. U Veneciji.

Poslanici dubrovački priznaju dug učinjen za rat.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis octubris, die septimo intrante, indictione prima, Riuoalti. Per uirtutem et potestatem nostri instrumenti, carte tenor cuius talis est: *(slijedi listina od g. 1242. 25. augusta. U Dubrovniku.)* Manifestum facimus nos predicti Marinus de Gulerico et Lucarus de Calenda, nuntii comitis et comunitatis Ragusii, quia nomine dicti nostri comitis et suprascripti comunis Ragusii recepimus cum nostris heredibus et successoribus a uobis Marino Badouario de confinio sancti Stefani confessoris et Jacobo Quirino de confinio sancti Mathei et uestris heredibus libras denariorum uenetorum duo millia in denariis grossis, quas nobis dedistis et prestitistis causa amoris et eas pro predicto exercitu dicto domino duci dedimus pro nostro comuni, quas debeat dictus noster comes et comune per se uel per suum missum dare et deliberare uobis uel uestro misso infra dies uiginti, postquam uos uel uester missus in Ragusam intrauerit, omnes predictas libras uenetorum duo millia saluas in terra sine omni periculo et occasione aut ullis

interpositis capitulis. Preterea confitemur nos ad euangelia sancta dei iurasse super animas nostras et populos Ragusii sic attendere et obseruare, secundum quod superius continetur. Hec autem que suprascripta sunt, si non obseruauerint suprascriptus noster comes et comune, tunc non solum reatu(m) periurii incurant, uerum etiam suprascriptus comes et comune cum suis successoribus dare uobis et uestris heredibus debeant suprascriptas uestras libras uenetorum duo millia et insuper perperos auri ducentos pro pena emendare de omnibus bonis et habere dacii nostri comunis. Signum suprascriptorum Marini de Gulerico et Luçari de Calenda qui hec rogauerunt.

† Ego Nicolaus Contareno uice domino (!) testis subscripsi.

Signum notarii. Ego Donatus sancti Stefani confessoris presbyter plebanus et notarius compleui et roboraui.

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.)

147.

1242, prije 13. oktobra.* Na Klisu.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje povlastice gradu Zadru.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Bela dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. uniuersis litteras presentes inspecturis, salutem in domino. Presentium tenore volumus fieri omnibus manifestum, quod cives Jadrenses ad nos communi proposito venientes promisserunt, quod secundum privilegia a predecessoribus nostris eisdem concessa nobis fidelitatem debitam observarent. Quorum votis benigno occurrentes assensu habito diligenti nostrorum principum consilio decrevimus promittendum et promissum observandum, quod conventionem, quam carissimus frater noster felicis memorie rex Colomanus cum eisdem maturius ordinaverat, ratam haberemus et firmam, et effectui sepius per eosdem postulatam faceremus mancipari. Cuius conventionis serie continetur: quod mediante fideli nostro homine secundum consilium proborum virorum in Jadra existencium tantam summam pecunie, qua destructio muri vel ruina ex parte maris ad nostrum commodum et honorem valeat reparari, dare tenemur; et insuper terram iacentem a Nediiri(!) usque Reguna(!) preter illam, quam modo possident; item superius usque ad Martindam(!) in mare, preter terram pertinentem ad comitatum None et terram Jubil que est Hospitaliorum, quas eisdem non contulimus. Predicti vero Jadrenses debebunt nobis et successoribus

* Kralj Bela računa vladanje svoje od 14. okt. 1235., naime od dana svoga krunisanja. Zato ovako datiramo prema: regni anno septimo.

nostris servitia camere regie communiter exhibere, secundum quod avo nostro inclite recordationis Bele regi servitia et fidelitatem servarunt, salva libertate quam ab eodem Bela habuerunt. Ut igitur dicte rei series inconcussa permaneat, litteras nostras eisdem concessimus auree bulle nostre impressione roboratas. Datum in Clitia(!) per manus venerabilis patris Stephani Vaciensis episcopi, eodem Vaciense in archiepiscopum Strigoniensem, Benedicto Albensi preposito in archiepiscopum Colocensem postulatis. Reverendo Bartholomeo Quinqueecclesiensi et Bartholomeo Vesprimiensi, Stephano Zagrabiensi episcopis et aliis ecclesias dei feliciter gubernantibus. Arnaldo palatino et comite Simigiensi, Dionisio bano, Laurentio voyvoda, Matheo tavarnicorum nostrorum, Raylando dapiferorum nostrorum magistris existentibus et aliis magistratuum et comitatuum regni nostri tenentibus. Anno ab incarnacione domini 1242, regni autem nostri anno septimo.

Iz mletačke statutne knjige: Liber pactorum. I. p. 174, gdje o povelji čitamo slijedeće: »In membrana, bulla aurea rotunda pendens ex zona sericea, in facie eius ab uno latere rex in throno sedens tenens in dextra formam lilii, in sinistra formam crucis, circum se in circulo: † Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rame, Servie, Lodomerie, Cumanie rex; in alia facie sculpta erat in medio figura unius vexilli relevati, in quo erat una crux longa habens per transversum duas lineas, et in circulo litteras talis tenoris: † Sigillum quarti Belae secundi Andreae regis filii«.

Fejér Codex dipl. Hung. VII. 4. p. 91. (regest: orig. in archivo caesareo.) — Wenzel Cod. dipl. Arpad. II. p. 143—4. — Kukuljević Reg. no. 418.

148.

1242, prije 13. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na molbu opata de Torrente samostanu sv. Krševana sva prava i posjede.

Bela dei gracia rex Hungarie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem et omne bonum. Justis petencium desideriis gratum regia celsitudo debet prestare consensum, ut fidelium propositis ad uota completis ad obsequia debita reddantur promptiores, maxime ubi fouetur religio et iura ecclesiastica conseruantur. Cum igitur dilecti nobis in Christo venerabilis de Torrente abbas et conuentus monasterii sancti Grisogoni de Jadra possessiones, quas ex collacione nostrorum antecessorum regum Vngarie et aliorum fidelium donacione uel quocumque iusto titulo ad presens obtinuerint, nostro priuilegio petierint

confirmari, nos felicis recordacionis Celestini pape priuilegium et alia ipsorum munimenta diligenter inspeximus, in quibus has possessiones inuenimus contineri: terram videlicet sancti Martini Diculi cum suis pertinenciis, terram sancti Georgii Camechani cum suis pertinenciis, terram sancti Micaelis Braucii cum suis pertinenciis, terram sancti Martini ante portam ciuitatis cum suis pertinenciis, terram sancti Jacobi cum suis pertinenciis, terram Cepersani, terram Secherani, terram Berde, terram Succhouarre et terram Coki(c)ani cum uineis suis et quod in earundem quieta et pacifica possessione nunc existat, per instrumenta publica ciuitatis Jadrensis probauerunt. Ut igitur fidelitatem debitam et alia iura regalia nobis prout tenentur exhibeant, eiusdem monasterii libertates possessiones et iura approbantes confirmamus et presenti priuilegio comunimus; et ut firma et inconcussa in posterum perpetuo perseuerent, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio,* regni autem nostri anno septimo.

Original u knjižnici Paravia u Zadru. Na listini nalaze se svilena vrvca crvene i žute boje; pečat je otpao.

Kukuljević Reg. br. 450.

149.

1242, poslije 14. oktobra. U Virovitici.

Bela kralj ugarski i hrvatski podjeljuje i potvrdjuje mjestu Samoboru slobode.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chorovacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem et omne bonum. Vbicunque nostri nominis interuentu posse credimus aliquibus subueniri, pium nos decet adhibere fauorem, presertim ne uel ueritas· occultetur aut iniquitas preualeat equitati. Eapropter ad noticiam vniuersorum uolumus peruenire, quod accedentes ad presenciam nostram hospites nostri de Zumbur prope castrum Oclych existentes humiliter a nobis flagitarunt et instanter, vt modum et statum libertatis eorundem de gracia ac prouidencia pie memorie regis Colomani karissimi quondam fratris nostri, iuxta tenorem libertatis hospitum de Petyrna(!) liberaliter concesse, nostrarum auctoritate litterarum

* Calc. pisanus, kako pokazuje godina vladanja. Za to govori i kraljev boravak u Dalmaciji. Isprava očito u svezi s predidućom.

dignaremur confirmare. Nos itaque considerata eorum utilitate, precibus ipsorum fauorabiliter annuentes, sub libertate iam prefata ipsos duximus perpetuo statuendos. Cuius seriem in priuilegio memorati fratris nostri taliter uidimus contineri, vt uidelicet ipsos nullus iudicum nostrorum, preter maiorem ville eorum, quem uoluntarie elegerint, audeat iudicare; et si ab ipsorum iudice conquerentibus satisfieri non poterit, iudex eorum in nostra presencia et non alias super ipsa causa citatus debeat et teneatur respondere. Et si ipsi alias coram iudice quemquam inpeterent super aliquo, eis iudicetur iuramentum. Statuimus eciam, quod si banus eis ad ualorem unius marce dampnum faceret, in centuplo restitueret eisdem, tamen bano non aliud nisi domos suas occasione descensus dare teneantur, pro aliis vero necessariis precium recipiant; et si aliquis ipsorum prole caruerit, tam ipso uiuente quam a seculo transmigrante bona sua cuicunque uoluerit libere conferat retinenda. Et si aliquis de uilla super equo uel boue calumpniatur ab aliquo, pro quanto sacramentum facere presumpserit, sibi calumpnians testibus astantibus restituat et res pro qua causabatur ad requirentem deuoluatur. Et si aliquis ipsam uillam intrare uoluerit moraturus, omnia bona sua, domos uidelicet et alia que possidet, omnibus scientibus liberam habeat uendendi facultatem et recedens de uilla retineat eandem. Statuimus eciam, ut sacerdotem quemcunque uoluerint in suam recipiant ecclesiam, de decimis eorum prout mos est hospitibus ubicunque manentibus disponentes. Mete autem terrarum dictorum hospitum nostrorum de Zumbur, sicut per litteras nostri fidelis comitis Stephani fratris Boboneg, qui ad id cognoscendum specialiter per nos fuerat destinatus, intelleximus hoc modo distinguntur: prima meta incipit de Thopol et tendit ad fontem unum, deinde tendit ad Brenilaz, deinde per siluam tendit ad Rochoyca vbi due aque simul veniunt, deinde sursum tendit vsque quod uulgo dicitur Pyzni,* deinde per montem iterum tendit ad Rocoycha (!), deinde ad Brezthoycha et postea ultra montem tendit in riuum Chernych, deinde ad Lypoycham, deinde per montem tendit ad Grabronicham et inde per eundem montem quod uulgo dicitur Pozorin tendit ad Gradnam et inde descendit ad uiam per quam uiam iuxta Prescekam ascendit ad montem et per eandem uiam descendit ad fontem Byzterch et per dictum Byzterch vadit et sub Boboycha exit, iterum tendit ad priorem metam Thopol. Nec hoc tamen sub silencio uolumus preterire, quod predicti hospites nostri nobis annuatim pro collecta centum pensas et pro tributo fori triginta pensas soluere tenentur. Vt igitur enarrate libertatis series sepedictis hospitibus salua semper et irretractabilis permaneat, presentem ipsam auctoritate ac duplicis sigilli nostri inpensione propensius confirmamus. Datum

* U docnijim potvrdama Gyznich, kako i treba.

in villa Vereucha anno dominice incarnacionis M⁰ CC⁰ XL. secundo, regni uero nostri anno octauo.

Original u arkivu trgovišta Samobora na žuto-crveno-ljubičastoj vrvci visi pečat zamotan u zelenu svilu. Imade i izvorna potvrdnica kralja Ludovika od g. 1347., kako ju je potvrdio kralj Karlo 1323., po prijepisu Kristofora priora zagrebačkoga, u kr. zem. arkivu. (Doc. medii aevi an. 1242.) Ovu listinu potvrdiše: g. 1450. ban Ulrih Celjski, g. 1558. Ferdinand I., god. 1582. Rudolf II., god. 1610. Matija II., g. 1634. Ferdinand II., g. 1675. Leopold I.

Kerchelich: Not. praelim. p. 458. (nepotpuno). — Katona: Hist. crit. V. p. 1066. — Fejér: Cod. dipl. Hung. IV. vol. 1, p. 264. — Kukuljević: Iura regni I. p. 62. — Wenzel: Cod. dipl. Arp. cont. XI. p. 323—4. — Kukuljević: Reg. no. 430.

150.

1242, poslije 14. oktobra. (U Virovitici?)

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje privilegija grada Varaždina onako kako ih je potvrdio bio njegov pokojni brat Koloman.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Cum in multitudine plebis regia gloria non modicum extollatur, regali incumbit officio dignitatis quoslibet ad se confluentes eo amplecti favore, ut sue gentis multitudo et fidelitate et numero augeatur. Hinc est quod ad universorum noticiam harum tenore volumus pervenire, quod hospitibus nostris de Worosdino congregatis et congregandis hanc concessimus libertatem, sicut eciam karissimus frater noster bone memorie Colomanus rex et dux tocius Sclauonie . . . . . (Libertas prenominatorum hospitum nostrorum hec est): comes vel curialis comes de Worosdino non habeat potestatem ipsos iudicandi, sed ipsi inter se iudicem sibi eligant, quem ryhtardum solent appellare, nobis presentandum, a nobis confirmandum . . . . s exortas debeat iudicare, causas vero sanguinis pariter cum comite vel curiali comite iudicare ten . . . . . iudiciis due partes comiti, tercia vero ipsi ryhtardo persolvatur. Item nullus . . . . eatur, nisi qui vadit in Theotoniam cum suis mercimoniis, tunc enim de quolibet curru honerato solvet tres denarios, de singulis equis venalibus duos denarios, de duobus bobus unum denarium . . . . num dem . . . . . . pro sigillo a tributario habendo dimidium denarium, in portu vero Drawe de quolibet curru honerato

unum denarium tem annuatim de qualibet curia solvent nobis dimidium . . . . hi vero, qui de novo advenerint, per triennium nichil solvant. Si quis autem herede carens decesserit, libere disponat de suis bonis sive ecclesiis sive cuilibet cognatorum suorum . . . . . . venditis omnibus suis hedificiis liberam habeat facultatem recedendi; nullus eciam baro(num) nostrorum violenter super ipsos descendat, ita ut necessaria ab eis ipsis invitis recipiat . . . . . . possibilitatem teneantur. Ut igitur hec a nobis facta ordinacio robur perpetue firmitatis obtineat, nec possit ab aliquo in posterum retractari, presentes eisdem concessimus . . . . . roboratas. Datum per manus magistri Benedicti, prepositi Albensis, aule nostre cancellarii. Anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, (regni vero nostri anno octauo.)

Originalna potvrda na pergameni oštećenoj po sredini. U arkivu grada Varaždina fas. I. no. 8.

Kukuljević: Reg. no. 428.

Glede manjkavih mjesta uporedi ovu listinu s onom od god. 1220. (Vol. III. pg. 186—187. br. 161. ovoga zbornika).

151.

1242, poslije 14. oktobra. U Segesdu.

Bela kralj ugarski i hrvatski na prošnju topuskoga opata Ivana nalaže banu Dioniziju, da učini novi razvod medja medju opatijom Topuskom i Glinjanima, koji su bili oteli istoj opatiji neke zemlje.

Bela dei gracia Hungarie etc. rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino Jesu Christo. Ut posterorum noticie liquido posset clarescere quod provide et attente ordinatur ab aliquo, presertim quociens negocium parcium de regali consciencia sine debito terminatur, sollerter est provisum literarum patrocinio stabilire. Eapropter ad noticiam universorum volumus pervenire, quod accedens ad presenciam nostram dilectus nobis in Christo Johannes abbas de Toplica humiliter nobis supplicavit et instanter, quod nos divisionem terre castri de Guora (!) inter ipsum ab una parte et Glinenses ab altera factam per comitem Marcum filium Borochuni destinatum ad hoc a dilecto et fideli nostro Dyonisio bano, cui hoc idem specialiter comiseramus exequendum, presentibus eciam fideli clerico nostro magistro Nikolino ad hoc pro pristaldo per nos deputato, nec non homine capituli Zagrabiensis et homine preceptoris Templariorum de Goura(!) ac hominibus hospitum nostrorum

de Perna et Petrina et pluribus aliis fide dignis, ne ulterius per iam dictos Glinenses ipsius ecclesia posset indebite molestari, favorabiliter acceptare et nostris literis dignaremur confirmare. Nos igitur precibus ipsius, que iusticiam et pietatem continere videbantur, clementer annuentes, seriem divisionis premisse sicut in literis supradicti comitis Marci sub proprio suo sigillo nobis porrectis vidimus contineri, ratam et acceptam habuimus, ut decebat. Nomina autem possessionum, que ad abbatis partem pertinent, in premissis expressa litteris sunt hec, videlicet: Crathka ultra Sawam, villa Schuchia citra Zawa, Lubugn, villa Terredych et locus, ubi Logna cadit in Zawa, tam citra quam ultra; terra ville Brathkovychy citra Zavam et ultra, villa Rakolechiche, villa Trebochel, villa Pyschan, villa Heberkov, villa Peschena, villa Reth, que fuit terra Weden; villa Scerda super rivulum Scelna, villa Gregen, terra sancte crucis, terra ubi Steuenicha cadit in Scelna, villa Welezna, villa Steuenicha, que est Borth, villa Dedech, villa Moznav, villa Bebrevnicha, villa Yelseunicha. Dividit autem ipsam partem abbatis rivulus Gradiza eundo in Zawam et Zawa usque dum derivatur in aquam (que) Chygovge dicitur, que transiens silvam Zava vadit per campum aquosum, qui est campus Logna et cadit in fluvium Logna. Nec tamen pretereundum est, quod rivulus Gradiza non a capite incipit esse meta, sed a loco ubi rivulus Scopnik cadit in prenominatum rivulum Gradizam. Ut autem ordinacio predicte divisionis salva et inconcussa permaneat, presentibus eam litteris sub duplici nostro sigillo perpetuo cònfirmamus. Datum in Segust anno dominice incarnationis MCC. quadragesimo secundo, regni vero nostri anno octavo.

Privileg. monaster. b. v. Mariae de Toplica. No. XXIII. Ispravljeno po potvrdi Stjepana Batora od g. 1476. — Tkalčić Monum. episc. Zagrab. I. 79. — Fejér: Codex dipl. Hung. IV. 1. p. 166—167. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. p. 326—7. — Kukuljević Reg. br. 429.

152.

1242, 21. oktobra. U Veneciji.

Vjerovnici Mlečani ovlašćuju dva Dubrovčana, da mogu dići što oni Mlečani posudiše općini dubrovačkoj.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis octobris, die undecimo exeunte, indictione prima, Riuoalti. Comittentes comittimus nos

Marinus Badouarius de confinio sancti Stefani confessoris et Jacobus Quirinus de confinio sancti Mathei uobis Clementi de Sersii et Marino Pizaia (!) ambobus de Ragusio, ut amodo plenissimam uirtutem et potestatem habeatis uos ambo uel unus de uobis, in cuius manus hec comissionis carta apparet, inquirendi, interpellandi, placitandi, auocatorem tollendi, respondendi et excutiendi a comite et comuni Ragusii libras uenetorum mille ex illis libris denariorum uenetorum duo millia, que continentur in quadam manifesta carta hoc suprascripto anno et mense facta, die septimo intrante, indictione suprascripta, Riuoalti, quam nobiles uiri Marinus de Gulerico et Lucarus de Callenda ciues et nuntii comitis et comunis Ragusii nobis fecerunt pro libris denariorum uenetorum duo millia in denariis grossis, quas a nobis receperunt per uirtutem et potestatem unius instrumenti carte facte anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis augusti, die septima exeunte, indictione quinta decima, in ciuitate Ragusii, quam dominus Johannes Michaelis comes Ragusii cum iuratis iudicibus et consiliaris et cum populo Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane, commiserunt predictis uiris Marino de Gulerico et Lucaro de Calenda conciuibus et certis nuntiis suis et plenam et firmam potestatem eis dederunt, ut super bona comunis ciuitatis Ragusii tollerent ad imprestitum suprascripta duo millia librarum denariorum uenetorum paruorum pro exercitu uidelicet, quem dominus noster dux tunc ad presens erat facturus et cetera, ut in ea legitur; et securitatis cartam exinde faciendi sicut nos facere deberemus et qualemcunque securitatis cartam exinde simul uel unus de uobis fecerit, a nobis nostrisque heredibus firma sit in perpetuum. Et ipsas libras potestatem habentes simul uel unus de uobis inuestiendi et nobis nomine nostro Venetias mittendi et in nostro periculo, secundum quod uobis bonum apparet. Si igitur contra hanc comissionis cartam ire temptauerimus, tunc emendare debeamus cum nostris heredibus uobis et cuicunque uel quibuscunque securitatis cartam exinde simul uel unus de uobis fecerit, uestris ac illorum heredibus et successoribus auri libras quinque. Et hec commissionis carta maneat in sua firmitate.

† Ego Marinus Badouario manu mea subscripsi.

† Ego Jacobus Quirinus manu mea subscripsi.

† Ego Leonardus clericus sancti Felicis testis subscripsi.

† Ego Johannes de Adelenda testis subscripsi.

(Signum notarii.) Ego Donatus sancti Stefani confessoris presbyter plebanus et notarius compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.).

153.

1242, prije novembra.

Herceg i ban Dionizije svjedoči, da je bratstvo Bratila i Jako prodalo dio svoje zemlje županu Abrahamu i njegovom bratu Nikoli za 20 maraka.

C(omes) Dionisius dei gracia dux et banus tocius Sclauonie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Que geruntur temporaliter, summunt inmobile firmamentum, si sollers ac prouida discrecio sapientum testimonio litterarum viuaci studeat commendare. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie duximus perueniendum, quod cum Jaco, Isaak, Bratila cum filio Lodicha, Adam, Zadurk, Meurk, Giurus, Nork et tota generacio Bratila et Jaco tempore persecucionis Tatharorum coram nobis remansissent, ita ut rebus suis mobilibus se a debito suo deffendere non potuissent, quandam particulam terre sue hereditarie pro uiginti marcis Abraam comiti de Moroucha et Nicholao fratri eiusdem uendiderunt perpetuo possidendam, sed quia Abraam comes et frater eius de eisdem diffidebant, ab eisdem Jaxam (vice)banum, Turdizlaum, Tibam, magistrum Buzam et Endre filium Petri pro fideiussoribus super eadem terra receperunt, Blagona, Acha comitibus, Farcasio de Zagoria et Petk de Camarcha presentibus. Terram autem supradictam cum hominibus capituli Zagrabiensis et cruciferorum de sancto Martino et de sancto Georgio et aliis quam plurimis circuiendo(!) certis metis fecerunt limitari. Cuius prima meta incipit ab oriente in aqua Lona et exit in nemus, vbi sunt due mete que separant a generatione Pozdemer, inde ad duas arbores naar et silicem sub quibus sunt mete, inde in nemore ibit ad riuum Moroucha et ad riuum Cadenche et ibi sub fago sunt due mete, inde in eodem riuo ibit inferius et separat ille riuus metas terre predicte, inde exit de riuo, ubi sunt due mete una sub fago et altera sub arbore gyrtian, inde ex nemore ad occidentale egreditur et separat a generacione Cycemir, inde ex nemore procedendo sub arboribus byk et ihor sunt mete, inde supraeundo sub arboribus naar et tul sunt mete, inde supraegrediendo ad nir vbi sunt mete, inde per montem eundo sub piro et silice sunt mete, item in eodem monte sub silicibus sunt mete, inde sub arbore castanearum et silice sunt mete, inde parum eundo sunt mete tres, quarum una separat ex generacione Cycemir et secunda a castrensibus et Marin, tercia contiguitur metis terre Abraam comitis, inde sunt similiter tres mete

capitales sub arbore castanearum, sub silice et via in modum crucis ducenti, que separant a generacione Jaco, a filiis Marin et a terra Abraam comitis, inde inferius egrediendo in via sunt due mete sub silicibus, inde eciam inferius sub gyrtian et auellanis sunt due mete, inde ad riuum Moroucha in fine pontis sunt due mete sub silice et altera sub arbore, inde per montem transeundo inferius sub piro et silice sunt due mete, inde reflectitur in uia ad aquam Bedinice ubi sunt due mete et cadit in Bedinice in aquam Bedinice, inferius separat a terra Abraam comitis, inde in aquam Lona et inde in Lona ibit inferius usque ad metas, unde fuerant egresse et sic terminantur. Et ne temporum processu super terra iam dicta eisdem Abraam comiti et fratri eius nominato per supradictos homines vel successores ipsorum lis aliqua vel controversia possit inferri, presentes eisdem litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo.

Iz potvrde kralja Bele od g. 1242. 21. novembra u Virovitici. Izvornik potonje potvrde u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: (M. O. D. L. no. 33.702; (stara sig. N. R. A. fasc. 1501. no. 10.)

Fejér Cod. dipl. IV. vol. 1. p. 255. — Kukuljević Borba Hrvata p. 78—9. — Kukuljević: Reg. br. 425.

Sasvim na donjem rubu listine Beline nalazi se pod navodnim znakom potonjim pismom pisana bilješka: »plenius intelligentes maxime ut«; kamo to spada, teško je reći.

154.

1242, 3. novembra. U Dubrovniku.

Dubrovčani odredjuju. da će platu svomu knezu namirivati iz dohodaka soli

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mensis nouembris, tertio die intrante, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem comune et populus Ragúsii confitemur, quoniam nobili uiro domino Johanni Michaeli comiti nostro pro salario primi anni sui comitatus debemus dare sibi uel misso ipsius comitis septingentas uiginti libras denariorum paruorum uenetianorum, pro quibus prenominatis septingentis uiginti libris denariorum dedimus sibi in pignus salem nostri comunis tali ordine, ut ad primum carnilegium inde idem dominus noster comes uel missus eiusdem comitis pacet et persoluat se de prenominatis septingentis uiginti libris de denariis, et si de ipso sale

aliquid minus fuerit de prenominatis septingentis uiginti libris, nos comune et populus Ragusii ad prenominatum terminum primi carnilegii dabimus et adimplebimus illud eidem domino nostro comiti uel misso suo. Et etiam si ante prenominatum terminum carnilegii poterimus dare prenominatas septingentas uiginti libras denariorum eidem domino nostro comiti Johanni uel misso ipsius comitis, dabimus eas sibi uel misso ipsius comitis. Et hec omnia promittimus obseruare per sacramentum sancti euangelii, quod iuratus uir uicarius Johannes Lampri per uoluntatem nostram super animas nostras et suam iuramento affirmauit. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Petrus Ballislaue, Bubanna Petri, Grubessa Gundule, Martinusius comitis Geruasii, Theodorus Bodatie iurati iudices Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

155.

1242, 16. novembra. U Virovitici.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje Zagrebu privilegij slobodnoga kraljevskoga grada.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Choroatie, Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Cumanieque rex in perpetuum. Regum celsitudo requirit et sublimium dignitati debetur, ut tanto amplius in multitudine plebis gaudeat, quanto ipsi auctoritate ceteros antecellunt. Hinc est, quod tam presentibus quam posteris harum serie declaramus, quod cum nostre placuisset voluntati in Zagrabia in monte Grech civitatem liberam construere et ibidem hospites convocare et illam partem regni ad securitatem confinii et alia commodo munire et firmare, communicato consilio cum dilecto et fideli nostro Dionisio bano totius Sclauonie et aliis regni principibus, nostram hanc intentionem et voluntatem unanimiter approbantibus, nostrum propositum perduximus ad effectum, concedentes, ut in predicto monte libera civitas fiat, hospites libere conveniant, terras et possessiones, conditiones et libertates a nobis assignatas et subscriptas habeant, teneant et custodiant inconcussas. Conditiones itaque et libertates hospitum in predicto monte habitantium et convenientium, quas ipsi inter se fecerunt et nos approbavimus, tales habentur: Quod si iidem hospites in districtu Hungarie, Dalmatie, Choroacie, Sclauonie spoliati per latrones vel alios

malefactores fuerint, dominus terre in qua spoliati fuerint, estimata quantitate pecunie iuxta arbitrium bonorum virorum et sacramentum concivium ad hoc electorum, vel ablata refundat vel malefactorem ostendere teneatur. Item tributa infra regales terminos in nullo loco solvere teneantur. Item quicumque civis alium civem vituperiis, obprobriis aut contumeliis affecerit, si inde convictus fuerit, leso decem pensas, in communes expensas centum denarios solvat; qui si post trinam correctionem se non emendaverit, rebus omnibus in commune applicatis tamquam infamis de civitate turpiter expellatur. Si quis etiam alapam alteri dederit, vel per crines malitiose traxerit, eandem penam paciatur. Si quis vero cutello, gladio, lancea aut sagitta, aut aliquo tali modo alium vulneraverit et vulneratus sine defectu membrorum resanatus fuerit, medico lesi satisfaciat et leso viginti quinque pensas, quinque vero ad usus civitatis persolvat. Si vero in aliquo membrorum debilitatus fuerit, medico lesi satisfaciat et leso decem marcas et ad usus civitatis decem pensas solvere teneatur. Si vero mortuus fuerit, due partes rerum suarum cedant parentibus occisi, tercia pars civitati. Si vero captus fuerit, secundum consvetudinem de ipso vindicta sumatur; nisi quis in ludo sine premeditata malicia aliquem interfecerit, in hoc enim casu, centum pensas cognatis interfecti, viginti vero pensas ad communes usus refundat interfector, cui si facultas non suffecerit, civium arbitrio relinquatur. Item si quis de extraneis intrans civitatem, sive in vico, sive in domo, sive in foro similia, ut supra notatum est, perpetraverit, per iudicem civitatis iudicetur, et eisdem penis subiaceat condempnatus. Si vero ex incolis civitatis aliquis, sive extraneus, infra terminos civitatis in furto vel latrocinio deprehensus fuerit, per iudicem civitatis puniatur. Item, si quis extraneus aliquem de civitate in causa pecuniaria vel illata iniuria voluerit convenire, coram iudice civitatis conveniat; et nulla causa ad duellum iudicetur, sed per testes et iuramenta terminetur, sive sit cum extraneis, sive cum indigenis. Testes autem eiusdem conditionis et libertatis, cuius sunt isti, assumantur. Eodem modo, sive extraneus inveniat apud incolas, sive incola apud extraneos equum, aut bovem, aut aliquas res furtivas, semper testes, ut supra diximus, producantur. Item, cives de predicta civitate vel jobagiones de villis ad ipsam pertinentibus, que prope territorium ipsius civitatis fuerint site, nullius iudicio, nisi iudicis civitatis astare teneantur; quod si iudex suspectus habebitur et actor legitimam causam recusationis allegaverit, convocatis omnibus maioribus civitatis, ipso iudice presidente, negocium decidatur, de quorum sentencia, si ad huc contingeret dubitari et actor inportunus eos ad regis citaverit presentiam, solus iudex pro aliis omnibus ad regem ire teneatur. Eodem modo (si) pro quacumque causa iudicem civitatis et cives, vel cives solos ad regis

presentiam quis citaret, non tenetur ire, nisi solus iudex civitatis. Et si quis aliquem civem vel cives, non requirens antea iusticiam sibi fieri a iudice civitatis ad regem citaverit, pro illo vel illis iudex ire tenebitur, et ei citator refundet expensas, eo quod contempta auctoritate regalis privilegii sibi cogniti, irrequisito iudice civitatis, fatigavit eum frustra laboribus et expensis. Cives autem liberam habeant undecumque voluerint eligendi facultatem iudicem civitatis nobis presentandum et mutandi eundem annuatim pro sue arbitrio voluntatis. Item, si quis de civitate sine herede decesserit, de rebus suis mobilibus liberam habeat disponendi cuicumque voluerit facultatem. Res vero immobiles, domos, curiam, vineas, terras et hedificia, suorum concivium habito consilio, uxori sue vel alicui cognatorum suorum relinquat, ita tamen, quod nec per ipsum, nec per uxorem, nec per cognatos a iurisdictione civitatis possit alienari vel eximi vel avelli. Item si quis intestatus decesserit et nec uxorem, nec filios, nec cognatos habuerit, due partes rerum suarum per viros fide dignos, consilio civium ad hoc deputatos, pauperibus et ecclesie eiusdem civitatis distribuantur, tercia vero pars ad utilitatem civitatis reservetur. Item statuimus, quod in eadem civitate forum sollempne duobus diebus in ebdomada, videlicet die Lune et die Jouis celebretur et preterea forum cottidianum cottidie habeatur. Universitas vero civitatis supradicte nobis tenetur ad servitia infrascripta. Cum enim rex Hungarie expeditionem ad partes maritimas vel Carinthiam vel Austriam facere voluerit, dicti cives decem milites mittere teneantur cum armis militaribus apparatos. Preterea domino regi quando ipsum illuc ire contigerit, debent dare pro prandio duodecim boves, mille panes, quatuor tunelas vini. Duci autem totius Sclauonie, si sit de prole regia, medietatem predictorum dare tenentur. Bano vero pro tempore constituto, nec tamen vicebano, nichil aliud solvere, nisi in principio introitus sui banatus, unum bovem, centum panes, tunellam unam vini, semel quamdiu duraverit in banatum. Sane ab omnibus istis servitiis usque quinquennium erunt liberi et immunes; transacto quinquennio, tenebuntur. Item iidem cives voluntate spontanea super se assumpserunt, quod expensis propriis dictum montem Grech muro firmissimo communirent. Ad sustentationem autem hospitum in predicto monte habitantium dedimus terram circa eundem montem Grech, statuentes eam per dilectum ac fidelem nostrum Dionisium banum totius Sclauonie eisdem hospitibus sub certis metis et distinctis perpetuo possidendam. Cuius terre mete sic vadunt: Prima meta est in portu Sawe, qui Kyralrewy dicitur, iuxta magnam viam, et per eandem tendit usque ad rivum qui Zoysca dicitur, quem rivum transit per pontem; deinde per eandem viam tendit versus aquilonem, transiens aquam que Malaka dicitur et pervenit ad monticulum iuxta quem est meta terrea,

que dividit terram populorum regis a parte orientali; deinde transiens minorem Malakam pervenit ad magnam viam, que vulgo ettewen dicitur, per quam veniens pervenit ad rivum Cyrkuenich, ibi est pons, hinc superius per eundem rivum iuxta montem Grech vadit directe versus aquilonem metatim, tendens ad fontem qui dicitur Cubulkut, iuxta quem est meta terrea, a quo superius per rivulum Cyrkuenych versus aquilonem pervenit ad rivulum qui dicitur Zopotnika, hinc transiens monticulum cadit in quandam vallem, per quam transit in rivulum, qui dicitur Lomzky potok, deinde ascendit ad metam capituli Zagrabiensis, altera est hospitum de Grech, tercia filiorum Dobcha de genere Aga; deinde procedit ad cacumen eiusdem montis vocabulo Medwe(d)nicha, versus occidentem et pervenit ad metam filiorum Micula, que Plesiwicha dicitur, iuxta quem est meta terrea, deinde transcendit a cacumine eiusdem montis versus partem meridionalem metatim ad arborem castaneam iuxta quam est crux et iuxta eam est meta terrea; deinde descendit ad caput fontis qui Chicheria dicitur, qui fons dividit terram Endre a terra prepredicta et sic descendendo per eundem divertit aliquantulum versus occidentem ad montem et ibi est arbor castanea crucesignata, iuxta quam est meta terrea, deinde ad cacumen montis eiusdem procedit versus meridiem dividendo terram ecclesie Zagrabiensis; deinde per girum ad occidentem aliquantulum divertitur et ibi transit rivulum, qui vocatur Neznich potoka et inde ascendendo superius de terra Endre per vallem ad verticem unius montis, ibi est meta, hinc separando per veteres metas terram Gremla, descendit ad arborem que vocatur ihor, et ibi est meta, et cadit in viam, que exit de uilla Gremla, deinde per eandem versus meridiem procedit ad campum ad metam terream inde aliquantulum divertit ad sinistram per viam et pervenit ad paludes, que Mlaka dicuntur, ibi est meta iuxta eandem Mlakam, a sinistra parte vadit ad arborem nucis, ibi est meta, deinde ad sambucum, sub qua est meta terrea, dehinc metatim procedit et cadit in fluvium Zawe, inde ad metam priorem descendit et sic terminatur. Ut igitur dicta ordinatio nostra et dictorum libertas hospitum firma et inviolabilis perpetuo perseveret, presens eis privilegium concessimus auree bulle nostre munimine perpetuo confirmantes. Datum apud Wereuzha per manus magistri Benedicti prepositi albensis, aule nostre cancellarii, electi in archiepiscopum Colocensem, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Stephano Zagrabiensi, Bartholomeo (Nitriensi), Blasio Chenadiensi episcopis, Benedicti Waradiensi et postulato Jeuriensi Stephano Waciensi et postulato in archiepiscopum Strigoniensem, ecclesias dei gubernantibus. Dilecto cognato nostro Johanne Angelo, domino Syrmie et comite Bachiensi, Ladislao palatino, Matheo tawarnicorum et comite (Sopro)niensi,

Rolando dapiferorum et comite Nitriensi, Mauricio pincernarum, Stephano agasonum magistris, Arnoldo symigiensi, Paulo albensi magistratus et comitatus tenentibus. Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, sextodecimo kalendas decembris, regni nostri anno octavo.

Original na kojem visi »zlatna bula« na crvenoj svilenoj vrvci; u arkivu grada Zagreba.

Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 5—18. — Kerchelich Not. prel. 124. — Katona V. 1063—1065. — Fejér Cod. dipl. IV. 1, 558. — Endlicher Mon. Arpad. 451. — Kukuljević Jura Regni I. 62. — Kukuljević Reg. br. 424.

156.

1242, 21. novembra. U Virovitici.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje povelju bana Dionizija o prodaji koja je obavljena izmedju bratstva Bratila i Jako, te župana Abrahama i brata mu Nikole.

Bela dei gracia rex Hungarie vniuersis Christi fidelibus presentem paginam habituris salutem in salutis auctore. Qvociens nostri nominis interuentu posse credimus aliquibus subueniri, pium nos decet adhibere fauorem, presertim ne uel ueritas occultetur aut falsitas palliata se iusticiam menciatur. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam presencium ac posterorum harum tenore uolumus peruenire, nos litteras dilecti ac fidelis nostri Dionisii bani, que inferius inserentur, recepisse, quas coram nobis perlegi facientes et earum continenciam plenius intelligentes, maxime cum et partes infranominate hoc idem vnanimiter affirmarent, ipsas utique auctoritate regia fecimus confirmari et easdem de uerbo ad uerbum nil addendo, minuendo uel mutando hiis iussimus adnotari, quarum tenor talis est:

(Slijedi listina hercega Dionizija od god. 1242. br. 153.)

Nos itaque presentem adnotacionem hiis insertam, dupplicis sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum in Wereucha anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, vndecimo kalendas decembris, regni autem nostri anno octauo.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.702; (Stara sign. N. R. A. fasc. 1501. No. 10.)

Na listini nalazi se svilena vrvca žute boje; pečat manjka.

Fejér Cod. dipl. IV. 1. p. 255—258. — Kukuljevic Borba Hrvata p. 78—79. — Kukuljević Reg. no. 426.

157.

1242.

Spomen o iednoj darovnici kralja Bele.

Al Marino de Biasio Cernota lo stesso rè (Bela), l'anno precedente (1242), haueua concesso (e a suoi) heredi e successori in perpetuo le terre regali de Prapratniza, per li seruitii prestati in terra e in mare, e specialmente doppo l'impeto de Tartari e per altri fatti alla stessa sua persona e alla regina e duca Stefano suo figliolo.

Lucius: Mem. di Traù p. 60.

158.

1242. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim izmiruju se rodovi Andrije i Junoše radi zemlje u Moravču.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersum omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri presentem paginam inspecturi, quod Andreas cum tota generacione sua ex vna parte, necnon Junosa eodem modo ex altera ad nostram accesserunt presenciam, et cum in nostra fuissent constituti presencia, memoratus Andreas coram nobis promisit Junosam pro terra Mosocha(!), pro qua Andreas et idem Junosa inter se habebant concertacionem, deinceps non impetiturum, ipsamque terram Junose et toti generacioni sue quiete perpetuo possidere permisit, renuncians omni iuri, quod habere se dicebat in terra supradicta, ita quod deinceps nec ipse Andreas nec posteritas ipsius Junose pro terra memorata aliquam posset mouere questionem. Cuius terre metas per assercionem vtriusque partis tales esse cognouimus: prima meta incipit a Lipow naguel et inde venit in quendam fluuium nomine Loguauech, abinde exit et venit ad arborem ilicis et in eadem arbore est crux, deinde vadit ad metam que vocatur Dobow gurni, inde venit ad metam que vulgo dicitur Litiwech contra meridiem et ibi dextra pars terre cedit in dominium Endrey, sinistra vero Junose permanet, deinde venit per viam quandam ad metam que uulgo dicitur Ternow gurni, ab inde vadit per viam et venit ad alteram veterem viam versus meridiem per terreas metas et cruces ligneas in arboribus et venit ad caput vnius putei, inde per paludem venit ad magnam viam, vbi est meta terrea, deinde per magnam viam venit

versus meridiem et in eadem magna via terra Junose remanet ad orientem, terra vero Endrei remanet ad occidentem, inde per eandem magnam viam eundo venit in paruam vallem et inde ascendit ad monticulum, vbi est meta circa arborem pomi, circa quam est meta terrea, deinde per monticulum venit ad fluuium qui vocatur Sucha mosocha, abinde versus meridiem venit in quandam arborem nomine bugueu, inde ad arborem sorbi et inde venit ad viam Jamnicha et sic per dictas metas venit ad magnam viam nomine Gorsqui et ibi terminantur iuxta terram Crachoni. In cuius rei testimonium presentes confecimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Regnante gloriosissimo Bela rege, duce et bano existente Dionisio, Juuancha existente comite Zagrabiensi, Stephano existente antistite Zagrabiensi, Fila existente preposito Zagrabiensi Petro existente cantore Zagrabiensi, Barano lectore, Gregorio custode, Cornelio decano. Datum anno Christi millesimo ducentesimo quadragesimo secundo.

Iz prijepisa kaptola čazmanskoga od god. 1627. 12. jula učinjena na molbu plemenitih ljudi Ivana Jagneića, Simuna Rusa i Ivana Ladomerića od gornjega Lukavca. Original bio je na pergameni, na kojoj je visio kaptolski pečat sa bijelom svilenom vrvcom. Kod Petra plem. Cigetića u Gornjem Lukavcu br. 13.

Laszowski: Spom. Turopolja, I. 6—7.

159.

1242. . . .* U Trogiru.

Trogiranin Črne prodaje Pavlu sinu Dragovu zemlju u Kutinu (Kirtinu?).

(In) Christi nomine. Anno natiuitatis eius MCCXLII, tercio decimo kalendas . . . . ii, indicione uero XV., existente Tragurii Treguano venerabili episcopo, Ste(pco comi)te, Cerne Casotti rectore et iudice Traguriensis ciuitatis, in presentia testium inferius legendorum actum est hoc. Ego siquidem Cerne filius Coue profiteor et protestor accepisse a te Paulo filio Dragi Leonardi sedecim perperos nomine pretii pro terra mea, quam tibi tui(sque here)dibus ven(di)di perpetuo possidendam apud Kirtinum** iuxta terram que fuit sancti Johannis de Platea; nomine uero concambii unum passum de terra per longum et amplum, ubi dicitur ad uelum. Tali quidem tenore dictam terram tibi tuisque here-

* Prema indikciji prije 1. (resp. 24.) septembra.

** Kutinum?

dibus vendidi, ut liberam habeas potestatem de ipsa secundum uoluntatem tuam faciendi. Et si aliquis te de ipsa infestauerit, ego excalumpniare tenebor super bonis meis. Huius autem rei testes sunt: Dabrana subdiaconus, Marinus clericus, Marinus Pradoni et Janicha filius Casotti. Ego Zanicha examinator manum meam mitto.

Et ego Johannes Traguriensis iuratus notarius et sancti Laurentii canonicus uocatus ab utraque parcium et rogatus a prefato Cerne presens instrumentum scripsi et consueto signo roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

160.

1242—1244. U Trogiru.

Poslanstvo trogirsko u Dubrovnik radi jednoga broda.

Viro nobilissimo et per omnia circumspecto domino Joh(anni) Michaeli dei gratia egregio comiti, dominis quoque iudicibus, consiliariis et uniuerso populo Ragusii, suis amicis specialibus et propinquis, Dirsemirus de Orsaro potestas iudices et tota comunitas Tragurii, eorum propinqui pariter et amici salutem et amoris perpetui firmitatem. Si prudentum et prouidorum predecessorum uestrorum exempla et facta nobilitati uestre ante mentis occulos intueri placeret, non secus quam terram uestram nos et ciuitatem nostram puro diligeretis affectu, persecutoribus et nostris capitalibus inimicis nullum prorsus subsidium porrigentes. Olim namque inter uos et Spalatenses discordia quadam uigente, eis cum sint nobis uicini et cognati non adhesimus, quemadmodum nunc Andree comiti nostro infestissimo inimico uos uidemini adherere, sed sicut ex relatione uestrorum senum nobilium potestis plenius intelligere, circa salutem uestram et honorem laborauimus et permansimus recto corde, et sic utraque quasi una ciuitas poterat appellari, quia crescebat in dilectione iugiter et amore. Quam dilectionem et purum amorem per nos et posteros nostros conseruare in perpetuum cupientes, nobilem uirum Siluerium uestrum conciuem cum suis sociis nuper ex parte uestra ad nos directum debita deuotione suscepimus et litterarum tenorem, quas secum attulerit, pleno percepimus intellectu. Qui dictus uester nuntius astans in nostri presentia impetebat Dabranam filium Mateche conciuem nostrum, asserens ipsum quibusdam uestris conciuibus in terra Andree comitis uiolenter abstulisse trecentorum uestrorum ualentiam perperorum,

*

quod cum uerum fore Dabrana ex toto negaret, poscebat inducias usque ad aduentum patris sui qui erat in insula Farensi, quia sine ipso sub cuius adhuc uiuit dominio ad tam arduam impetitionem dicebat se non posse sufficere ad respondendum, addens, quod cum pater ueniret et curie (iu)stum esse uisum fuerit, me respondere debere, domini potestatis et curie faciam uoluntatem. Nos uero uestris conciuibus tamquam nobismet ipsis nullam uolentes iustitiam denegare, nec nostrum conciuem contra iuris tramitem condempnare, precepimus, ut usque ad sextum diem cum patre suo se nostro conspectui presentaret, uel si ita uestro cum sociis nuntio non placeret, certum statueret terminum, quo ciues uestri possent rationem suam exequi coram nobis. Qui uester nuntius nec terminum statuere uoluit, nec ad diem sextum patrem Dabrane prestolari, sed a nobis super hoc solumodo presentes literas postulauit. Barcam autem, quam aliis literis uobis restitui petebatis, Farenses dudum requirebant, dicentes, eam fuisse in Corcera sub fideiussione sua, uerum Farensibus hinc nobis inde dictam barcam petentibus, nobis non constat, quorum sit. Manifeste tamquam sacramenti religio est magna et gloriosa, quam omnes christianos decet et maxime nobilissimos deuote conseruare, dicimus: quod si eam sub uestro domine comes et uestre comunitatis iuramento uultis recipere, non excusando eam pro hominibus Andree nec de Corcera, ipsam uobis restituere tenebimur sub uestro iuramento. Nam cum Andream comitem et eius homines tamquam inimicum infestissimum persequi et offendere omnimodis proponamus, nobilitatem uestram rogamus, ut res uestras, si que sunt, apud ipsum separetis ab eo, ne pro ipso eas postea excusetis.

Savremeni prijepis u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

161.

1242—1250.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje dominikancima zagrebačkim posjed Bliznu.

Bela IV., Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex, conventui s. Nicolai, ordinis Predicatorum de Zagrabia, confert quandam possessionem Blizna vocatam cum montibus Warheg vocatis in tenutis castri Medwe sitam et existentem, ac quibusdam prediis, sive terris arabilibus, videlicet Crathki dol et Lonca vocatis, in territorio eiusdem possessionis Blizna habitis et existentibus.

Tkalčić Mon. civ. Zagreb I. 19. br. 19.

162.

1243, mjeseca februara.

Senjani se mire s plemenom Babonića.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis.* Vniuersis Christi fidelibus tam modernis quam posteris presens scriptum inspecturis S(tephanus) partium maritimarum banus vnaa(!) cum ciuibus Scenyensibus, quorum nomina sunt hec: Radoh, Wolchina, Thomas, Scetnik, Krichko, Michouel filius Radoynje, insuper cum omnibus ciuitatis eiusdem habitatoribus salutem in uero salutis auctore. Vniuersitati uestre patefacimus, quod cum super inimiciciis inter nos videlicet, inter generacionem Babonik comitis et Stephani bani et populum Scenyensem exortis iuxta Templarios per preceptum domini regis ita, quod nostris peccatis exigentibus utraque parte multis mortuis multisque in exercitu interfectis vehemens dispendium sustineremus, nos S(tephanus) banus cum Scenyensibus mutuum colloquium haberemus, diuina fauente clemencia unanimiter desiderauimus, ut eiusdem inimicicie uoraginem extingueremus et, ut esset post triste malum gratior ipsa salus, post tantas inimicicias cum nostris successoribus inseparabilis firmitatis coniuncti uinculo simul uiueremus perpetuo. Verum tamen ne nostrum laudabile desiderium, ne eciam nostre pacis inuiolabile uinculum per aliquod posterorum inutile discidium aliquo modo possit reuocari in irritum, nos iudices et consiliarii Scenyensis communitatis cum tota nostra communione dileximus, quod nunquam a perpetuitate pacis formate secederemus. Imo si per peccata nostra inimiciciam recordantes eliminatam homicidium in generacione comitis B(abonik) et S(tephani) bani perpetraremus vel etiam in aliquibus in prefato exercitu cum ipsis per preceptum regium extitis quingentas marcas argenti persolueremus S(tephano) bano et germano suo B(abonik) comiti et totidem communi iudici; preterea in tantum firmitatem nostram confirmauimus, quod si alicui nostrarum duarum parcium scilicet uel parti Scenyensi uel generacioni comitis B(abonik) et S(tephani) inimicicia, que dicitur wlgarice wrasda, aliunde inmineret, altera pars tanquam fratribus de omni domo sue generationis per collectam V denariorum regalium wrasdam persoluere adiuuaret; si uero aliquo modo cuiuslibet partis istam collectam hora conpetente dare negligeret, illos V denarios coactus per suam generacionem cum pena centum denariorum consequenter exiberet; insuper si alicui parti

* Čitava invokacija pisana dugoljastom uncijalom.

ingrueret necessitas uel generacionibus B(abonik) et S(tephani) vel generacionibus Scenyensibus, cum exercitu uel sicut oportunum esset altera pars omnimodum consilium et auxilium omni dilacione postposita conferret; siquidem si aliqua parcium hoc facere negligeret, alteri parti cum sua generacione L romanatos persolueret. Denique ut huius firmitatis compago nobis et nostris posteris in eternum permaneat inuiolabilis, nos Scenyenses conciues I (unum) palatium cum duobus stachunis et cum una vinea bona S(tephano) bano et suis successoribus libere et quiete absque omni contradicione perheniter possidendum contulimus. Generationes uero comitis B(abonik) et S(tephani) hec sunt: filii Race, de quibus confirmatione(!) pacis interfuit Gemizina; Ladyhovych, de quibus interfuit Drazimier; Coranychanych, de quibus interfuit Bogdan Wites; Hutinyanini, de quibus interfuit Cherney; Bonyani, de quibus interfuit Radigoz. Testes siquidem huius seriey sunt: capitulum Zagrabiense, capitulum fratrum de Toplica, capitulum Templariorum, nobiles de Chroacia: Karolus de Corbauia(!), Jacob de Lika, Nemanya de Busah, Lampert de Gereka (!); nobiles ultra Gozd: Marc filius Brocun, Jarozlaus, Andreas filius Petri de Pezhet, Wlchez et Strizelav (!) de Olochoh(!), Nedelko et Strahoan et ceteri quam plures. Tandem ne pia bene operancium gesta per decursus temporum liturari valeant wlpina versutia nos utriusque partis actores causa testimoni cercioris inscribi fecimus presentem paginam sigilli communitatis Scenyensis et eciam sigilli S(tephani) bani muniminibus roboratam. Anno ab incarnacione domini M⁰ CC⁰ XLIII⁰, mense februarii. Vltimo non pretermittitur, quod si aliqua causa inter duas partes exorta fuerit, iudices non iudicantur nisi unus de communitate Scenyensi alter de generacione B(abonik) comitis et S(tephani) bani.

A B C D E F G

Izvornik na pergameni pisan po širini pismom vrlo dotjeranim u kraticama u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: Dl, 38.471. (prije arkiv Frankopanski u Porpettu no. 1.)

Na listini vise ostaci dviju vrvca, obje žute i tamno modre boje; pečata više nema. Listina je intercisa s gornjim dijelovima slova. — Na hrptu suvremeno: capitulo Zagrabiensis(!) dent(ur).

Thallóczy-Barábas Cod. Blagay pg. LV—LVI. s nekim pogrješkama.

Poradi nekih imena, naročito svjedoka (Karolus de Corbauia! etc.), listina pravi na nas sumnjiv dojam. Da li ide u godinu 1243?

163.

1243, 2. marta. U Dubrovniku.

Knez Ivan Michieli potvrdjuje primitak svoje plaće prve godine.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mensis martii secundo die intrante, Ragusii, coram uobis subscriptis testibus. Nos quidem Johannes Michaelis comes Ragusii confitemur, quoniam comune Ragusii iam dedit et liberauit nobis salarium nostri primi anni comitatus Ragusii, uidelicet septingentas uiginti libras denariorum paruorum uenetianorum et cartam de predicto salario que sic incipit: anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo: secundo, mensis nouembris tertio die intrante, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane, et cetera, quam cartam de prenominatis septingentis uiginti libris super dictum comune Ragusii habui iam redidi et dedi eam eidem comuni Ragusii, ut dicta carta in perpetuum sit rupta et uacua. Vnde de prenominatis septingentis uiginti libris denariorum dictum comune Ragusii a me et a meis heredibus et successoribus permaneat quitum et scapulum et sine querimonia. Et nullus homo in perpetuum de prenominatis septingentis uiginti libris possit aliquid querere super dictum comune Ragusii, neque super homines Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Theodorus Bodatie iuratus iudex et Michael Pezane et Matheus Paulus miles dicti domini comitis. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

164.

1243, 6. aprila. U Spljetu.

Kotula iz Spljeta ostavlja u svojoj oporuci nećaku svome Samani zemlju u Mrljanu.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo XLIII., indicione prima, mense aprili die VI. intrante, presidentibus domino Stephano

uenerabili archielecto, nobili uiro Johanne potestate in ciuitate Spalati. Ego siquidem Chotula neptis Mence Calane licet infirmitate grauata, sana tamen mente integraque memoria trado et dono ex testamento Samane nepoti dicti Mence terram meam que est ad Murnanum iuxta uineam Dragi Çapaçape, ut eam in uita sua ad omnem uoluntatem suam quiete possideat et habeat sine omni contradictione, quia ipse et matertera sua multa seruicia et beneficia exhibuerunt mihi ob gratia sui et multa incomoda sustinuerunt ipsi propter longam infirmitatem meam. Post decessum uero ipsius habeant eam canonici santi Domnii, ut in memoria teneant obitum meum et orent pro anima mea, sicut pro aliis fieri consueuit et ipsam terram habeant et possideant ad uoluntatem suam. Actum in domo ubi dicta Chotula iacebat in presentia et testimonio Nicolai sacriste sancti Domnii, Stoiani patris spiritualis presbyterorum, Miche clerici. Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius rogatus a dicta Chotula scripsi et consuete roborationis signo compleui.

(Monogr. not.)

Original na pergameni u arkivu kaptola u Spljetu (a. 1243.). (XVI. 1. 86.).

165.

1243, 16. aprila. U Budimu.

Bela kralj ugarski i hrvatski preporuča županu kliškomu, da brani i štiti Trogir i njegova prava.

B(ela rex etc.) fideli suo ac dilecto compatri A(lexandro) comiti zupano de Chlich salutem et gratiam. Nov(er)it tua fidelitas, quod tam grata fidelitatis obsequia nobis et corone regie impendunt dilecti nobis et fideles cives Traguriensis civitatis, propter que et alia ipsos et eorum civitatem recomendatam merito habemus apud nostram regiam maiestatem. Quare fidelitati tuae mandamus precipientes firmiter et districte, quatenus predictis civibus et civitati ipsorum astare debeas consilio et auxilio opportune, nec ipsos contra libertatem eorum seu privilegia per se vel per alios molestare vel perturbare aliquo modo presumas; iura sua tam in vineis, quam in agricultura sibi illibata ac inconcussa conservando pacifice et quiete, sicut gratiam nostram caram habes, ceterum nec ali-

quos in territorio ipsorum habitare vel colere agros aut vineas ipsis invitis permittas. Datum Bude feria quinta post Pascham.

Lucius: Memorie di Traù: 77. — Fejér Codex dipl. Hung. IV. 1. 307—308 (pod god. 1255.). — Kukuljević Reg. no. 434. i 699. (pod g. 1256).

Lucić stavlja ovu listinu u pripovijedanje g. 1255., nu priznaje sam, da mora biti ranija, a onamo je stavlja, jer mu se čini da sadržaje istu materiju. — Sravni li se ova listina s drugom jednakog datuma (Lucius ib. p. 54), nema dvojbe, da smo je dobro uvrstili.

166.

1243, 16. aprila. U Budimu.

Bela kralj ugarski i hrvatski hvali Trogiranima za vjernost i obećaje pomoć.

Bela (rè d' Ongaria, Croatia e Dalmatia) alli fedeli suoi cittadini di Traù salute e gratia. Lodiamo la vostra fedeltà, che conosciamo per certi argomenti apparecchiati per questi e altri seruitii vostri incontrarne grata remuneratione. Perciò vi commandiamo ricercandoui più attentamente, che cumulando virtù à virtù, assistiate col consiglio e agiuto al fedel nostro compare Alessandro zupano de Clich, quando sarete da lui ricercati. E noi habiamo commandato tanto à Dionisio duca di tutta la Slauonia, quanto à Stefano bano della maritima, quanto anco ad esso Alessandro, nostri fedeli, que vi diano aiuto e consiglio oportuno ne in cosa alcuna per se, ò per altri vi diano molestia contro il tenore de nostri priuilegii e libertà sin hora osseruata; nel resto circa la galera, che la fedeltà vostra ha dimandato per Marino nostro fedele e vostro concittadino, habbiamo esaudite le vostre dimande lasciando questo in discrettioni dell' istesso Marino vostro cittadino, alle parole del quale haurete fede indubitata sopra il fatto della galera e altro. Datum in Buda giouedi doppo Pasqua.

Lucius Memorie di Traù. p. 54. — Fejér VII. 4, 93—4. — Kukuljević Reg. no. 433.

167.

1243, (16. aprila. U Budimu).

Bela kralj ugarski i hrvatski javlja Trogiranima, da će ih zaštititi herceg Dionizije.

Bela (rè d' Ongaria, Croatia e Dalmatia) alli diletti e fedeli suoi giudici e tutti li cittadini di Traù salute e pienezza della sua gratia. L' aduersità che la vostra fedeltà con lettere ci hà significato, ci hà turbato molto, come de quelli, li quali à noi e alla corona sempre furono constatemente fedeli e grati, perciò per soccorrere à questa malatia con medicina, habbiamo scritto al diletto e fedel nostro Dionisio bano e duca di Slauonia, che è nostro logotenente in quelle parti; commandandoli strettamente, che subito riceuute quelle, facci vendetta degl' oprobrii e facci restituire tutte le robe leuate, se desidera hauer la gratia nostra. E non douete hauere alcun dubbio di voi, perche la vostra fedeltà e grati seruitii vi tengono sempre raccomandati. In maniera, che non comportaremo mai, ch' habbiate alcuna vergogna ò aggrauio.

Datum (in Buda giouedi doppo Pasqua).

Lucius Memorie di Traù. p. 54. — Kukuljević Reg. no. 449.

168.

1243, 21. aprila. U Draču.

Radi se o vožnji soli u Dubrovnik.

† Signum proprie manus Pauli de Bulzegnola qui hoc firmat.

† Ego Petrus de Carnisi firmo.

In nomine dei eterni. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, die mercurii uicesimo primo mensis aprilis, indictione prima, intus in ciuitate Dirrachii. Nos quidem Paulus de Bulzegnola, Petrus de Carnisi ciues Ragusii coram subscriptis testibus manifeste declaramus, quod conuenimus uobiscum sere Bartolomeo de Lucca. habitatore Dirrachii et nauclero Anselmo Januensi habitatore Brundusii in hunc modum. Ita quod nauliauimus et posuimus intus in naue uestra que uocatur Bonauenturosa, de qua naue supradictus Anselmus nauclerus est, duo milliaria de sale nostro ad mensuram Dirrachii, quod uero sal

comparauimus a te ipso sere Bartolomeo de Lucca. Nam pro naulo de supradictis duobus milliaris de illo sale quod portare debueritis in Ragusium, conuenimus dare yperperos centum sexaginta ad rationem de tredecim denariorum per unumquenque yperperum, et ipsi centum sexaginta yperperi qui sunt de naulo, uadunt ad fortem maris et gentis hinc ad portum Ragusii. Similiter remansimus dare tibi prenominato sere Bartulomeo(!) de Lucca pro compara, uidelicet de sale tuo, quod a te comparauimus yperperos denariorum quinquaginta saluos in terra in Ragusio, pro qua quidem tota supradicta pecunia obligauimus tibi omnia bona nostra stabilia et mobilia que nunc habemus in Ragusio, seu quolibet tempore in quocunque loco habere uisi fuimus. Ad ambos nostrum te proinde tenendo renuntiandi, exceptioni non recepti salis seu non debite pecunie et omni legum et decretorum auxilio, tam generali quam speciali omnibusque aliis auxiliis et defensionibus, dolo fraudi et ingenio nobis competentibus et competituris, non obstante uobis aliquo capitulo ciuitatis Ragusii seu qualiscunque alterius ciuitatis, possemus contradicere uobis in toto vel in parte. Et per spatium quattuor dierum postquam supradicta nauis uestra discaricata fuerit in Ragusio, debemus et conuenimus pagare et assignare uobis totam supradictam pecuniam, tam de naulo, quam de compara salis, sine lege, sine occasione et absque vllo interposito capitulo. Quod si contrafecerimus, obligamus nos et nostros heredes uobis et uestris heredibus penam duplam supradicte quantitatis et curie, quod iustum fuerit componere et post compositionem ad prelecta omnia inuitos manere et omne dampnum uel expensas, quas intus in curia aut extra curiam pro inde feceritis, seu quodlibet interesse, prestare ad pignorandum res nostras et heredum nostrorum, tam stabiles quam mobiles, donec ipsa pena fuerit soluta et donec supradicta omnia penitus compleantur. Quod nostro scripsit rogatu magister Jacobus imperialis et puplicus(!) Dirrachii notarius, anno, mense, die et indictione pretitulati.

† Ego Vita de Barbara Raguseo(!) testi(s) sum.

† Ego Rosinus de Menge et Raguseus testi(s) sum.

† Ego Petrus de Scarcella Raguseus testi(s) sum.

Et signum proprie manus Pasce de Verissina Ragusei qui testis est.

† Ego magister Jacobus imperialis et puplicus(!) Dirrachii notarius.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

169.

1243, 6. maja. U Draču.

Radi se o prodaji soli za Dubrovnik.

† Signum crucis Pauli de Bulzegnola qui hoc firmat.

† Signum crucis Petri de Carnisi qui hoc firmat.

In nomine domini dei eterni anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, die mercurii sexto mensis madii, indictione prima. Nos quidem suprascripti Paulus de Bulzegnola et Petrus de Carnisi ciuitatis Ragusii coram subscriptis testibus manifeste declaramus, quod comparauimus a te cur* Cumano de Sucotrino ciue Dirrachii duo milliaria de sale tuo nigro ad opus comunalis Ragusii, et per unum quodque centenarium eiusdem salis conuenimus et promisimus dare tibi octo yperperos et quattuor de denariis grossis, ad rationem uidelicet de tredecim denariis per unumquenque yperperum, qui sunt per summam yperperi centum sexaginta quinque. Et illud sal dedisti nobis in credenzam hinc ad annum unum, amodo numerandum tali quidem pacto, quod si in ipso termino non fueris pagatus a nobis de supra dictis centum sexaginta quinque yperperis de denariis, deinde in antea promisimus dare tibi per unumquenque mensem yperperos quinque per centenarium yperperorum ad ambos nostrum te tenendo super omnia bona nostra. Preterea totum illud sal conuenisti dare et assignare nobis extra latus nauis nostre francum et solutum de omni facto curie et de mensuris et de mensurando et deportando illud sal et de luntris et de omni expendio, preter decem octo carratas, quas debemus dare tibi per unumquodque milliarium. Et neque pro minori pretio neque pro meliori mercato debemus dimitere et laxare tibi illud sal. Vnde ad tuam securitatem et tutelam hoc scriptum tibi fieri fecimus per manus magistri Jacobi imperialis puplici(!) Dirrachii notarii, anno, mense, die et indictione pretitulatis.

† Signum manus cur Pascalis Zaripur qui testis est.

† Signum manus cur Coste Paotipiedi qui testis est.

† Signum manus Russini de Menge Ragusini qui testis est.

† Signum manus Bite de Barbara Ragusini qui testis est.

† Signum manus Petri Scarcella Ragusini qui testis est.

† Ego magister Jacobus imperialis et puplicus(!) Dirrachii notarius.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

---

* Id est kyr.

170.

1243, 16. maja. U Zadru.

Ugovor Dubrovčana sa Zadranima radi jedne ladje.

In Christi nomine anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mensis madii, die sexto decimo exeunte, indictione prima, Jadre. Temporibus domini Bele magnifici regis Ungarie et Dominici Franci uenerabilis Jadrensis arhiepiscopi, ac Marci comite(!) potestate(!). Ego namque Paulus Raguseus filius Leonis de comite Alexandro fateor per hoc presens scriptum, quia suscepi a uobis Preste filio Mathei Sermize et Ivan filius(!) quondam Madii de Muruica et magistro Dobreno cognato Striesse, Valentinus(!) de magistro Menze et Petro filio Jurgii Creme ciuibus Jadre, unum uestrum nauilium cum suis pertinentiis, quod fuit Nicole Rubei, ad proficiscendum et ad nauigandum usque in Apuliam et inde in culfum istum uenerit, per totum istum presentem uiagium quocunque mihi melius uidebitur. De quo nauilio uos dicti Preste et Juanus habetis unam medietatem et uos dicti Dobrennus, Valentinus et Jurgius habetis aliam medietatem. Et completo hoc primo uiagio dabo vobis naulum quadragintas libras denariorum paruorum uenetorum. Et si facerem secundum uiagium, dabo uobis naulum de secundo uiagio octuaginta libras denariorum paruorum uenetorum. Completo secundo uiagio, reddam uobis dictum nauilium in portum Jadre in pena mille libras denariorum paruorum uenetorum super me et omnia mea bona Et si exercitus Venetie esset ante Jadram, dabo uobis dictum nauigium in portum Tragurii. Et si homines Jadre acciperent mihi per uim dictum nauigium in primo uiagio, dabo uobis naulium decem libras denariorum paruorum. Et si in secundo uiagio homines Jadre acciperent mihi dictum nauigium per uim, dabo uobis naulum quinquaginta libras denariorum paruorum uenetorum. Et si homines Uenetie acciperent mihi dictum nauile, tunc ad duos menses soluam uobis sexcentas libras denariorum paruorum uenetorum, aut ego reddam uobis dictum nauilium in pena mille ducentarum librarum denariorum paruorum uenetorum super me et omnia mea bona. Et carta uenditionis de dicto nauilio, quam uos dicti Preste et Juan fecistis mihi per manum magistri Gregorii Jadrensis notarii, sit uacua et irrita in perpetuum, quia inde nullum denarium solui. Actum est hoc et firmatum presentibus his rogatis et uocatis testibus: Cosma presbyteri sancte Marie maioris et Micha de Poſſallo. Ego Petrico de

Sorte examinator manum meam misi. Ego magister Gregorius iuratus Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam compleui, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram notarov.)

Original u dubrovačkom arkivu veoma istrošen. (Zbirka saec. XIII.)

171.

1243, 5. juna. Na Zečjem otoku kod Budima.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Filipu i Detriku za mnoge zasluge u boju s Tatarima i za pobune u Hrvatskoj više posjeda.

In nomine sanctae trinitatis et individuae unitatis. Bela dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Cumaniaeque rex in perpetuum. Cum regum omnium et regnorum potentia in sola suorum fidelitate consistat; cumque fidelitas ipsa, virtutes alias politicas antecellens, quanto nunc hominibus ex corruptela senescentis seculi deprauatis rarior reperitur, tanto clarior habenda et praemiis amplioribus compensanda; quamquam sui merito omnem affluentiam temporalem transcendat, dignum est et rationi consentaneum, ut ipsam inuentam regum celsitudo habeat commendatam ac manu largiflua praemiatam; vt ceteri remunerationis contemplatione prouocati ad fidelitatis opera exercenda fortius accendantur. Eapropter ad vniuersorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod cum dilecti et fideles nostri Philippus et Detricus comites, filii Mathaei, a primis pueritiae suae temporibus in bonorum actuum exercitiis et virtutum meritis accrescentes nobis ac charissimo fratri nostro Colomanno regi Galiciae illustri ac duci totius Sclavoniae firmiter adhaesissent, grata fidelitatis obsequia, quibus coram maiestatis nostrae oculis multipliciter effulserunt, indesinenter ac indefesse impendere non cessarunt. Et quamquam in cunctis nostris eventibus nostro lateri tanquam columnae immobiles et muri aenei semper et ubique inseparabiliter se iunxerint; eo tamen tempore quo permittente domino barbarae nationis insultus quae Tartaros se appellat regnum nostrum hostiliter invasit, praedicti fideles nostri inter alios electos nostros specialiter claruerunt; res et personam dubiis fortune casibus pro nobis intrepide exponendo. In praelio siquidem cum memoratis Tartaris commisso cui personaliter interfuimus, ipsi in acie antedicti fratris nostri conflictum cum parte adversa laudabiliter ineuntes, ad belli exitum perstitere viriliter cum eodem; ubi denique praefatus Detricus potenter

et patenter hostes aggressus et semel, secundo ante omnes vibrata lancea ordinatam aciem irrumpens, post multorum stragem, post inflicta quam pluribus lethaliter vulnera, ipse quoque equo cui insidebat occiso fuit graviter vulneratus. Postmodum etiam cum ab ipso praelio redeuntes, per Teutoniam cum paucis transitum faceremus, nostrorum auxilio pene penitus destituti, ac per ducem Austriae via nobis libera foret praeclusa, idem Detricus in nostri comitiva praecedens, mortis sese manibus absque metu committens, iter nobis per suam probitatem et laudabilem industriam iuxta votum procuravit. Ab hinc quoque nobis maritima petentibus, idem nos secutus, multiplicia nobis servitia studuit exhibere; frater vero ipsius, Philippus supradictus castrum nostrum Kemluk nomine suae commissum custodiae tam contra Tartaros quam contra quosdam alios, qui de Sclavonia in infidelitatem versi, ipsum multipliciter impugnabant, servavit fideliter et prudenter; in cuius itaque conservatione Sclavoniae dominium nobis fuit instauratum. Porro remeantibus nobis de maritimis, dum contra ducem Austriae exercitum mouissemus ac circa Sopronium quod idem dux occupaverat, castrametati fuissemus, intendentes ad ipsius castri recuperationem, nostris illud bellatoribus circumcinxissemus hinc et inde, ubi balistariis castro egredientibus ad nostrorum laesionem per occultas insidias, sepedictus Detricus arrepta lancea irruens in eosdem in castrum ipsos redire compulit, gravia duo vulnera in iactu ballistae recipiens per eosdem, per quae manus mortis vix effugit. Quanta insuper fidelitatis insignia, quanta probitatis opera supradicti Philippus et Detricus comites exhibere semper studuerunt, nequeunt enumerari. Nos igitur quibus ex officio regiae dignitatis incumbit metiri merita singulorum et singulis pro meritis respondere cupientes, grata eisdem remuneratione occurrere, possessiones quasdam quarum nomina subscribentur quae Bors comite filio Dominici bani absque successore legitimo decedente, ad manus regis secundum approbatam regni nostri consuetudinem fuerunt devolutae, nec non quamdam possessionem Berzethe nomine cum suis attinentiis, quae ad nos specialiter pertinebant eo expresso: quod quidquid auri intra terminos Berzethe ad ducentas marcas argenti vel infra in aestimatione subsistat, ipsi percipiant pacifice et quiete; quidquid autem ducentas marcas transcendens repertum fuerit, tertia parte pro dominis reservata, fisco regio debeant applicari.

Slijede posjedi u Ugarskoj.

Ut igitur haec nostrae donationis series ipsius et ipsorum heredibus heredumque successoribus inconcussa et irrevocabilis perpetuo perseveret, praesentem concessimus paginam cum regiae bullae nostrae charactere insignitam. Datum iuxta Budam in insula quae dicitur le-

porum per manus magistri Benedicti prepositi Albensis, aulae regiae cancellarii, electi in archiepiscopum Colocensem, Strigoniensi sede vacante, Bartholomaeo Vesprimiensi, Benedicto Varadiensi et postulato in episcopum Georiensem, ecclesias dei feliciter gubernantibus, ecclesia Transsylvana pastore vacante. Ladislao palatino et comite Symighiensi, Dyonisio bano et duce totius Sclavoniae; Laurentio waiwoda Transylvano, Demetrio iudice aulae nostrae et comite Musuniensi; Mathia magistro tavarnicorum et comite Posoniensi; Rolando dapiferorum et comite Nitriensi, Stephano agazonum et comite de Vrbaz, Mauricio pincernarum et comite Geuriensi, magistris et aliis quam plurimis magistratus et comitatus tenentibus. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, nonis iunii, regni autem nostri anno octavo.

Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 1. 287—94. po prijepisu kaptola jegarskoga g. 1335. — Kukuljević Reg. no. 437.

172

1243, 19. jula. U Anagni.

Inocencije IV. papa dozvoljuje izabranomu nadbiskupu ostrogonskomu da obavlja posao legata u Hrvatskoj.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Stephano) episcopo quondam Waciensi in Strigoniensem archiepiscopum postulato, salutem et apostolicam benedictionem. Virtutum dominus in hiis, que ipsius respiciunt gloriam, te talem reddidisse dicitur, ut per remotas partes et proximas tue fame fragrantia diffundatur. Ex hoc igitur secura sumpta fiducia, quod in ampliatione catholice fidei fervens et pervigil debeas inveniri, tibi legationis officium in Croacia et Dalmatia duximus committendum: fraternitatem tuam rogamus et obsecramus in domino Iesu Christo, quatenus indutus fortitudine ac virtute precinctus pravitatis heretice maculas, quibus terre huiusmodi nimis, sicut accepimus, sunt infecte, sic de ipsis divine potentie propitiante subsidio per te ac alios ad hoc idoneos abolere studeas, quod ibidem christiana possit vigere religio ad illius honorem et gloriam, in cuius beneplacito geritur, ut perempnis vite felicitas per fidei puritatem et innocentie studium acquiratur. Ceterum ut quod in hac parte prudentie tue committimus, ad effectum deduci facilem, deo propitio, gaudeamus, si forsan aliqui super tam pio negotio, tam salubri contradictores fuerint aut rebelles, quod per censuram ecclesiasticam, ac si necesse fuerit per subsidium brachii

secularis illorum possis cohibere nequitiam, tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Anagnie XIIII. kal. augusti, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Hungariae I. no. 347. str. 187. (iz reg. orig. an. I. ep. 29. fol. 5. — Raynaldi Annales ad a. 1243. §. 35. — Katona Hist. crit. VI. 4. — Fejér Cod. dipl. IV. 1, 282—283. (ima datum XV. cal. aug.) — Knauz Mon. eccl. Strig. I. 354. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 148. — Potthast Reg. pont. II. no. 11.095. — Kukuljević Reg. no. 438.

173.

1243, 21. jula. U Anagni.

Inocencije IV. papa patriaru akvilejskomu neka propovijeda u Njemačkoj krst za pomoć kralju Beli.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Bertholdo) patriarche Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Plene lacrimis et replete suspiriis reliquie fidelium in Ungarie partibus positorum matris ecclesie solicitant pietatem, ut sui doloris qualitatem attendat, eiusque amaritudini et merori consolationis dulcedinem largiatur, ac sibi de illo provideat defensionis auxilio, per quod si hostis dei et amica demonum gens impia Tartarorum suam in easdem reliquias moliretur experiri sevitiam, possint ab exilio preripi vel exterminio preservari, salubris provisionis effectum ex hoc universitate christiani populi consequente, maxime cum sit evidens argumentum, quod ipsa tranquilla maneat et secura consistat, si ministra perditionis illa gens effera, divina dextera triumphante, possit conteri vel de contritorum confinio profligari. Hec enim dum nos, qui licet immeriti generalis ecclesie curam ex divina provisione suscepimus, nostre mentis oculis presentamus, reddimur ex corde solliciti, ut illis propere intendamus remediis, per que in Ungarie partibus sit celebris perpetuo gloria redemptoris. Igitur cum karissimus in Christo filius noster (Bela) illustris rex Ungarie et subiectus ei populus, quasi credentes pro acerbitate illatorum vulnerum suis gladium imminere cervicibus, dum persecutores horridos in vicinis Ungarie partibus rumore terribili percipiunt constitutos, nos lacrimis moveant et lamentis inducant, ut eorum angustiis occurramus gratie festine fomentis: fraternitatem tuam rogamus et obsecramus in domino Iesu Christo, in remissione tibi peccaminum iniungentes,

quatenus per te ac alios, quos ad hoc videris oportunos, Christi fideles in Teutonia constitutos, secundum prudentiam tibi et illis desuper attributam, piis inducas monitis, ut ipsi per quos adversus tirampnidem perfidorum christiana potissime solet defendi religio, contra sathane nuntios Tartarique ministros crucis signaculum pro sic afflicti salute populi reverenter ad gloriam suscipiant crucifixi, se taliter hiis, que sunt oportuna, bello domini munientes, ut si necessitas exegerit, quod avertat dei filius, sic dei familiam de regno Ungarie tueri valeant, quod pars opposita, deo propitio, ruine grandis incurrat opprobrium et redempti pretioso Iesu Christi sanguine optate salutis consequantur effectum. Nos enim, ut quod tam pie tam iuste cupimus, letanter et leviter fieri gaudeamus, omnibus, qui de Alemannia signo crucis assumpto in Ungariam contra Tartarorum processerint feritatem, illam indulgentiam idemque privilegium elargimur, que transeuntibus in terre sancte subsidium in generali concilio conceduntur. Ceterum ut salutis tante negotium quo pluribus contingit iuvari remediis, prosperitatis optate suscipiat incrementum, tibi et illis, quos ad predicandam crucem duxeris deputandos, presentium auctoritate concedimus, quod illis ex crucesignatis huiusmodi, qui pro incendiis et iniectione manuum in clericos vel alias religiosas personas excommunicationis vinculum incurrerunt, absolutionis beneficium impertiri iuxta formam ecclesie valeatis, dummodo iniuriam et dampna passis satisfaciant competenter et adeo gravis et enormis non sit eorum excessus, quod propter hoc merito ad sedem apostolicam debeant destinari. Tu autem, frater patriarcha, cum tibi ad insinuationem predicti regis de reversione Tartarorum veritas innotuerit, omnes adversus illos crucis caractere insignitos prompto spiritu et gressu celeri facias in Ungariam, duce salutis angelo, proficisci. Datum Anagnie XII. kal. augusti, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 348. str. 187—188. (iz reg. orig. an. I. ep. 50. fol. 5.) — Raynaldi Annales ad an. 1243. §. 36. — Katona Hist. crit. VI. 6. — Fejér Codex dipl. V. 1. 299. — Potthast Reg. pont. II. no. 11.096. — Kukuljević Reg. no. 439.

174.

1243, 14. augusta.

Ugovor Dubrovnika sa Stjepanom Urošem kraljem srpskim.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Stephanus Vros dei gratia rex totius terre Rassie et Marittime iuro comiti Ragusii

Johanni Michaeli et omnibus nobilibus et communi eiusdem terre in dominum deum omnipotentem et in gloriosam matrem eius et ad sanctam crucem domini et ad sancta dei euangelia et ad quatuor euangelistas et in duodecim superaneos apostolos et in magnos martyres Blasium, Georgium, Domicium, Procopium, Theodorum et in trecentos decem et octo sanctos patres, qui sunt in Nichea et ad omnes sanctos qui placuerunt deo a seculo, mea uoluntate et mundo corde sine ullo dolo, quomodo ab hodie in antea donec et uos steteritis mihi in fide, iustitia et amore, vt uiuam uobiscum in pace et amore, sicut uixit dominus pater meus cum uestris antecessoribus et uobiscum. Et uestri mercatores et uestri homines sani, non disforciati, ut ueniant liberi, stando et eundo, comparando et uendendo per meam terram dando illud quod est consuetudo dandi. Et si aliquis uester conciuis„ uel de terra uestra de quocumque iniusto coram me quesierit iustitiam, ego faciam illam sibi. Et ubicumque in quocumque loco in regno meo, uel in alio aliquo loco, ego ipse uel mei homines, aut meus exercitus inuenerint uestros mercatores, aut uestras causas in mea scientia, ut non sit eis molestia, set ut saluemus eos a malo quantum possumus. Et si aliquis ciuis Raguseus fugeret in terram meam, et de terra mea ceperit molestare uestre ciuitati uel homini uel causis uestris, et ego sciero illum, aut illud ipsum, uel habere quod diuastauerit dabo. Et meus commerzarius stet in ciuitate, sicut stetit domino patri meo. Et si aliquid iniustum factum fuerit inter nos uel inter meos et uestros homines, eum iustitia iustificetur. Et stanec sit inter nos a sancto Michaele usque ad sanctum Georgium, sicut fuit diebus domini patris mei cum uestris antecessoribus et uobiscum de loco constituto. Et cum conuenerint iudices, iurabunt rectum iudicium iudicare secundum consuetudinem. Et hanc pacem tenebo, donec et uos steteritis mihi in fide, iustitia et amore. Et si hec uolo contraire, deus me iudicet et sancta dei genitrix et lignum sancte crucis. Et hoc sacramentum iurauit dominus rex Petro de Streha et Nicolice Piccirineti.

Anno incartionis domini nostri Jesu Christi millesimo CC. XXXXIII, mensis augusti XIV., indictione prima.

Original u c. kr. tajnom arkivu u Beču, ovjerovljeni prijepis u arkivu dubrovačkom. (Zbirka saec. XIII.)

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XI. p. 328. — Kukuljević Reg. no. 440.

*

175.

1243, 24. augusta. U Dubrovniku.

Radi se o prodaji lana izmedju Spljećana i Dubrovčana.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mensis augusti, octauo die astante, Ragusii. Martinusius Dimitrio et Cernota filius Dese Cucuce de Spalato uenerunt Ragusium et in presentia et testimonio nobilis uiri domini Johannis Michaelis comitis Ragusii et coram subscriptis testibus ostenderunt cartam, in qua sic continebatur: In nomine domini nostri Jesu Christi anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, indictione prima, mense augusti die duodecimo intrante, temporibus domini Stefani archielecti Spalatensis, nobilis uiri Bernardi potestatis, iudicum Duimi Formini, Murgie magistri et Gregorii Grube. Nos quidem Albertus, olim filius Janitii Teodosii et Martinus olim Grisogoni Petri iudicis filius committimus uobis nostris conciuibus Martinusio Dimitrii et Cernote filio Desse Cucuce et damus uobis plenam potestatem, ut nostro nomine exigatis de Petrana de Bondi ciue de Ragusio quatuordecim milliaria de lino ad milliarium de Jadera . . . . ad grossum. Pro firmo enim et rato habituri sumus omni tempore, quidquid per uos ordinatum fuerit intra curiam et extra de dicto lino. Quod linum deriuauerit in naue sua ueniendo de Jadera uersus Spalatum . . . . proiecit foras. Actum est hoc in presentia et testimonio Petri Jacobi Lausii et Stefani sacriste. Et ego Cumanus clericus canonicus Spalatensis iuratus notarius, rogatus a predictis Alberto et Martino scripsi et consueto signo conpleui. Presentibus Cernota Desse Cucuce qui habuit partem de lino, dixit: de tota nostra parte de preno-minato lino pro me et pro meo herede et perpetuam securitatem facio communi Ragusii quiete et scapule et sine questione inde commune Ragusii permaneat. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Petrus Ballislaue et Martinusius comitis Geruasii iurati iudices et Duimus de Cassara de Spalato et Marinus Petri Clementis, Johannes Lampridii Zreue et Petrus Callende Stepacie. Et ego presbyter Pascalis communis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis..

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu veoma trošan i mjestimice sasvim nečitljiv. (Zbirka saec. XIII.)

176.

1243, 11. septembra. U otoku Čiovu.

Općina trogirska obvezuje se, da će se pokoriti sudu fra Gerarda i ostale mu braće iz samostana mutinskoga u pravdi sa Spljetom.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, indicione prima, mense septembri die XI. intrante, temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis, Petri de Luca, Pauli et Marini Blasii iudicum Traguriensium, in insula que uocatur Buua, iuxta ecclesiam sancti Petri hoc actum est. Nos quidem memorati iudices et uniuersa comunitas Traguriensis compromittimus et obligamus nos firmiter, compromittentes in manibus religiosorum uirorum fratris Girardi Mutinensis et ipsius confratrum Pauli et Andree de ordine fratrum minorum, quod bona fide et sine fraude stabimus ad omnia, que ipsi inter nos et Spalatenses duxerint statuendum, ordinandum uel precipiendum. Interposita etiam iuramenti religione firmamus obseruare omnia suprascripta et numquam contrauenire. Si uero, quod absit, eorum precepto uel compositioni rebelles uel inobedientes fuerimus, uolumus illa pena teneri, quam ipsi in litteris reformande pacis duxerint statuendum. Testes sunt dominus T(reguanus) episcopus supradictus, Thomas archidiaconus Spalatensis, Philippus ciuis Jadrensis, Rantulfus et Naçarius Justinopolitani et alii multi.

Ego Johanes(!) Casioti examinator manum meam mitto.

Et ego Gausinna primicerius et Traguriensis iuratus notarius, precepto predictorum iudicum et comunitatis Traguriensis hanc cartam scripsi et signo consueto signaui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu.

Lucius Memorie di Traù p. 46. (u talijanskom prijevodu). — Wenzel Cod. Arp. XI. p. 330. — Kukuljević Reg. 441.

177.

1243, 11. septembra. U Trogiru.

Gerardo od Modene čini mir medju Spljećanima i Trogiranima.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, indictione prima, mense septembre die XI. intrante.

Temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis, Petri de Luca, Pauli et Marini Blasii iudicum Traguriensium hoc factum est. Cum inter cives Spalatenses et Tragurienses ex antiqui hostis persuasione gravis fuisset exorta discordia, ita ut inter utrasque civitates belli iam rabies incepta de die in diem miserabiliter increscere videretur, ego frater Girardus de Mutina ex Apulie partibus superveniens una cum fratre Paulo et fratre Andrea predictarum civitatum compatientes discrimini, in magnam cordis affectionem succensi fuimus, tam nefarii belli inter fratres et propinquos incendium divino suffragante auxilio extinguere et partes in pacis et concordie vinculum reformare. Tandem in nomine domini cepimus inter ipsos de pace tractare et ita nobis gratia divina affluit, ut ambe partes de facili in nostrum arbitrium compromitterent, promittentes et obligantes se stare ad omnia, que nos pro bono pacis vellemus statuere inter ipsos. Nos vero perscrutatis prius voluntatibus et intentionibus utrorumque, habito inter nos fratres diligenti tractatu, hoc volumus et precipimus sub debito prestiti iuramenti et statuimus sub interminatione subiecte pene partibus absque omni contradictione et reclamatione in perpetuum observandum. In primis ergo volumus et precipimus, ut villa de Ostrog cum omnibus suis pertinentiis et cum omnibus adiacentibus terris sit in ius et proprietatem ecclesie sancti Domnii, ita quod totum integre possideat sicut possedit tempore G(uncelli) archiepiscopi usque ad adventum domini regis Bele, nullis privilegiis seu instrumentis preiudicantibus quantum in hoc eidem ecclesie in perpetuum. Sed quia olim questio fuit inter ecclesiam Spalatensem et civitatem Traguriensem super territorium de Biaci et sancti Vitalis, ipsam questionem relinquimus indiscussam. Item volumus, ut Tragurienses nullum inimicum Spalatensium recipiant, retineant sive foveant per se vel per alium apud se molientem insidias vel inferentem dampna Spalatensibus; et hec eadem pari tenore Spalatenses observare Traguriensibus teneantur. Item volumus, ut omnes terrae patrimoniales, que sunt inter confinia Spalatensia et Traguriensia restituantur dominis suis, salvis rationibus debitorum vel societatum in quibuscunque rebus, quae omnia suo ordine vel iure decurrant. Adhuc volumus, ut omnia dampna utrique parti quocumque modo illata, sive iniurie commisse in invicem dimitantur, sive in hominibus sive in rebus, et nunquam possit de cetero a partibus super his questio concitari, salva in omnibus fidelitate et reverentia corone regni Hungarie. Ut autem hec statuta salubria robur perpetue obtineant firmitatis, volumus, ut quecumque partium rebellis et inobediens huic compositioni extiterit, faciendo contra predicta vel aliquod predictorum, teneantur nomine pene solvere ducentas marcas argenti, medietas quarum ad obedientem partem deveniat, altra medietas fisco regio applicetur, et

pena soluta nihilominus suprascripta omnia semper firma sint et rata. Ut autem hec omnia valeant inviolabiliter observari, sigillis utriusque civitatis presentem paginam fecimus communiri.

Ego Johannes Casioti examinator manum meam mitto.

Et ego Gausina primicerius et Traguriensium iuratus notarius iubentibus fratribus Gerardo, Paulo et Andrea et voluntate predictorum iudicum et comunitatis Traguriensis hanc cartam scripsi et signo consueto signavi.

Original u ark. kaptola spljetskoga. Vide se tragovi gdje je o uzici visio pečat. Drugi eksemplar u c. k. tajnom arkivu u Beču.

Lucius Memorie di Traù p. 46 ima talijanski izvadak. — Farlati Illyr. sacr. IV. 341 fragmetamo. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 4, 92—93 (po Luciju). — Carrara Archivio capitolare di Spalato. p. 74—6 reg. no. 67. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 149—151 (po Carrari). — Ljubić Listine I. 60. — Kukuljević Reg. no. 442 i 443.

178.

1243, 10. oktobra. U Dubrovniku.

Knez dubrovački prisegom svojom i sudaca daje zadovoljštinu Nikolici Martinužiću.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense octubri decimo die intrante, indictione prima, Ragusii, coram uobis subscriptis testibus. Ego quidem Johannes Michaelis comes Ragusii per sacramentum fidei securitatem facio Nycolize de Martinusio Raguseo,* ut si Stefanus Justinianus quondam comes Ragusii per legem et iudicium in Uenetia conuicerit eundem Nycolizam pro illo bando, pro quo ipse comes Stefanus calumpniabat eum, ego prenominatus comes Johannes super me et super omnia (bona) mea pro me conponam eidem Nycolize uiginti duos perperos, quos ipse Nycoliza per uoluntatem comunis Ragusii dedit mihi pro parte mea de illo bando. De hac autem securitate sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Andreas Ranane iuratus iudex et Theodorus Bodatie et Matheus Paulus miles predicti comitis et Sabba Gambarinus Uenetus. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus per laudationem curie cum sonitu campane scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

---

* Druga sasvim jednaka listina istoga dana izdana ima: Calende Michaelis Manguini Raguseo.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis octubris, die primo, indictione octava, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Per laudationem nobilis uiri domini Jacobi Dalfini comitis Ragusii et iuratorum iudicum Uelcii Bladimiri et Michaelis Peçane et Goyslaui Theodori Crosii et consiliatorum de paruo et magno consilio et per laudationem populi Ragusini. Ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus sicut uidi in matre, ita scripsi in filia, nil addens uel minuens.

(Signum notarii.)

Ovjerovljen prijepis u dva primjerka u arkivu dubrovačkom. (Zbirka saec. XIII.)

179.

1243, 12. oktobra. U Veneciji.

Uredjuju se poslovi biskupije dubrovačke.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense octubri, die duodecima intrante, indictione secunda, Riuoalti. Cum hactenus contentio fuerit inter uener(abilem) virum dominum J(ohannem) arhiepiscopum Ragusinum ex parte una et comune Ragusii ex altera, propter possessiones arhiepiscopatus quas idem comune proprie uoluntatis arbitrio uendiderat et alienauerat, tandem diuina operante clementia ueniente Uenetias Grubessa de Ballislaua cum procuratione seu commissione sibi facta a domino Johanne Mihaele comite Ragusino et iuratis iudicibus et consiliariis parui et magni consilii et cuncto populo Ragusino, ad tale concordium deuenerunt, quod comune Ragusii annuatim dabit et assignabit et deliberabit ducenta yperpera in manu nobilis uiri Vali de Gondola ad redimendum possesiones arhiepiscopatus alienatas uel uenditas per comune Ragusii, quas idem dominus arhiepiscopus de plano et sine strepitu et tergiuersatione aliqua in presentia sua, comitis et iudicum ciuitatis probabit per testes uel instrumenta, aut per confessionem illorum qui dictas possessiones emerunt uel detinent, constabit fuisse arhiepiscopatus Ragusii et quod ipsis testibus, quos ipse dominus arhiepiscopus inducere uel cogere uoluerit infra duos menses; postquam idem dominus arhiepiscopus intrauerit Ragusium, per excomunicationem uel alium modum ad probandum uel ostendendum, quod prefate possessiones fuerint arhiepiscopatus et alienate uel uendite per dictum comune. Dictus comes

uel eius successor uel successores uel comune Ragusii non prestabunt aliquod impedimentum, sed impendent pro posse suum auxilium et fauorem supradictis testibus ad perhibendum super premissis omnibus. Testimonium ueritatis et terminus solutionis ipsorum yperperorum debet semper incipere a pascha dominice resurectionis et in proximo pascha resurectionis debet fieri prima solutio ducentorum yperperorum, et in sequenti alio pascha resurectionis alia solutio similiter ducentorum yperperorum, et sic deinceps per ordinem annuatim. Et quam cito et quandocunque de ipsis yperperis assignatis in manu dicti Vali uel alterius de uoluntate eiusdem domini arhiepiscopi assumpti et comunis Ragusii alique possessiones arhiepiscopatus poterunt redimi, debent redimi et dari et assignari et restitui dicto domino arhiepiscopo uel eius successori, faciente eo uel eius successore securitatis cartam de eo, quod receperit a comuni Ragusio. Et sic semper fieri debet, donec omnes possessiones arhiepiscopatus alienate uel uendite per comune Ragusii redempte fuerint, quibus redemptis datis et plenarie restitutis prefato domino arhiepiscopo uel eius successori et arhiepiscopatui idem dominus arhiepiscopus uel eius successor securitatem plenam facere debet iam dicto comuni Ragusii. Hec autem omnia que superius sunt expressa et ordinata, si dictum comune Ragusii non obseruauerit, ipso iure et facto reatum periurii incurrat et uinculo anathematis sit astrictum. Quod concordium authenticatum et laudatum et confirmatum fuit presentibus, uolentibus et consentientibus memorato domino arhiepiscopo et Grubessa nuntio et procuratore dicti comitis et comunis Ragusii coram domino Jacobo Teupulo duce Uenetie et suo consilio, ubi dictus Grubessa nuntius et procurator dicti comitis et comunis Ragusii super anima iam dicti comitis et comunis Ragusii et sua iurauit ad sancta dei euangelia, hec supradicta omnia rata et firma habere et obseruare. Acta sunt hec in palatio ducali presentibus uenerabilibus patribus et dominis Petro Pino episcopo Castellanensi, Widone episcopo Clugiensi, consiliariis minoris consilii dominis Stefano Badouario, Marco Faletro, Leonardo Donato, Johanne Barbarigo, Johanne da Canale, Laurentio Teupulo, Jacobo Beligno plebano sancti Bartholomei, Michaele Truno plebano sancti Bassi, Junio et aliis pluribus.

(Monog. notar.) Ego Bartholomeus sanctorum apostolorum presbyter plebanus et notarius predictis interfui rogatus, scripsi, compleui et roboraui.

Original u arkivu u Dubrovniku (zbirka saec. XIII.).

180.

1243, prije 13. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje gradu Ninu stare granice.

Bela dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, salutem in vero salutari. Quotiens ab excellencia regie maiestatis condignum postulatur, quod regio(!) et corone, nec non honestati conuenire dignoscitur, regie decet sublimitati animo concedere libenti et petencium desideriis congruum impertiri suffragium; maxime hiis quibus extuat devocio et iura regni continue conseruantur. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam presens serie volumus peruenire, quod cum nos accessi(sse)mus ad maritimam, ordinantes ibi leges et statuta nostrarum quam plurimarum ciuitatum, accessit ad nos venerabilis pater Samson de Nona, una cum populo et uniuersitate eiusdem ciuitatis deuote et humiliter postularunt, ut territorium, communitatem, confines et districtum eidem ciuitati iure proprio pertinentem metis designaremus debitis, ne in processu quocunque futuri temporis per aliquos vicinos ipsius occupari possint vel usurpari contra voluntatem et iusticiam ciuitatis et ciuium premissorum. Nos equidem . . . . mandantes nostrum dilectum et fidelem Joachinum* banum tocius Sclavonie cum pluribus aliis nostris baronibus ad prouidendum de metis et pertinenciis iam dicte ciuitatis; qui ad nos reuertentes cum testimonio plurimorum prelatorum et aliorum uirorum fide dignorum, tales metas et confines dicte ciuitatis nostris auribus resserarunt: videlicet: prima meta incipit a capite cuiusdam insule vocate Vyr et deinde per litus maris ad sanctum Andream prope dictam civitatem, et deinde in quemdam locum protensum in mare, qui dicitur Drugosay et deinde per litus maris usque in Dykla et deinde ad locum qui dicitur crux parva et deinde in quamdam paludem que dicitur Ognakovo blato, et deinde per medium ipsius paludis tendit ad partem australem ad metas cuiusdam possessionis nuncupate Bresciane, et deinde tendit directe in quemdam riuum qui dicitur potok, et deinde per ipsum riuum versus partem australem secundum cursum ipsius riui in quoddam nemus dictum Jablan, et deinde directe per quandam vallem versus austrum que

* Tako u bečkom i mletačkom prijepisu. Nesumnjivo pogrješka mjesto Dionisium, a nastala je tako, da je prepisivač od god. 1272. krivo upisao ime bana Joahima, koji je tada vladao, mjesto Dionizija. Doduše rijetka, ali značajna pogrješka. Inače listini nema prigovora.

dicitur vallis Budyzlay tendit usque in Zitniza, et deinde versus boream usque in Kazina gorica, et deinde ad quandam quercum que dicitur quercus lupi, et deinde in austrum ad vocatas quinque vias, et deinde uersus boream ad vallem Koruganiza, et deinde ad locum qui dicitur Badan, et deinde ad quamdam vallem que dicitur Weprinna, et deinde ad lapidem qui est apud mare, super quem una crux est desculpta, et ibi terminatur; excepta tamen possessione castri Lubey, que est hospitalis sancti Joannis. Item pascua dicte ciuitatis pertinencia in magno monte, qui est super mare, hec sunt, incipiendo videlicet a loco qui dicitur Tribang versus occidentem usque in locum qui dicitur Equus, et usque ad cacumen dicti montis. Ut igitur ciuitas None et ciues immunes et inoffensi perpetuo permaneant, predictis suis iuribus gaudentes in pace, et ne ullo processu subsequentis temporis distincciones predicte per quemcunque valeant retractari, presens priuilegium nostri sigilli caractere studiose communitum ob perpetui roburis firmitatem ipsis graciose duximus concedendum. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, anno autem regni nostri octauo.

Ova povelja potvrdjena je god. 1272. od kralja Stjepana, a od uprave mletačke god. 1309. — Izvornik potvrde Stjepanove nalazi se u mletačkom državnom arkivu od god. 1868.; kopija može se čitati u »Copia de commemoriali« u Mlecima V. p. 197—9. i u bečkom tajnom arkivu.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. II. 146—7.

181.

1243, mjeseca oktobra. U Pečuhu.

Maha udovica župana Kleta sa svojim sinovima prodaje svoj posjed Oriovac u županiji požeškoj.

Farcasius prepositus Quinqueecclesiensis eiusdemque loci capitulum vniuersum omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino. Constituta in nostra presencia domina Macha vxor quondam Cleti comitis vnacum filiis suis, scilicet Ladislao, Philippo et Gregorio, protestata est prefatum virum suum donasse olim genero suo magistro Bencentio filio Vrbaz comitis medietatem predii sui, quod est in Posoga nomine Orywa, sed postea propter quartas filiarum Philippi comitis coactus eandem medietatem recepisse et dictis puellis contulisse sub tali condicione, quod ipse solueret prenominato Bencentio pro illa medietate centum marcas, sed priusquam predictum debitum exsoluisset, tam ipse quam dicte filie Philippi comitis a Tartaris superuenientibus interfecti

180.

1243, prije 13. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje gradu Ninu stare granice.

Bela dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, salutem in vero salutari. Quotiens ab excellencia regie maiestatis condignum postulatur, quod regio (!) et corone, nec non honestati conuenire dignoscitur, regie decet sublimitati animo concedere libenti et petencium desideriis congruum impertiri suffragium; maxime hiis quibus extuat devocio et iura regni continue conseruantur. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam presens serie volumus peruenire, quod cum nos accessi(sse)mus ad maritimam, ordinantes ibi leges et statuta nostrarum quam plurimarum ciuitatum, accessit ad nos venerabilis pater Samson de Nona, una cum populo et uniuersitate eiusdem ciuitatis deuote et humiliter postularunt, ut territorium, communitatem, confines et districtum eidem ciuitati iure proprio pertinentem metis designaremus debitis, ne in processu quocunque futuri temporis per aliquos vicinos ipsius occupari possint vel usurpari contra voluntatem et iusticiam ciuitatis et ciuium premissorum. Nos equidem . . . . mandantes nostrum dilectum et fidelem Joachinum* banum tocius Sclavonie cum pluribus aliis nostris baronibus ad prouidendum de metis et pertinenciis iam dicte ciuitatis; qui ad nos reuertentes cum testimonio plurimorum prelatorum et aliorum uirorum fide dignorum, tales metas et confines dicte ciuitatis nostris auribus resserarunt: videlicet: prima meta incipit a capite cuiusdam insule vocate Vyr et deinde per litus maris ad sanctum Andream prope dictam civitatem, et deinde in quemdam locum protensum in mare, qui dicitur Drugosay et deinde per litus maris usque in Dykla et deinde ad locum qui dicitur crux parva et deinde in quamdam paludem que dicitur Ognakovo blato, et deinde per medium ipsius paludis tendit ad partem australem ad metas cuiusdam possessionis nuncupate Bresciane, et deinde tendit directe in quemdam riuum qui dicitur potok, et deinde per ipsum riuum versus partem australem secundum cursum ipsius riui in quoddam nemus dictum Jablan, et deinde directe per quandam vallem versus austrum que

* Tako u bečkom i mletačkom prijepisu. Nesumnjivo pogrješka mjesto Dionisium, a nastala je tako, da je prepisivač od god. 1272. krivo upisao ime bana Joahima, koji je tada vladao, mjesto Dionizija. Doduše rijetka, ali značajna pogrješka. Inače listini nema prigovora.

dicitur vallis Budyzlay tendit usque in Zitniza, et deinde versus boream usque in Kazina gorica, et deinde ad quandam quercum que dicitur quercus lupi, et deinde in austrum ad vocatas quinque vias, et deinde uersus boream ad vallem Koruganiza, et deinde ad locum qui dicitur Badan, et deinde ad quamdam vallem que dicitur Weprinna, et deinde ad lapidem qui est apud mare, super quem una crux est desculpta, et ibi terminatur; excepta tamen possessione castri Lubey, que est hospitalis sancti Joannis. Item pascua dicte ciuitatis pertinencia in magno monte, qui est super mare, hec sunt, incipiendo videlicet a loco qui dicitur Tribang versus occidentem usque in locum qui dicitur Equus, et usque ad cacumen dicti montis. Ut igitur ciuitas None et ciues immunes et inoffensi perpetuo permaneant, predictis suis iuribus gaudentes in pace, et ne ullo processu subsequentis temporis distincciones predicte per quemcunque valeant retractari, presens priuilegium nostri sigilli caractere studiose communitum ob perpetui roburis firmitatem ipsis graciose duximus concedendum. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, anno autem regni nostri octauo.

Ova povelja potvrdjena je god. 1272. od kralja Stjepana, a od uprave mletačke god. 1309. — Izvornik potvrde Stjepanove nalazi se u mletačkom državnom arkivu od god. 1868.; kopija može se čitati u »Copia de commemoriali« u Mlecima V. p. 197—9. i u bečkom tajnom arkivu.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. II. 146—7.

181.

1243, mjeseca oktobra. U Pečuhu.

Maha udovica župana Kleta sa svojim sinovima prodaje svoj posjed Oriovac u županiji požeškoj.

Farcasius prepositus Quinqueecclesiensis eiusdemque loci capitulum vniuersum omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino. Constituta in nostra presencia domina Macha vxor quondam Cleti comitis vnacum filiis suis, scilicet Ladislao, Philippo et Gregorio, protestata est prefatum virum suum donasse olim genero suo magistro Bencentio filio Vrbaz comitis medietatem predii sui, quod est in Posoga nomine Orywa, sed postea propter quartas filiarum Philippi comitis coactus eandem medietatem recepisse et dictis puellis contulisse sub tali condicione, quod ipse solueret prenominato Bencentio pro illa medietate centum marcas, sed priusquam predictum debitum exsoluisset, tam ipse quam dicte filie Philippi comitis a Tartaris superuenientibus interfecti

sunt, et sic predium illud ad filios sepedicti Cleti comitis deuolutum est. Unde placuit eisdem supradictam medietatem illius predii pro dictis centum marcis Bencentio restituere, aliam uero medietatem eidem vendere (pro) sexaginta marcis. Et illam quidem pecuniam totaliter in nostra presencia dictus Bencencius persoluit, dando quadraginta marcas Johachim comiti pro debito eorundem et viginti ipsis pueris, et sic predium illud totu(m ce)ssit Bencentio iure perp(et)uo possidendum. Vt igitur super hoc nulla in posterum hesitatio habeatur, nos ad peticionem prememorate domine et filiorum eius litteras presentes sigillo nostro insignitas dicto Bencentio in testimonium contulimus huius facti. Anno gracie M. CC. XLIII., mense octobris, Gurcone cantore, Theodoro custode, Stephano decano ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per ma(nus) magistri Thome lectoris Quinqueecclesiensis.

Iz izvorne potvrde kralja Bele od g. 1244. 21. marta u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.703. (stara signatura N. R. A. fasc. no. 11.)

Kukuljević: Reg. no. 446.

182.

1243, 3. novembra. U Dubrovniku.

Ustanovljuje se rok za plaću kneževu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense nouembri, tertio die intrante, indictione prima, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem iurati iudices, consiliarii de paruo et magno consilio et nos populus Ragusinus confitemur, quoniam comune nostre ciuitatis per sacramentum sancti euangelii, quod Pince noster iuratus riuarius iurauit super animas nostras et super animam suam: ad primum uenturum natiuitatis domini debet dare nobili uiro domino Johanni Michaeli comiti nostro libras septingentas uiginti denariorum paruorum uenetianorum, quas prenominatas libras ipse prenominatus dominus noster comes imprestauit comuni nostre ciuitati; et si ultra dictum terminum natiuitatis domini dominus noster comes uoluerit expectare dictas libras comuni Ragusii, erit in sua uoluntate, et ante predictum placamentum domini comitis sine uoluntate ipsius non dabitur alicui homini de facto salis comunis Ragusii. Si uero ultra dictum terminum natiuitatis domini comune Ragusii tenuerit predictas libras septingentas uiginti denariorum paruorum uenetianorum, inde in antea prenominate libre sint in pena de quinque in sex super ipsum comune

per annum, secundum quod dictum comune Ragusii tenuerit illas libras. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Clemens Sersii, Rosinus Goislaui, Calenda Cernehe, Johannes Peccurarii, Andreas Ranane iurati iudices Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii iuratus notarius per laudationem et consensum curie et populi Ragusini scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

183.

1243, 13. novembra. U Trogiru.

Knez Domaldo sklapa mir s Trogiranima.

In nomine domini nostri Ihesu Christi, anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, indictione secunda, mense novembris, die tercio decimo intrante. Temporibus domini Bele quarti serenissimi regis Hungarie, Stephani venerabilis archielecti Spalatensis, nobilis viri Bernardi potestatis eiusdem civitatis, Treguani venerabilis episcopi Traguriensis, Stepconis comitis, nobilis viri Dersemiri potestatis Traguriensis actum est hoc. Ego quidem Domaldus comes, una cum filio meo Slovina et Rogerio nepote profiteor et protestor, me sana et circumspecta voluntate cum communitate Traguriensi pro bono pacis et perpetue concordie convenisse in unum, dimissis et relaxatis omnibus questionibus et iniuriis seu offensionibus illatis per me vel per meos heredes eidem communitati, seu ab eadem communitate ingestis mihi, recipiens ab eis casamentum cum turri et cum omnibus pertinenciis et circumstanciis, quas intra muros civitatis Traguriensis habeo possessurus iuxta ipsius comunitatis promissum, ab utraque parte iuramentum immissum et firmatum, per me meosque heredes seu proheredes perpetua et pacifica possessione possidendi, donandi, vendendi et quidquid mihi vel meis heredibus ac proheredibus placeat faciendi. Confiteor nihilominus me ab eadem comunitate recepisse quingentas libras denariorum parvorum venetialium, pro quibus totam partem molendinorum de Pantano, que mihi contigerat, dimisi perpetuo possidendam, data eis libera potestate possidendi, donandi, vendendi et quidcquid eis exinde placuerit faciendi. Hec omnia supradicta firmata et statuta in presentia testium inferius legendorum. Itaque nullum scriptum nulleque litere contra hoc instrumentum apparentes admittantur, nec eis aliqua audientia in curia, vel

extra curiam aliquando tribuatur, que omnia in eodem loco a civibus astantibus constanter firmata sunt et per omnia approbata. Adiectum est autem in toto contractu, quod presens instrumentum per hyrographum precisum ab utraque partium possideatur. Actum est autem hoc in palatio monasterii sancti Johannis de Tragurio. Testes sunt dominus Rambaldus preceptor domus hospitalis per totam Hungariam,[1] Simon comes, magister Paulus canonicus de Agria, Nicolaus comes de Camarun, Marcus Fallic(anci)us[2], Grisogonus Dimitri, Vitus Leonardi omnes[3] cives Jaderenses, Petrus de Luca, Paulus Dragi Leonardi, Nicolaus Albertini et Marinus Rugae cives Tragurienses. Et ego Cumanus clericus comunitatis Spalatensis iuratus notarius, vocatus de Spalato, veni Tragurium rogatus ab utraque partium scripsi, et consueto roborationis signo compleui.

Bulletino 1902. p. 195—6.

Ova listina nije prije toga bila izdana u cijelosti. Lucić je za nju znao, te je u »Memorie di Traù« str. 47 u kratko spominje. Listina je u prijepisu napisana na prostoj karti u XVII. vijeku, a našla se je u ostavštini pok. Dragazza u Trogiru, a sada se čuva u obitelji Slade Šilović.

184.

1243, 28. novembra. U Rabu.

Poslanici mletački ugovaraju s Rabom, Krkom i Osorom.

Anno dominicae incarnationis 1243. indictione 2., mense novembris die 3. exeunte, Arbi. Temporibus equidem domini nostri Jacobi Teopoli, incliti ducis Venetorum, Dalmatiae atque Croaciae et Pauli venerabilis Arbensis episcopi, ac Rogerii Mauroceni egregii comitis. Cum dominus noster Jacobus Teopolus dei gratia Venetorum, Dalmatiae atque Croaciae dux, quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae dominator potentissimus, viros nobiles dominum Henricum Pasqualigum et dominum Marinum Superantium ambasciatores suos Arbum misisset super delegatione eis commissa, ab eis diligenter et benigne sic fuit processum, quod suprascripti ambasciatores cum viro nobili domino Rainerio Mauroceno comite dictae civitatis Arbi et cum beneplacito et voluntate eiusdem terrae communitatis, suprascriptus dominus comes cum tota communitate suprascriptae suae civitatis Arbi ad honorem suprascripti domini nostri ducis et totius communis Venetorum firmiter per sacramentum stipulando promisit: amodo usque ad tres annos proxime firmam et stabilem

[1] U Bullettinu ima očevidno pogrešno Hispaniam. [2] falieaus. [3] ohisec.

societatem habere et tenere cum omnibus hominibus, qui sunt ad praesens vel erunt in Jadra pro suprascripto domino nostro duce et comite venerabili et cum omnibus hominibus totius insulae Vegliensis et totius insulae Apsarensis. Et super his omnibus debeant habere et tenere usque ad dictum terminum suum rectorem illum, qui est vel erit sive fuerit per suprascriptum dominum ducem et commune Venetorum rector in Jadra. Et haec societas debet esse et tenere in hunc modum ita videlicet, quod amodo usque ad dictum terminum debent et tenentur sub debito iuramenti facere vivam guerram de sanguine et foco omnibus Kazaetis et de depraedatoribus maris et specialiter omnibus Jadertinis, qui sunt, vel extiterunt, vel amodo fuerunt rebelles contra honorem et voluntatem suprascripti domini nostri ducis et communis Venetorum, et omnibus hominibus et terris qui voluerint offendere vel offendent dictis communitatibus vel hominibus Venetorum in terra vel in mari. Praeterea quandocunque fuerit de voluntate rectoris Jadrae et per suum nuncium vel litteras suprascripto domino comiti et communi Arbi significaverit, ut cum suis lignis armatis debeant exire ad offendendum suos inimicos, vel ad praebendum sibi succursum cum trecentis hominibus, debent exire et eius mandatum facere et cum minori numero dictorum virorum si eis praeceperit. Et hoc totum debet et teneatur communitas Arbi observare sub poena M. M. (2000) librarum denariorum uenetorum parvulorum, medietas quarum, si mandatum suprascriptum non observaverit, fiat communi Venetorum et alia medietas fiat communitatibus quae mandatum adimpleverint. Item si infradictum terminum saepedictus dominus noster dux super his suas litteras vel nuncium Arbum transmiserit et aliud ordinamentum facere voluerit, per dictum sacramentum eius mandata adimplere bona fide et suo posse teneatur communitas Arbi. Acta sunt haec in communi curia Arbensi et ibi interfuerunt testes: Abundius Dabranze, Victor Esinne, Madius Tolchus, Madius Bartaldi, Duimus Diacobo, magister Dobre et alii quam plures.

Ego Vitalus subdiaconus etc. me subscribo.

Ego Lanfrancus Arbi notarius his interfui et de praecepto suprascriptorum dominorum comitis, iudicum et consilii et rogatu comitis hanc cartam, ut audivi et vidi, scripsi, complevi et roboravi.

Lucius De regno Dalm. et Cr. l. IV. c. 6. — Kukuljević Reg. no. 447.

185.

1243, 3. decembra. U Zvolenu.

Pismo Bele kralja ugarskoga i hrvatskoga u korist Trogirana proti Splječanima.

Bela (re d' Ongaria, Croatia etc.) alli fedeli cittadini suoi di Traù salute e gratia. Le offese e dispendii, che vi sono stati fatti, tanto più perturbano le nostre orecchie e feriscono l' animo, quanto per li felici successi vostri con tutto l' affetto si rallegriamo; per certo li meriti della fedeltà vostra raccomandatici per argomenti certi e comprobati con infallibil esperienza, ci fanno allegri delle prosperità vostre, e dolenti delli sinistri, che tal uolta accadono; perciò sicome dal tenore delle vostre lettere hora habbiamo saputo, ch' essendo insorti contro di voi li Spalatini nemicheuolmente; oltre le spoglie preseui, e ferite dateui; habbino presi molti de vostri iniquamente, li quali non hauete potuto liberar altrimente dal pericolo della morte, se prima non siano stati estorti alla communità vostra dalli Spalatini alcuni instrumenti in pregiuditio de priuilegii regali, poco tempo fà à voi solennemente concessi. Però essendo, che quelle cose, che per forza, ò per paura vengono fatte, non vagliono; massime doue vien tal paura, che caschi in huom costante, determiniamo, che li predetti instrumenti e le promesse cosi estorte, siano di niun valore. Volendo, che li priuilegii vostri restino salui e stabili in perpetuo, ne alcun pregiuditio ò grauame possi attribuirsi per tal estorsioni. In testimonio di che vi consignamo le presenti lettere sigillate con li nostri sigilli. Data in Zoln li 3. decembre.

Lucius Memorie di Traù p. 48. — Fejér VII. 4. p. 91—2. — Kukuljević Reg. no. 448.

186.

1243, 10. decembra. U Šibeniku.

Grgur sin župana Ilije daje svoju zemlju na obradjivanje Stanku Cernoti i nekim drugima.

In Christi nomine anno eiusdem natiuitatis MCCXLIII., indictione I., die decimo intrante mense decembris, temporibus Budisclaui comitis in Sibenicum, ac illustri et preclari iudicis Miche ciuis Spalatensis, in presencia testium inferius legendorum actum est hoc. C. Ego namque

Gregorius filius comitis Elye do terram meam ad plantandum ad quartum que iacet in Nautuuina iusta (!) Ciprianum filium Georgii ex una parte et ex altera iusta Michiellem (!) filium Dresini, uobis tribus uidelicet: Stancio filio Cernoti et Dragouanno fratri suo et tercio Uoinno filio Cer(n?)coi et recipio ab istis tribus septuaginta solidos unciarum paruolorum(!) et unum par subtellarium tali pacto, quod si ipsi aliquo tempore uoluerint uendere partem suam istius terre, pro quanto poterunt aliis uendere, mihi teneantur uendere uel heredibus meis uel parentibus meis. Huius autem rei hii sunt testes: Doimus filius Uulcine, Pribisius filius Cotegne, Micas filius Adami. (Ego) promitto defendere hanc cartam ab omni persona.

Ego Vulcina de Curtisia exsaminator (!) pono manum meam.

Ego Leonardus notarius Sibenici iuratus interfui et hanc cartam rogatus scripsi et roboraui.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplom. a. 1243. Kukuljević Reg. no. 431.

187.

1243. U Zagrebu

Kaptol zagrebački svjedoči o prodaji zemlje.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie universum omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris, quod accedens ad nostram presenciam ex una parte Michael comes frater Chocholt comitis et ex altera parte Gregorius filius Abramus, coram nobis viva voce proposuerunt, quod Michael comes emisset a Gregorio filio Abramus quandam terram empticiam in Velichate octo marcis argenti, et quod dictus Gregorius precium sue terre, quam vendidit, a comite Michaele pleniter accepisset, tali tamen condicione, quod quacumque die emergens causa Michaelem comitem super eadem terra inpeteret, terram illam Gregorius liberare teneretur; si vero terram illam ordine iudiciario perire contingeret, supradictus Gregorius pro illa terra tantam terram et tante qualitatis de sua terra hereditaria Michaeli comiti restitueret. Prima autem meta illius terre hec est scilicet Ocrog, que est inter metas Floriani et Salomonis et Gregorii, et inde descendit per unam parvam viam ad magnam viam crucis, et per eandem viam vadit versus meridiem et inde vergit ad locum qui dicitur Trebeneg laz, que laz pertinet ad ecclesiam sancti Petri et ibi finitur meta Salomonis; inde vadit versus

occidentem ad arborem fagi, que vulgo dicitur bichfa, in qua est vetus signum crucis; deinde tendit ad cerasum, in qua est signum crucis, deinde vero vadit ad locum qui dicitur Radislov laz; et exinde ad arborem platani, que vulgo dicitur jawor, super qua est signum crucis, deinde tendit ad arborem fagi super quam etiam est signum crucis, et ibi silva pertinet Michaeli comiti, plana autem terra Cupizlao iobagioni Gregorii, et inde vadit ad arborem nir; deinde versus occidentem vergit ad rivulum Laste, et rivulus ille cadit ad Velicam; et deinde exiens vadit Cupan laz; et postea ascendit ad montem versus orientem ad frutectum auellane; et inde revertitur ad priorem metam, scilicet Ocrog. Nos igitur ad peticionem utriusque partis in testimonium huius rei presentes litteras conscribi fecimus, et sigilli nostri caractere confirmavimus. Anno gracie M. CC. XL. tercio. Existente venerabili Zagrabiensi episcopo S(tephano), Fila preposito, Petro cantore, Barano lectore, Gregorio custode, Cornelio decano et ceteris fratribus eiusdem loci.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 259. (Stara sig. N. R. A. fasc. 603. no. 23.) Listina je parikle, osim toga visi prilično dobro sačuvani pečat kaptola (ovalan) na svilenoj vrvci ljubičaste i narančaste boje.

Wenzel: Cod. dipl. Arpad. contin. VII. p. 148—149. — Kukuljević: Reg. no. 452.

188.

1243. U Dubrovniku.

Ivan Michieli knez dubrovački obećaje Stjepanu Urošu kralju srpskomu, da ne će dozvoliti, da udovica kralja Vladislava šalje pisma ili glasnike u njegove oblasti.

† Вь имѣ ѡтьца и сина и светаго дꙋха аминь. Азь Жань Михоиль кнезь дꙋбровьчьки сь болꙗрими дꙋбровьчькими тебе велиемꙋ кралꙋ рашькомꙋ и поморьскомꙋ Стефанꙋ Ѹрѡшꙋ, ꙋ господина бога вьсѣдерьжитела и ꙋ пречистꙋ юго матерь дѣвию Марию и ꙋ честьни животворещи крьсть господнь и ꙋ света божиа еваньгелиꙗ и ꙋ .Д, (4) еваньгелисте кльнемо сѣ, ꙗкоре ни сь нашемь светомь ни сь нашемь вѣдениемь кралица Владиславьла иcь нашега града ни по морѣ ни по сꙋсѣ ни ꙋ Босьнѣ да не пошлѣ ни книга ни слѣ на твою зло. А сѣ чинимо сь хтениемь твога сла Юрько и с нашемь хьтениемь. Акѣ ли сѣ

пристѹпимо, да ни богь сепьнѣ и света богородица и чьстьни кърьсть и вьси свете божие.

† а б г д є ж ѕ з и і и і к л

Ova su pismena na polovici prerezana.

Original u c. k. tajnom arkivu u Beču.
Miklosich Mon. Serb. 30. br. 37. — Šafařik Památky jihosl. 16. — Kukuljević Reg. no. 445.

189.

1243. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka obećaje prijateljstvo kralju srpskomu Stjepanu Urošu.

Ego Johannes Michael comes Ragusii cum consiliariis et nobilibus et communi Ragusii iuramus tibi domino Stephano Vrosso regi, nostra uoluntate, mundo corde, recta fide, sine fraude, quod ab hodie in antea diebus nostris et tuis non diuise simus fideles et recti amici tui et quod uiuamus uobiscum in amore et pace, sicut uixerunt antecessores nostri et nos cum auo et patre uestro. Et quando placuerit tibi domino regi uel tuis hominibus uenire uel causas mittere in nostram ciuitatem, ciuitas nostra sit uobis aperta et stetis sani sine ulla molestia, sicut est antiqua consuetudo. Et si aliquis inimicus tuus ante te fugerit in nostram ciuitatem, recipiemus eum, sicut receperunt eum antecessores nostri, in consuetudine aui et patris tui, et nobiscum stando non noceat terre tue nullo modo. Et si nobiscum stando aliquando tibi nocuerit et manifeste illud ostensum fuerit, componat illud tibi, quod nocuerit; quod si non reddiderit, nos ligatum ipsum tibi dabimus; quod si ipsum tibi non dederimus, cum nostro habere illud dampnum componemus. Et tuus comerzarius stet in nostra ciuitate cum omni directura, donec tibi placuerit, sicut stetit diebus aui et patris tui, et si in alium locum illum posueris, nos non tenebimus tenere comerc(i)um. Et si aliquis homo tuus uel de regno tuo de quocunque iniusto coram nobis quesierit iustitiam, nos plenam sibi illam faciemus. Et si aliquid iniustum factum fuerit inter nos uel inter homines nostros, cum iustitia iustificetur. Et hec pax diebus nostris et tuis nullo modo per nullum factum soluatur. Et stanec sit inter nos a sancto Michaele usque ad sanctum Georgium, sicut fuit diebus aui tui et patris tui cum nostris antecessoribus et nobiscum in antiquo loco. Et iudices, cum insimul fuerint, iurabunt rectum iudicium iudicare, sicut est consuetudo iudicandi.

*

† Isti iurauerunt: prenominatus dominus comes Johannes Michael et Petrus Ballislaue, Bubanna (Petri), Grubessa Gundule, Velcius Bladimiri, Clemens Sersii, Theodorus Bodatie, Johannes Catharine, Petrus Srecce, Jacobus Negamiri Cerne, Symon Benesse, Calenda Lampino, Marinus Zuynice, Johannes Sersii, Bocinus Babalii, Nyciforus Srecce Peregrinus, Bogadanus Pigini, Jacobus Vulpicelle, Petrus Scaritii, Dobraslavus Rastii, Clemens Cernehe, Marinus Barbaro, Nicolis Pecinak, Teodorus Gisle, Teodorus Rasty, Cnege Goyislaus Crozii, Basilius Pasqua de Grade, Vitalis Stilu, Petrus Rossini, Andreas Paganes et D(e)odatus vicarius super animam suam et super animas comnnis Ragusii hoc affirmauit.

Original u c. kr. tajnom arkivu u Beču.

Ovjerovljen prijepis u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. XI. p. 329—30. (netočno). — Kukuljević Reg. no. 444.

190.

1243—1254. U Lyonu.

Inocencije IV. papa daje nalog generalu i provincijalima malobraćana glede nadzora obavljanja duhovničke službe u samostanima koludrica reda sv. Damjana.

(In)nocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis. . . . . . generali et . . . . . . prouintialibus ministris ordinis fratrum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Licet olim quibusdam . . . . . . literas formas dissimiles continentes quedam monialium ordinis sancti Damiani monasteria duxerimus commitenda, cupientes tamen ipsarum utilitatibus sic uestro mi . . . . prouideri, ne sancte contemplationis otim occursu occupationum multiplicum ualeat impediri, presentium auctoritate statuimus, ut dicte moniales uel alie, si quas . . . . ter sub quacumque forma committi contigerit, apostolice sedis indulgentia concessa uel concedenda in posterum non obstante, nisi expressam fecerint de presentibus mentionem . . . . m a uobis commissionis nostre beneficio consequantur, uidelicet, ut ipse sub magisterio et doctrina uestra et eorum qui pro tempore ministri fuerint, debeant permanere . . . . dentes priuilegiis, que uestro ordini sunt concessa uel in posterum concedentur. Et contraria constitutione ipsius ordinis non obstante animarum suarum solicitudinem ge . . . . curam ac eis de constitutionibus uestri ordinis, que ipsis conpetunt exhibentes eisdem

monasteriis per uos uel per alios fratres uestros, quos ad hoc idoneos uideritis, qu . . . . erit uisitationis offitium impendere studeatis, corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris, que correctionis seu reformationis offitium . . . . re instituatis nichilominus et destituatis, mutetis et ordinetis, prout secundum deum videritis expedire. Electio tamen abbatisse libere pertineat ad conuentum . . . . ministretis eis ecclesiastica sacramenta et ne pro eo, quod in eisdem monasteriis fratres uestri ordinis residere continue non tenentur pro de . . . . iminere ad confessiones earum in necessitatis articulo audiendas et ministranda sacramenta predicta necnon diuina offitia celebranda . . . . capellanos. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus omnia premissa iuxta constitutionis huius tenorem cum eas . . . . diligenter et solicite adimplere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni. IIII. idus ju . . . .

Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii siue literarum apostolicarum non uitiatarum, non cancellatarum nec abolitarum in aliqua sui parte, necnon munitarum bulla plumbea papali in filo ser . . . . ica çana et rubea, in qua bulla ex uno latere erant duo capita mediante cruce et hec litere supra ea S. PA. S. PE. et ex alio hec litere: Innocentius pp. IIII. Quarum literarum talis est tenor, *(Slijedi bula pape Inocenta IV. od g. 1243—54.)*

Ego Arnulfus Johannis Lamfranchini, inperiali auctoritate notarius, predictum priuilegii siue litterarum exemplum ex dictis litteris bullatis per infrascriptum notarium transsumptum in presentia discreti viri domini Leonardi, canonici Cesenati, vicarii venerabilis patris domini Octauiani, dei gratia Bononiensis episcopi, pro tribunali sedentis infrascriptis Johanne et Stephano notariis, una cum eisdem litteris diligenter et fideliter ascultaui et per ipsum cum eisdem litteris concordare inueni auct . . . . rant huic excemplo et insinuationi suam et episcopatus Bononiensis auctoritatem et decretum interponentis, vt huic exemplo adhibeatur plena fides publice me subscripsi . . . . domini millesimo ducentesimo nonagesimo, indictione tertia, die septimo octubris.

Ego Johannes magister Petri de Vuçola, imperiali auctoritate et nunc venerabilis patris domini Ottauiani, dei gratia Bononiensis episcopi notarius, predictum priuilegii siue litterarum exemplum ex . . . . bullatis per infrascriptum Stephanum notarium transumptum in presentia discreti viri domini Leonardi, canonici Cesenatis vicarii dicti patris pro

tribunali sedentis, vna cum suprascripto Arnulfo et Stephano infrascripto notariis ad easdem litteras diligenter et fideliter ascultaui et quia id cum eisdem litteris concordare inueni, auctoritate dicti domini . . . . . . exemplo et insinuationi suam et episcopatus Bononiensis auctoritatem et decretum interponentis, vt huic exemplo adhibeatur plena fides, me subscripsi, sub anno . . . . . millesimo ducentesimo nonagesimo, indictione III., die septimo octobris.

Et ego Stephanus Amati ciuis Bononiensis imperiali auctoritate notarius, predictum priuilegii siue literarum exemplum ex dictis originalibus literis b . . . . domini Leonardi, vicarii dicti domini Bononiensis episcopi generalis, exemplaui fideliter atque sumpsi et ipsum ad easdem literas in ipsius domini vicarii presentia . . . . sedentis et huic exemplo et insinuationi suam et episcopatus Bononiensi auctoritatem et decretum interponentis una cum suprascriptis Arnulfo et Johanne . . . . fideliter ascultaui et quia ipsum cum eisdem literis concordare inueni auctoritate prefati domini vicarii ut huic exemplo adhibeatur de . . . . publice me subscripsi. Actum Bononie, in palacio episcopali iuridico, presentibus Joahimo Jacobini Papaçonis de sancto Georgio, Bartholomeo Al . . . . dicti patris et aliis pluribus testibus uocatis et rogatis, sub anno a natiuitate domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo nonagesimo, indictione tertia m . . . .

Prijepis iz g. 1290., 7. oktobra na pergameni u gubernijalnom arkivu u Zadru odio samostana sv. Nikole br. 78. Listina je na oba ruba jako oštećena.

191.

1244, mjeseca januara. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečujskim prodaje Aleksije od plemena Vya trećinu zemlje Holmes (Hum?) Fili prepositu zagrebačkomu.

Farcasius prepositus Quinqueecclesiensis totumque eiusdem loci capitulum omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino. Constitutus in nostra presencia Alęxius filius Petri de genere Vya confessus est, se terciam partem terre sue nomine Holmos cum tercia parte silue vsque aquam Coscha Phileto preposito Zagrabiensi, Petro, Thome fratribus dicti prepositi ex parte terre ipsorum pro decem marcis argenti vendidisse et precium totaliter recepisse. Ne uero super hoc dubitetur, nos ad peticionem dicti Alexii supradictis fratribus

presens scriptum contulimus sigillo nostro munitum. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mense ianuario, Julone cantore, Theodore custode, Stephano decano caeterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus Thome magistri lectoris Quinqueecclescensis.

Iz prijepisa kaptola pečuvskoga od 1356. 10. oktobra čuvana u kopiji XVII. vijeka u kr. ug. arkivu u Budimu M. O. D. L. no. 1875. (Stara sign. N. R. A. fasc. 575. no. 10.)

Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. XI. p. 337. — Kukuljević Reg. no. 474. i 479. u no. 474. veli Kukuljević, da se nalazi prijepis u ark. zem. u Zagrebu u skupini: Mixta.

192.

1244, 5. februara. U Rimu (Lateranu).

Indulgencija pape Inocencija IV. Dominikancima.

. . . . episcopo quondam Bosnensi magistro et fratribus ordinis Predicatorum. Odore suavi ordinis vestri continue recreati eum non immerito favore speciali prosequimur et ipsius exaltationem plenis desideriis affectamus, quietem ei et alia diligenti procurare solertia intendentes, per quem semper optatum auctore domino suscipere valeat incrementum. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus annuentes, ut tu frater episcope ac magister tuique successores fratres tui ordinis, qui ad predicandum crucem vel inquirendum contra pravitatem hereticam sunt vel fuerint ubicumque a sede apostolica deputati, removere seu revocare penitus transfere ipsisque, quod supersedeant, iniungere aliosque substituere cum expedire videritis, licite ac libere valeatis, et in eos, si convenerit, censuram ecclesiasticam exercere, at quilibet prior provincialis eiusdem ordinis id ipsum in sua provincia circa fratres ipsius ordinis quibus in illa similia contingit ab eadem sede commiti, facere possit auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Datum Laterani nonis februarii pontificatus nostri anno primo.

Original u vatikanskom arkivu.

Innoc. IV. An. I. ep. 448. Reg. vat. N. 21. fol. 75. v. — Ripolli: Bullarium praedicat. I. no. 45. — Potthast: Reg. pont. 11.245.

193.

1244, 23. februara.

Bela kralj ugarski i hrvatski piše Trogiranima, da dolazi u primorje, neka mu priprave ladje.

Bela (rè d'Ongaria, Croatia e Dalmatia) alli fedeli suoi giudici e communità di Traù salute e piena gratia. Ringratiamo molto à tutti li fedeli seruitii, che sempre ci hauete fatti e incessantemente continuate fare; perciò siate certi e sicuri, che vogliamo amarui con perpetua gratia e fauore; e perche habbiamo ad accostarsi alle parti maritime, ricerchiamo le fedeltà vostre, che vi apparecchiate sollecitamente e teniate pronti li vostri vasselli alli seruitii nostri; come non ricercati s(i)ete stati soliti di fare, per il che vogliamo amarui sempre e fauorire. Data nel ottaua delle ceneri.

Lucius Mem. di Traù. p. 63. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 4 p. 95.

194.

1244, 1. marta. U Rimu.

Inocencije IV. papa šalje svoga legata u hrvatske zemlje.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis, prioribus, decanis archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis per Sclavoniam, Dalmatiam et Istriam constitutis. Sicut placuit pie memorie Gregorio pape predecessori nostro, placet et nobis, quod venerabilis frater noster (Marcellinus) Aretinus episcopus pro ecclesie romane negotijs in Anconitana marchia commoretur. Quare idem predecessor vobis fratres archiepiscopi et episcopi ac dilecti filii prelati Sclavonie et Dalmatie suis litteris, quarum tenorem sub sigillo venerabilis fratris nostri . . Ostiensis episcopi prospeximus, contineri districte precepit, quod eidem episcopo in procurationibus subvenire congrue curaretis. Nos itaque volentes, quod dictus Aretinus episcopus huiusmodi adiutus auxiliis efficaciter intendere valeat prefatis negotijs procurandis, ac etiam ut in hijs vobiscum Istrie prelati contribuant. Universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus eidem iuxta mandatum eiusdem predecessoris subventionem congruam impen-

datis. Alioquin sententiam, quam ipse propter hec tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satis(factionem) condicion . . . inviolabiliter observari. Datum Laterani kalendis martij, pontificatus nostri anno primo.

Original u vatikanskom arkivu u Rimu. — Innoc. IV. An. I. ep. 502. Reg. Vat. No. 21. fol. 81.

195.

1244, 14. marta. U Aquapendentu.

Fridrik II. car rimski traži od Omišana, da naknade štetu što je učiniše njegovim podanicima u Apuliji.

Fr(idericus) dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex vniuersis hominibus Dalmasii fidelibus suis graciam suam et bonam uoluntatem. Ex his que ad audienciam nostram de Apulie partibus fidelis relacio pertulit de uobis ad nos, turbacionis occassio(!) cum admiracione peruenit, dum pro fructibus deuotionis et fidei, quam maiestati nostre debetis, aborsum opinionis bone, quam dudum de uobis conceperamus, offertis. Cum enim ex receptis a nobis humanitatis exemplis et uestrorum obsidum dationem fideles nostri de regno fidem a uobis plene ac debite securitatis expectent, nonnulli ex uobis sub uelamento fidelium per Apulie maritimam discurrentes piraticam in regnicolas fideles nostros exercent, et quo magis mouemur et dignius, vascella specialiter nauigancia cum rebus nostris offendunt, mutatis in hiis victricium aquilarum nostrarum insigniis, ut nauigantes intrepide dolosas ipsorum insidias non euitent. Cum igitur, sicut pro certo tenemus, committi predicta non ualeant, quin ipsis cogniuencia uestra uel consensus accedat, deuotioni uestre mandamus, quatinus infra II menses a recepcione presencium numerandos dampna quoque, que Vgo de Lilla magister procurator curie in Apulia fidelis noster per litteras suas uobis ascribet, nobis et regnicolis fidelibus nostris illata, faciatis cum omni integritate restitui. Sciatis, quod si presenti mandato nostro non fuerit a uobis debita satisfactione prouisum, fidelibus nostris et nobis digne mandabimus fore cautum. Datum in Aquapendente XIIII. marcii, II. indiccionis.

Original u bečkom tajnom arkivu. — S nekim pogrješkama: Ljubić List. I. 64. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. Vol. XI. 333—4. — Kukuljevic Reg. no. 453.

196.

1244, 21. marta. U Gjuru.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje prodaju Kletova posjeda Orijovca u županiji požeškoj.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chorvacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in vero salutari. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod dilectus ac fidelis noster Bencentius comes Strigoniensis ad nostram accedens presenciam litteras capituli Quinqueecclesiensis, quarum tenor in sequentibus clare patet, nobis demonstrauit, quod medietatem terre Orywa uocabulo que est in Posoga a domina relicta Cleti quondam comitis socru sua et filiis suis Ladislao scilicet, Philippo et Gregorio pro sexaginta marcis iusto emptionis modo comparasset, que utique terra Philippo comite decedente sine liberis quamquam ad nostras manus iuxta approbatam regni nostri consuetudinem deuolui debuisset, nos tamen ipsam cum ceteris possessionibus suis fratri suo prememorato Cleto comiti ob recompensationem multiplicium seruiciorum suorum, que nobis exhibuerat, de regia liberalitate duxeramus conferendam, cuius eciam terre medietatem idem comes Cletus genero suo prefato comiti Bencentio ad nostram requisicionem et dileccionis ipsi intuitu iam dudum condonarat pacifice possidendam. Qualiter autem vendicionis pariter et donacionis series in litteris memorati capituli continetur, tenorem earundem hiis duximus plenius adnotandum, qui talis est:

(Slijedi listina pečujskoga kaptola od g. 1243. mjeseca oktobra.)

Nos itaque prescriptam vendicionem simulque donacionem de nostra consciencia sibi factam per singula approbantes, sepedictam terram Orywa cum suis pertinenciis iamdicto comiti Bencentio presenti priuilegio duximus confirmandam suisque successoribus iure perpetuo possidendam. Datum Jaurini anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, XII. kalendas aprilis, regni autem nostri anno nono.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.703. (Stara sign. N. R. A. fasc. 1501. No. 11.)

Na listini visi crvenkasta svilena vrvca bez pečata.

Na hrptu bilješka XIV. vijeka »Super possessione Orywa in comitatu de Pasaga«.

Kukuljević Borba Hrvata s Mongoli i Tatari 80—81. — Kukuljević Reg. br. 446 i 480.

197.

1244, 25. marta. U Rimu.

Inocencije IV. papa nalaže opatu sv. Damjana, da provede istragu radi nasilja, učinjenoga po nekim Zadranima samostanu sv. Nikole u Zadru.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio . . . abbati sancti Damiani de Piscimagno Jadrensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Significauerunt nobis abbatissa et conuentus sancti Nicolai Jadrensis, quod Pasqua et Vidotus Varicasce et Bedrius Jurise, laicorum filii, Andreas de Balba, nepos eiusdem Andree, Manis de Arbosa, Damianus de Cigaco et Jacobus Nicolai de Scomb, ciues Jadrenses, associatis sibi nonnullis iniquitatis filiis conciuibus suis, nobilis viri comitis Jadrensis Fulci fauore ad monasterium ipsum armata manu hostiliter accedentes, fractis ostiis domorum eiusdem monasterii, quandam quantitatem bladi earum ibidem inuentam secum exinde nequiter asportarunt, alias eis dampna grauia irrogando. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis qui fuerint euocandi et auditis hincinde propositi, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas faciens, quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari in prouiso, ne in terram dicti . . . . et vniuersitatem Jadrensem excommunicationis uel interdicti sententiam proferas, nisi a nobis super hoc mandatum receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante conpellas ueritati testimonium perhibere. Datum Laterani VIII. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Original u arkivu gubern. u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 5. Listina ponešto oštećena, pečat manjka.

198.

1244, 25. marta. U Rimu.

Inocencije IV. papa nalaže, da se povede istraga radi nasilja učinjenih samostanu sv. Nikole.

Innocentius episcopus servus seruorum dei . . . . . . Paschignan Jadrensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Conqueste

sunt . . . . conuentus monasterii sancti Nicolai Jadrensis ordinis sancte Clare . . . . . quibusdam instrumentis publicis ad dictum monasterium . . . . (Id)eoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus . . . . remota debito fine decidas faciens, quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Laterani VIII. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 6. — Listina je oštećena, pečat manjka.

199.

1244, 30. marta.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje povlastice gradu i otoku Pagu.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore. Grata fidelitatis obsequia, que virtutum obtinent prerogatiuam, quanto exhibentur, tanto magis premiis gracioribus sunt prosequenda; et ipsa specialiter, que regibus et principibus impenduntur speciali debent recompensari fauore, ut affectus et feruor obsequencium oportunum continue suscipiat incrementum. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum innumerabilis multitudo rabide gentis Tartarice propter humani generis sordidorum scelerum commissiones ex affluenti indignacione terrestrium machinarum et omnium conditoris per climata regni nostri affligendo seuere prefusa fuisset et nos una cum fidis primatibus ipsius regni nostri atque nobilibus extra ipsam nostram monarchiam vsque ad littora pontus dire persequendo ad quandam insulam maritimam potenter impulendo coercissent, de qua vi extrahere satagendo per naufragium in nos irruere connassent; vbi in conflictu certaminis inter nostrates et ipsos vltores inimicos diucius seruato nostrorum funera corruencium more Rachelis iugule plangebamus; pater tandem ineffabilium misericordiarum et pie consolacionis exercituumque dominus, qui cunctos in se sperantes eciam tempore elisionis non desinit opitulando subleuare, iam nobis precipitatis sue dextere virtutem porrigere dignatus est, quoniam ad refulcendum nos et corroborandum ex vndique affluente nacionum diversarum gente

nostre persone saluberrima pro tutella ad nos confluere dignatus est, inter quorum cunctos viri sagaces omni fidelitatis nitore et probitatis decore fecundi fideles nostri Pagensis ciuitatis et insule ciues ac incole inter ceteros nonnullos insularum habitaculo congaudentes armis bellicis premunitti et audacia virili suffulti in eorum nauibus ipsos vtpota hostes iam celerrime versus nos nostram in offensam equoris per ampnem natantes nostro in aspectu vallantes aggrederunt, eosdemque crebrarum telarum missionibus feriendo ac lancearum et aliorum instrumentorum ad id aptorum generibus ictibus sauciendo insule ab introitu opprimendo compescere fecerunt, et sic strage necis fere omnibus domolitis atque suffocatis pristine saluti et libertati ex ipsorum merito laudis preconio attolendis gestis felici victoria gaudentes diuinitus sumus restituti. In quo certaminis prelio multi ex ipsis nostris fidelibus corruere, alii vero stigmata letalia et grauia sustulere pro nostri honoris exaltacione soliique regalis iam precipiti subleuando sane prohibente. Porro donec in ipsa insula profugi moraremur, iidem nostri fideles Pagenses ciuitatis et insule vniuersalis communitas, non coacti, sed gratanter et letanter cuncta eorum bona porro donaria varia et victualia copiosamque frequenciam ministracionum, insuper et non modicam quantitatem thesauri ac pecunie pro acquirendis stipendariis armigeris expedicionibusque ceteris iuxta commodum et honorem nostre celsitudinis nobis offerre studuerunt. Quorum laudabilium obsequiorum eorum ob merita volentes ipsos regalis doni patrocinio clementer intueri, ipsam ciuitatem et insulam Pagi vocatam totalem ac integram, ac sine excepcione et interuallo qualicunque sub terminis et confinibus, quos mare vallans conclusiue giro suo ambit et concludit cum vniuersis suis vtilitatibus et pertinentiis prenominatis ciuibus Pagensis ciuitatis et eorum vniuersitati ipsorumue heredibus et posteritatum cunctis successoribus de beneplacito serenissime domine Marie consortis nostre charissime, nec non prelatorum et banorum nostrorum consilio prematuro dedimus et donauimus, imo damus, donamus et in sempiternum conferimus possidendam, tenendam atque habendam, ita et tali modo, vt in eadem et de eisdem frui et gaudere eo iure, modo et ordine, ac omnibus illis vigoribus et nobilium libertatum prerogatiuis ac honoribus et graciis specialibus atque solempnibus debeant atque possint, quibus ab antiquo tempore potiti sunt, et prout ceteri vrbani sincero nobilitatis titulo in vrbibus liberis atque nobilibus nostris, videlicet in ipso regno nostro Dalmacie existentibus frui et gaudere perhibentur; ipsaque vrbs Pagi vocata ac ciues et habitores eius hinc iugiter et in sempiternum sint et esse debeant solummodo regalis celsitudinis iurisdiccioni et serenitati speciali et nemini alteri pertinentes, obedientes et subiecti; nec per nos aut quoscunque successores

reges Hungarie cuipiam seu quibuscunque arendari, donari, obligari seu aliqualiter in perpetuam hereditatem donari et ascribi vel pro honore temporali tradi seu dicioni quorumcunque subjici et a iurisdiccione regali possint alienari; procunctorumque et singulorum et his scriptis contentorum inuiolabili obseruacione vniuersos nostros successores reges Hungarie sub diuine maiestatis obediencia et benediccione in virtuteque parentali eiusque honoris adempcione obsecramus, ne in aliquo eorum articulo pusilo vel maiori contemnerentur, preuaricarentur vel ad instanciam quorumcunque incassum aut frustra redigerentur; quin imo firma atque rata cunctis temporibus futuris pariter et non transgressa obseruentur. Vt igitur hec nostra donacio et liberalitatum atque graciarum prescriptarum prerogatiua robur sibi semper obtineat firmitatis, presentes litteras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Smaragdi Albensis preposito aule nostre vice cancellarii, anno dominice inearnacionis M°CC°XLIIII., tertio kalendas aprilis, regni autem nostri anno nono.

Ego Johannes Jadrulich quondam domini Johannis Francisci publicus imp. auctoritate notarius Paghensis magnificaeque communitatis juratus praemissum privilegium cum omnibus supra contentis et authentico in membrana cum sigillo pendente in capsa sanetuarii dictae communitatis existente fideliter exemplavi, me subscripti, et apposui signum mei tabellionatus solitum et consuetum in praemissorum fidem etc. ac sigillo magnificae communitatis Paghi communicaui et sigillaui.

† Ed io Cristoforo Billini di v. a. nod. pub. di Pago giurato, ho copiato dal sopraemanato carattere, e copia del signor Zuanne Giadruleo olim nod. a me ben noto il suo carattere dalla cognicione de suo protocollo notariale al quale etc., e però in fede di verità di mia mano affermato, e col sigillo solito mio notariale roborato, e riconfermato col sigillo della magnifica communita.

Očit falzifikat negdje iz XV. vijeka, kad su Pažani nastojali, da se oslobode Zadra.

Ovu povelju prepisao je Wenzel s ovjerovljene kopije u gradu Pagu g. 1843. Ovjerovljenje latinsko i talijansko ali bez datuma donosi Ruich Riflessioni sull' isola di Pago I. 129—132. i II. 48—50. — Kukuljević Borba Hrvata s Mongoli i Tatari 81—83. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. II. 149—151. — Kukuljević Reg. no. 454.

200.

1244, 14. aprila U Dubrovniku.

Radi se o prodaji žita.

† Anno incarnationis domini ducentesimo quadragesimo quarto, mensis aprilis quarto decimo die, Ragusii, in presentia comitis et iudicum, comunis Ragusii et coram uobis subscriptis testibus. Ego quidem Radde cu . . . . . otius frumenti, quod prenominatus dominus comes et comune Ragusii intromiserunt . . . . prenominatus Radde coram prenominato domino comite et comuni Ragusii . . . . ouem et dimidium factis omnibus expensis inde de toto prenominata medietate . . . . ego predictus Radde accepi a domino comite et comuni Ragusii, facio perpetuam securitatem et aut . . . . . domino comiti et comuni Ragusii in de e . . . . alitate dicti frumenti in perpetuum . . . . . auem qui . . . . de hac autem securitate es . . . . . (dictam cartam) . . . . Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule, Michael Pezane, Teodorus Bodatie, Dobraslaus Hranane et Johanne Pecurarii iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu od vlage djelomice uništen. (Zbirka saec. XIII.)

201.

1244, 21. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje knezu Janku sinu Izakovu, posjed Slanje i Vrbovec, kojim ga je obdario njegov brat Koloman.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Amen. Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex in perpetuum. Cum regum omnium potencia in sola suorum fidelitate consistat, cumque fidelitas ipsa uirtutes alias politicas antecellens, quanto rarior reperitur, tanto carior sit habenda. In partem regie prudencie accedit, ut hii, quorum opera singulari quodam probitatis titulo commendari merentur, tanto ampliori sint gracia et munere prose-

quendi, quatenus differencius pre ceteris sua eis merita suffragantur, ut cum premiorum percepcione prospexerint, ac secundis de uirtute crescere studeant in uirtutem, alii quoque nichilominus eorum exemplo inuitati ad probitatis studia forcius accendantur. Hac itaque consideracione inducti, ad vniuersorum presencium posterorumque noticiam harum serie volumus peruenire: quod cum comes Junk filius Jsaac karissimo fratri nostro Colomano felicis recordacionis regi et duci tocius Sclauonie a multis temporibus continuata fidelitate seruierit, cuius seruicium in oculis eius tamquam beneplacens enituit, et presertim prout nobis satis patuit euidenter, cum ipsum strenuum et officiosum circa eius seruicia teneremus. Idem felicis memorie rex terram regalem nomine Zlonyn et Worbouch in Sclauonia habitam, a castro Crisiensi exemptam, sibi et suis fratribus contulerat habendam, tenendam et perpetuo possidendam, proponens eciam in maioribus sibi ob sue fidelitatis merita prouidere, liberaliter et libenter, qui eciam suum propositum, quod erat merito laude dignum, iam nunc ad effectum, prout firmiter credimus, complecius perduxisset, si rex celestis iuxta benignitatem omnipotencie sue usque ad hec tempora uitam sibi comitem annuisset; sed quia transtulit eum ab humanis rebus ad habitaculum sanctum suum, nos qui uiuimus, utinam in benediccionibus dulcedinis pium eiusdem pie mememorie ceptum opus sic effectu mancipante duximus prosequendum, ut quod sibi per eundem laudabilem uitam ellatum fuerat, maioris perfeccionis robore fulciremus. Cum igitur idem comes Junk, non solum carissimo fratri nostro, lucide memorie regi, uerum etiam post ipsius decessum nostris et karissime consortis nostre seruiciis se exponens, grata semper fidelitatis impenderit obsequia, que regie munificencie decus merito requirebant, nos in supplementum donacionis facte per ipsum dictam terram Zlonyn et Worbouch uocatam, a quolibet castro exemptam, sibi et per eum fratribus suis et heredibus eorum heredumque successoribus cum suis pertinenciis regia auctoritate confirmamus: et ut maius robur ipsa donacio sorciatur, tandem eciam tamquam per nos directe factam, insuper innouamus et intencionem felicis memorie Colomani regis ab ipso prosequi cupientes in maioribus eciam eandem proponimus prouidere. Mete autem terre predicte, prout ex relacione fidelis nostri magistri Acus, plebani de Pest capellani nostri, quem ad hoc specialiter destinaueramus, ueraciter didicimus, sic proceduntur: prima (meta) incipit ab occidente a fluio nomine Dulebzka in magna uia, et ibi sunt due mete terree, quarum una est iobagionum castri Crisiensis et altera comitis Junk, et per ipsam uiam uersus orientem in silua ligeth, in qua transit fluuium Zeminztrug; et in eadem uia transit unum riuulum paruum (et) peruenit ubi separat alia uia uersus aquilonem per metas et signa in arboribus continue

posita et per eandem uenit ad magnam uiam et fluuium Loky, quem transiens per pontem iuxta terram Gostoyg, ubi sunt mete terree; abhinc uadit per eandem uiam uersus orientem, ascendit monticulum et declinat in riuulum Zlonyn, quem transiens ad eiusdem partem ascendit alium monticulum, in eadem via magna declinat in fluuium Welica, quem transit et uadit in eadem via ad montem uersus orientem in silua et per planiciem uenit in fluuium Kamechnicha dictum et transit ipsum fluuium, per eandem viam declinat inferius in paludinem ac vnum lutum et peruenit in aquam nomine Chernech, ubi continetur terra episcopatus ecclesie Zagrabiensis; et per Chernech infraeundo in silua peruenit in aquam Glogoncha, per cuius cursum in longo spacio eundo peruenit in maiorem Glogoncha, per quam similiter in longo spacio eundo uenit ad arbores cruce signatas et salit iuxta metas ac signa, peruenit in aquam seu paludinem Medniche dicta(m), inde per metas et signa posita in arboribus per siluam uenit in aquam nomine Jazenouicha et Jazuina in dumibus uiminum et in paruo eundo uenit in aquam Wlchi et ibi sunt mete. Ab hinc superius per fluuium Pretoka in silua magna per metas et signa uenit in siluam nomine Chereth et cadit in aquam Lonya, per quam, superius relinquendo terram ecclesie Zagrabiensis, tenet uicinitatem terre Cruciferorum, peruenit iuxta terram subulcorum nostrorum de Lonya et uenit per metas et signa in paludine Dulebzka et per fluuium Dulebzka sursum in longo tenet continuo vicinitatem terre nominatorum subulcorum nostrorum de Lonya, uenit ad metas in Dulebzka, peruenit ad metas ubi sunt incepte. In signum igitur huius perpetue donacionis, prius per sepedictum illustris recordacionis uirum magnificum digne facte et per nos confirmate, nunc eciam per nostram collacionem alcius innouate, presentes in perpetuam huius rei memoriam litteras dari uolumus, caractere bulle nostre auree communitas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri magistri Benedicti, reuerendi archiepiscopi Colocensis, aule nostre cancellarii. Venerabili Stephano archiepiscopo Strigoniensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, (Lamberto) Agriensi, Blasio Chenadiensi, Stephano Zagrabriensi, Benedicto Jauriensi, Meymone Vachiensi episcopis; sede Wesprimiensi vacante, sede Transilvana vacante. Ladislao palatino et comite Simigiensi, Matheo magistro tavarnicorum nostrorum et comite Posoniensi, Dionisio bano tocius Sclauonie, Demetrio iudice aule nostre, Rolando magistro dapiferorum nostrorum, Mauricio magistro pincernarum nostrorum, Stephano magistro agazonum nostrorum ac ceteris magistratus et comitatus regni nostri tenentibus. Anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo

quadragesimo quarto, undecimo kalendas maii, regni autem nostri anno nono.

Original u arkivu nadbisk. zagr. Privilegialia. Na crveno-modroj svilenoj vrvci visi pečat. Listina nije pisana pismom diplomatskim, po čem se može sumnjati barem o originalnosti njezinoj.

Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 80—81. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. p. 333. donosi kratki regest. — Kukuljević Reg. no. 455.

202.

1244, 24. aprila. U Dubrovniku.

Ivan Donodeov i drugovi iz Termule bivaju namireni od Dubrovčana.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mensis aprilis septimo die exeunte, indictionis secunde, Ragusii, coram uobis subscriptis testibus. Ego quidem Johannes filius Donusdei da Sculano de Termulo confiteor, quoniam de tota compania et de omnibus rationibus, quas dictus pater meus Donusdeus, castelanus de Termulo, uel Asculanus filius Filippi Jussi et Johannes frater eiusdem Asculani habuerunt cum nauclerio Damiani et Blasio Cema de Ragusio et cum sociis eorum, ego per manus comunis Ragusii ab ipsis predictis Raguseis in omnibus et per omnia et super omnia sum ad plenum pacatus et quitatus. Unde omnes prenominatos Raguseos et comune Ragusii de omnibus predictis companiis et rationibus dico et clamo et facio illos securos, quitos, scapulos et sine aliqua querimonia in perpetuum. Et si prenominati pater meus, uel Asculanus, uel Johannes frater eius, uel alii aliqui, pro ipsis de omnibus predictis companiis uel rationibus aliquis calumpniauerit, uel aliquid quesierit super dictos homines Ragusii uel super comune Ragusii uel super aliquem alium hominem Ragusii, ego super me et super omnia bona mea que habeo uel que habiturus sum, emendabo eis dampnum inde factum et insuper ero in pena unius libre de auro, ita quod dimidiam libram dabo alteri parti. Et etiam si Dabranna de Lampridio de Ragusio uel alii pro ipso cum carta comunis Ragusii uenerint ad Termulum ad querendum iustitiam de libris duabus de denariis grossis et de quinque augustalibus et de triginta tribus salmis de frumento, quas predictus nauclerius Damianus cum sociis suis recomendauerant predicto patri meo, ego sub pena unius libre de auro teneor eis inde rationem facere. Si autem inde ratio eis non fuerit facta, emendabo eis dampnum et pro pena dabo curie dimidiam libram de

auro et aliam dimidiam libram auri dabo alteri parti. Et hanc securitatem et obligationem ego prenominatus Johannes filius Donusdei confirmo per fidem sacramenti, ut predicto ordine sit firma. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Clemens Sersii, Johannes Pecurarius iurati iudices Ragusii, Petrus de Ballislaua, Bubana Petri, Grubessa Gundule, Cerne Vitane, Theodorus Bodatie, Pancrantius de Stepi, Aco Vulpe de Firmo, Pascalis Mathei Caualli de Ancona, Jacobus de Pacifica de Ancona, Pascalis Jordani de Uesto, Mazuranus nepos Dactuli de Uesto, Ursus de Mazolo et Vincentius Maraldi de Uesto. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.).

203.

1244, 8. maja. U Virovitici.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje privilegija Vukovaru dana mu od njegova brata Kolomana.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque rex. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in vero salutari. Ad universorum notitiam tam presencium quam futurorum volumus perveniri: quod cum privilegium charissimi fratris nostri regis Colomanni, ducis totius Sclavonie, felicis memorie, per hospites in suburbio castri Walkow commorantes nobis super libertate ipsorum concessum fuisset oblatum, nos illud legitime concessum ratum habentes et firmum, de verbo ad verbum iis duximus inserendum, cuius tenor talis est *(Slijedi listina od god. 1231. Vol. III. pg. 346—347., br. 304. ovoga zbornika.)* Verum cum comes et iobagyones de Walkow multa impedimenta et controversias super eadem terra Harsan facerent hospitibus antedictis, nobis humiliter supplicarunt, quod eis de eadem terra certis metis separationem faceremus assignari, ut possent molestias et rixas effugere comitis et iobbagyonum antedictorum. Nos autem faventes ipsorum peticioni in hac parte de consensu comitis et iobbagyonum castri Walkow de terra eadem eis assignari fecimus sub iis metis: eius prima meta incipiens per quamdam lu . . . m viam, que habet hortum secus vineam Simonis maioris exercitus et descendit usque villam quae dicitur Vichidol et reflectitur ad villam,

que vocatur Szel-Mesco protensa usque ad metas terre Michaelis iobbagyonis castri; deinde ad metas Cosme et sic dicte terre metatio terminatur. Ut autem huius nostre concessionis series confirmationis salva semper et inconcussa permaneat, nec possit processu temporis ab aliquo retractari, presentes litteras dupplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Verӧcze anno ab incarnatione domini MCCXLIV. octavo idus maii, regni autem nostri anno IX.

Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 1. p. 315—316.: »E collectione diplomatica L. B. Aloysii Mednyánszky.« Ova se zbirka nije pronašla, premda su pregledani svi spisi istoga u narodnom muzeju u Budimpešti; u diplomatoru Med., što ga drugdje citiramo, nema ove listine.

204.

1244, 21. maja. U Justiniani.

Radi se o dugu nekoga Dubrovčana.

(Signum notarii.) In nomine domini dei eterni. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, indictione secunda, die undecimo exeunte mense madio, actum Justiniane in camera comunis, presentibus facimus notum Ambrosianus Littofredo de Musella et alii. Hoc est exemplum unius instrumenti, quod confecimus cartam manu cuiusdam Wilielmi ordinarii iudicis et notarii, quod exemplatum est sub consulatu dominorum Engelperti de Sabino, Wcii gastaldionis et Prodenzani de Quirina consulis Justiniane, que sic est. In nomine domini anno natiuitatis eiusdem millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, die quinto exeunte iunio, indictione prima. Vitalis de Sefia de Ragusio renuntians exceptionem non accepte et non consignate sibi pecunie, tempore huius contractus manifestauisse accepisse tantam pecuniam a Bonifacio sartore de Justiniana pro eius utilibus et mercatoribus faciendis, pro qua conuenit et per stipulationem promissit ei dare et soluere, uel eius certo nuntio habenti hanc cartam in hac muduus(!) in reditu primi eius uiatici, quod nuper fecerit extra Uenetiam infra octauum diem, postquam portum cepit cum lanzone suo et sui soceris et rogatorum in terra, qua portum ceperit discaricandi, libras sexaginta et dimidiam denariorum uenetorum (solvat), quod si non fecerit penam du(cat?)orum trium ipsius quantitatis ei stipulanti daturum se promisit, rata forti stipulatione manente, et insuper omnia damna et dispendia inde post ipsum terminum facta integrum restituere et pro his omnibus obseruandis, ut superius

declaratum, obligauit ei omnia sua bona pignori ubique habita et habenda tali modo, quod ubicunque ea inuenerit, tam in pena dampnisque et dispendio, quam de sorte suprascripta possit ea intromittere, conuenire et habere sine contraditione ipsius uel alicuius persone et absque sacramento faciendo, saluo eo, quod dicta pecunia seu illud quod inde emptum fuerit uel comutatum, in eundo et redeundo ire et reportari debet ad resignationem et periculum maris et gentis ad refactum ipsius Bonifacii, excepto periculo Sclauorum, quod si periculum Sclauorum clarefactum interuenerit, nichilominus eas Vitalis teneatur sibi soluere, ut dictum, renuntians super hoc omni iuri et rationi, quo posset se tueri contra predictum. Actum Riuoalto Uenetie presentibus et rogatis testibus Al(meri)co notario de Vincentia, Adam Grosso de Uenetia et Vitali Paduano habitatore Ragusii.

(Signum notarii.)

Ego Johannes Lucrecius subscripsi absente . . . . . meo socio pro firmitate.

(Signum notarii.)

Ego Wilielmus ordinarius iudex et notarius domini Friderici dei gratia excellentissimi Romanorum imperatoris, hanc cartulam rogatus scripsi ac roboraui.

Ego Vecellus Justinianus et incliti domini Marchie notarius et comunis cancelarius de mandato dominorum in transumpto de Sabino Wcii gastaldionis et prodecani de Quirina consulis Justiniane, hoc exemplum instrumenti fideliter exemplaui, nihil de eo addens uel minuens preter litteram uel sillabam que cum ad negotium minime gerit, sed sicut in ea reperi et inueni, ita diligenter scripsi, exemplaui fideliter.

Prijepis u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

205.

1244, 15. juna. Na gradu Glažu.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Dioniziju banu za velike zasluge znatne posjede.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cuma-

nieque rex in perpetuum. Grandis eminencium virorum fidelitas grandem apud illustres et magnificos remuneracionis graciam promeretur et maxime cum eminencia eorum fidelitatis opera per quandam quasi violenciam requiruntur. Proinde ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod predilectus et fidelis noster Dyonisius banus et dux tocius Sclavonie a tenera adhuc etate nostre pariter et sua inserviens, fideliter regens et dirigens gressus suos de virtute multimoda fidelitatis multiplicium operum produxit in virtutes pro utilitate nostra et regni nostri, personam suam carissimam simul et res exponendo fideliter et viriliter dubiis eventibus et fortunis; propter que in magistrum agazonum meruerat prefici a nobis, amplius eciam preferendus. Et ut quedam de multis, tamquam in sue fidelitatis deliciis delectando nominetenus exprimat mens regalis; in conflictu generali, quod habuimus in Soyow cum gente pestifera Tartarorum, intuicione persone nostre sagax et strenuus extitit laudabiliter pugnando. Postmodum vero, cum ad partes maritimas vergeremus, nunquam se a nostra nostrorumque familiarium custodia elongavit, pervigil et intentus circa recuperacionem prosperitatum nostrarum, quas eo tempore a nobis subtraxerat manus dei. Et quia dulcissima fidelitatis eius obsequia eum ad alciores gradus nostre gracie merito extulerant, in banum et ducem tocius Sclavonie prefecimus eundem, ex cuius officii debito, sicut diversarum ducatus eiusdem parcium defensionibus eum fore intentissimum oportebat, sic per diversimoda prelia diversa in proprio corpore stigmata suscepit, vir strenuus, adprime dimicando, quorum cicatrices nunc et quoad vixerit in corpore suo portat. Specialiter autem, cum in prelio, quod habuit circa partes maritimas, traiectum fuerit guttur eius impetu iaculi balistalis, signum evidens, quod ibi latere non potest, evidenter predicat preconio laudis eius. In memoriam itaque multiplicium serviciorum eius, non tamen in plenam recompensacionem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in presenti, quam quod ab eo suscepimus indecidue fidelitatis ac eminencium serviciorum merita frequentata, quasdam possessiones Descyn sine herede defuncti, empticias et iusto alio titulo acquisitas, que secundum aprobatam regni nostri consuetudinem ad manus nostras fuerant devolute, videlicet Vrbona in Symigiensi et Horost in Crisiensi comitatibus existentes, prout ad ipsum Descynum pertinebant, hereditariis tamen possessionibus eiusdem Descyni cognatis suis relictis, et quandam terciam possessionem Chercoa burda nomine in comitatu Crisiensi existentem, que fuit Petk calui Crisiensis, et ipso sublato de medio, cum ei nullus successor legitimus remansisset, ad manus nostras iuxta pretactam consuetudinem fuerat devoluta, quocunque nomine, sive hereditario iure, sive a castro exemptam prius possederat, omnes autem

dictas tres possessiones cum collecta marturinarum et cum omnibus attinenciis et utilitatibus earum eidem Dyonisio bano et duci tocius Sclavonie et per eum suis heredibus heredumque successoribus in perpetuum contulimus et donavimus. Exprimentes, quod collectores marturinarum per banum sive ducem quicunque pro tempore fuerint constituti, de percipiendis marturinis earum se intromittere non presumant. Possessionis igitur Descyn, que Vrbona vocatur, prout per Petkonem filium Wlchk de genere Kama(r)cha, qui de mandato nostro ipsum in eandem possessionem introduxit, cognovimus; prima meta incipit ab oriente iuxta vineam Gledk sub piro et tenendo metas cum terra castri Chesmiche cadit parvam in vallem ad viam, que intrat silvam et ibi sub fago est meta; et per eandem viam transit silvam per terreas metas et arbores crucis signo notatas et pervenit ad terram filiorum Nadiha, et tenendo metas cum eisdem iuxta silvam, vadit versus meridiem ad montem Cepel, ubi sub ceraso sunt mete; hinc descendendo ad caput cuiusdam rivi, qui wlgariter Pelgrina nominatur, ubi separatur a terra filiorum Nadiha, incipiens tenere metas cum filiis P(ri)bizlow in eodem rivo et per metas terreas descendit prope domum filiorum P(ri)bizlow, ubi exit a rivo predicto ad orientem ad domum avellani vergens ad partem meridionalem ad finem silve, et per metas terreas cadit in fluvium Chernech, ubi separatur a terra filiorum Pribizlow, incipiens tenere metas cum Schulen weznico castri de Gordoa, et eundo ad occidentem in eodem rivo Chernech apud arbores, videlicet ilicis, tylie et fagi, in quibus est signum crucis, separatur a terra Schulen, incipiens tenere metas cum terra Marci et aliorum de genere Dersiuoy et eundo per eandem aquam Chernech apud arbores in modum crucis signatas separatur a terra generacionis Dersiuoy et tenet metas cum Hudina comite et per aquam Chernech cadit in fluvium Chesma, per quem descendendo exit in rivum Rogozna, per quem tendit superius versus aquilonem et dimittit rivum vergens ad orientem ad dumum avellani et tenendo metas cum Thoma filio Rorocon iuxta silvam per terreas metas et arbores signatas pervenit ad quandam viam ad terram magistri Desceni, et sic intrat silvam Chernech versus orientem, tendensque per metas terreas ad arbores signatas, transit duos rivos Rogoznam et Ossewpatak versus septemtrionem ad arborem zylfa, sub qua est puteus, et procedens per viam et per metas terreas versus occidentem cadit in rivum Chernusnyk, per quem descendit in aquam Nogurbona, et transit aquam eandem, et per metas terreas venit ad aquam Breztoch, et separatur a terra magistri Desceni, incipiens tenere metas cum Thoma filio Rorocon per eandem aquam, per quam eciam cadit in aquam kis Urbona, per quam vadit supra prope domum Zylya et dimittendo

aquam eandem in quadam valle per cerasos ascendit in montem, tenendo metas cum castrensibus de Chesmicha et pervenit ad rivum Kopriwni, per quem eundo pervenit ad domum Dragyna et inde per cerasos et pirum et per metas terreas in campo pervenit ad arborem sorbelli, sub qua est meta; hinc ascendit parum in vallem versus orientem et ascendens montem per terreas metas iuxta vineas castrensium de Chesmiche revertitur ad primam metam et ibi terminatur. Prima vero meta terre Horost, prout per Jaxam (vice)banum filium Isach, qui de mandato nostro ipsum in eandem possessionem introduxit, cognovimus, incipit ab oriente in fluvio Golgonicha, et tenens metas cum terra cruciferorum sancti sepulchri de Golgonicha vadit versus meridiem ad latus cuiusdam montis, et eundo superius iuxta silvam incipit tenere metas cum castrensibus de Kemluk et descendens ad vallem versus occidentem, et ascendit iterum in montem versus castrum Kemluk, et cadit in vallem que est iuxta aquam Kemechniche ex parte orientali; et per ipsam vallem vadit versus aquilonem, ascendendo ad vineam Sebka castrensium de Kemluk, et pervenit ad pirum signatam cruce, sub qua est meta; deinde per metas terreas versus aquilonem pervenit ad magnam viam, que vadit Worosdinum, et ibi separatur a terra castrensium de Kemluk, et iuxta metam terre Ceroa burda, ac iuxta metas terre cruciferorum predictorum versus orientem per metas terreas cadit in vallem, que vallis cadit in predictum fluvium Glogoncha, et per ipsum fluvium revertitur ad priorem metam, ubi terminatur. Prima quoque meta terre Ceroa burda, prout per dictum Jaxam filium Isach, introductorem in hanc eciam possessionem cognovimus, incipit iuxta fluvium Glogoncha sub ceraso quadam, que habet signum crucis a parte orientali iuxta terram cruciferorum eorundem sub monte quodam, qui Lypoa gora vocatur; et tendendo sursum in monte vergit ad partes occidentales, applicans ad magnam viam, et ibi sunt tres mete separantes terram Horost et Ceroa burda et eam que est castri Kemluk; et inde per eandem viam ad montem per silvam et per arbores signatas in modum crucis tendit per silvas et viam ad montem, que Creme(n)na goricha dicitur; circumeundo venit ad quendam parvum campum ad fagum, super qua est signum crucis; et per quendam berch descendit in aquam Glogoncha, ubi est meta terrea; inde per eandem aquam inferius protenditur ad locum, ubi aqua Craygyna cadit in aquam predictam et per Cragyna(!) tendendo sursum usque caput eiusdem, et iuxta viam in latere montis sub arbore sorbellina est meta terrea, et vergens ad partes orientales, sub arbore ihor est meta et puteus; et inde per viam ad pirum sub vineis et ad puteum, hinc per viam et metas terreas et arbores signatas transit viam ad montem Kamenna goricha; et de monte ad viam, per quam eundo

iuxta vineas parumper sub ilice est meta antiqua, de qua via cadit in aliam viam, que venit de villa cruciferorum sancti sepulchri, et in transitu vie sunt tres mete; hinc per viam illam, que transit priorem viam descendendo per metas terreas, vadit ad villam cruciferorum predictorum, que Strasischa vocatur, et ibi est meta terrea in exitu ville in via, et per ipsam viam parvum eundo iuxta quandam fossatam de ipsa via exit ad montem iuxta vineas et ascendit ipsum montem per metas, que sunt sub cerasis, ad metam, que est sub piro in vertice montis illius iuxta vineas; inde descendit per indagines vinearum ad quendam rivulum, ubi est meta, et transiens rivulum ascendit in montem ad quandam ilicem, in qua est signum crucis iuxta vineas; inde superius ad maiorem ilicem signatam cruce in cacumine montis; et descendendo tendit ad viam que est sub monte Podholyn; hinc per eandem viam procedendo iuxta viam est meta terrea et modicum eundo iuxta latus montis, qui dicitur Holyn, tendit ad piros in superiori parte vinee Zedur; inde descendit ad minorem Glogoncha ad pirum, sub qua est puteus; inde ascendit per aliam pirum in vertice montis Graduch per antiquum cumulum terre, qui ettowen dicitur; hinc per declivium montis separando a terra Emerici descendit ad quandam arborem, que ihor dicitur sitam iuxta rivum predictum Glogoncha, et cadendo in ipsum fluvium et sursum eundo revertitur ad priorem metam, et sic terminatur. Ne igitur sepedictus Dyonisius banus et dux vel sui heredes heredumque successores super antedictis possessionibus temporum curriculo a quovis inquietari valeant, vel aliquatenus molestari, sed eis omnibus eedem perpetuo et irrevocabiliter perseverent, presentes in perpetuam stabilitatem donacionis nostre concessimus litteras eminencioris sigilli nostri aurei, auree videlicet bulle nostre caractere insignitas. Datum apud castrum Galaas per manus venerabilis patris magistri Benedicti archiepiscopi Colocensis aule regie cancellarii; venerabili Stephano archiepiscopo Strigoniensi existente; Cleto Agriensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Stephano Zagrabiensi, Benedicto Chanadiensi, Benedicto Gyuriensi, Heymone Wacyensi, Artulpho Transilvano, Adam Nitriensi episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Vesprimiensi ecclesia vacante, Vincencio preposito in episcopum Waradiensem electo; Ladizlao palatino et comite Symigiensi, Matheo magistro tawarnicorum et comite Posoniensi, Dyonisio bano et duce tocius Sclavonie, Demetrio iudice aule nostre et comite Musuniensi, Rolando magistro dapiferorum et comite Supruniensi, Mauricio magistro pincernarum et comite Jauriensi, Stephano magistro agazonum et comite de Vrbaaz, Arnoldo Nitriensi, Balduino Fetrei Castri comitibus et aliis quam pluribus comitatus et

magistratus tenentibus, anno dominice incarnacionis M⁰CC⁰ XL. quarto decimo septimo kalendas iulii, regni autem nostri anno nono.

Iz izvornog prijepisa kaptola čazmanskoga od god. 1379, 2. novembra u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 268. (Stara sig. N. R. A. fasc. 396. no. 27.)

Pray Annales I. p. 49. — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. vol. 1. p. 323—4. (nepotpuno). — Wenzel Cod. dipl. arpad. VII. 152—157. — Kukuljević Reg. no. 460. veli, da se u njegovoj zbirci nalazi jednostavna kopija prijepisa kaptola zagr. od 1416. Nema je u akademiji. Ib. no. 481. po svoj prilici ista listina, za koju veli, da je uzeta iz prijepisa bana Széchy-a od god. 1356.

206.

1244, 10. jula. U Justiniani.

O namirenju duga u Dubrovniku.

(Monogram not.) In nomine domini dei eterni, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, indictione secunda, actum in palacio comunis Justiniane, die decima intrante mensis julii, presente Domino Engelperto, Johanne de Lerimone, Petro Aconis, Petro Noppi et aliis. Cum Bonifacius Sarto coram nobis . . . . ima Alexandrum Belfrauenus consulibus Justiniane et coram iudicibus et oficialibus conquisiuisset et nobis mostrabat litteras consulum Justiniane nostrorum predecessorum, cum quibus litteris idem Bonifacius de mandato ipsorum consulum iuerat ad dominum comitem Ragusiensem et ad iudices ciuitatis eiusdem, ut sibi rogationem facerent de Vitalem Detefia iuxta tenorem suorum instrumentorum, et insuper ostendebat litteras ipsius comitis Ragusiensis in quibus contineri uidebatur, quod iudices ciuitatis Ragusie litteras nostre comunitatis, quod idem Bonifacius ostendebat et presentabat comiti et iudicibus, recipere, et intelligere despexerunt et quod dictus Vitalis Detefia foret tante potentie ciuitatis Ragusie, quod ipse comes sine iudicibus non posset compellere (et redere) rationi *(prekriženo nečitljivo)*. Et littere iste erant sigillate cum sigillo ipsius comitis Ragusiensis et contra quem in eis legebatur. Unde nos memorati consules cum ipsis oficialibus visis litteris supradictis nostre comunitatis et ipsius comitis Ragusie, in quibus ipse nobis consuluit, ut deberemus exhibere consilium ciui nostro, ut super conciues Ragusie possit solui de sorte et expensis in comunicato consilio plurium sapientum. Auctoritate nostra et totius per . . . . . dicimus, quod idem Bonifacius sartor liberam

habeat potestatem pignorandi super homines Ragusie usque satisfactionem sui debiti et expensarum. Ego Johannes Luordotis, subscripsi absente Almerico meo socio pro isto die . . . . . Ego Detemaro Justiniane et incliti . . . . . his omnibus interfui rogatus scripsi.

Original u dubrovačkom arkivu djelomice oštećen. (Zbirka saec. XIII.).

207.

1244, 19. jula. (U Spljetu.)

Dionizije herceg hrvatski proglašuje mir izmedju Spljećana i Trogirana.

Dionisio duca e bano di tutta la Slauonia, Bartolomeo vescovo di Cinque Chiese, Michel conte de Varasdino e File preposito di Zagrabia á tutti li fedeli di Christo, che vederanno la presente carta salute nel signore Giesu Christo. Facciamo palese a tutti, che essendo à commandamento del signore nostro Bela per gratia di dio rè d' Ongaria illustre, peruenuti alle marine per trattar gl' affari del regno, e specialmente per sedar la guerra, ò piu tosto gastigar, ch'era nata tra la città di Spalato da una parte e Traù dall' altra. Ogni loro controuersia fù talmente definita alla nostra presenza; ch' il capitolo e la communità di Spalato in prima giurarono fedeltà, diedero per ostaggio sei de loro cittadini à nostra elettione; e promisero d' osseruare ogni fede e fedeltà al rè, e al suo figliolo contro qualsiuoglia e in tal modo, che non riceueranno alcuno delli suoi, ò d' altri, che fosse infedele alla regia corona; mà più tosto quelli, che saranno conuinti, ò in giuditio, ò per inquisitione, saranno obligati di darli alla maestà del rè. Ancora il capitolo e communità di Spalato qualsiuoglia che elegeranno per conte, che sia del regno del rè e suo fedele, il rè gle lo confermara. Ancora sopra la guerra, che trà li medemi Spalatini e Traurini era nata, in questa maniera si sono accordati; essendo iui presente il capitolo, e consentiente alle medeme cose, che tutta la terra dalla colonna sopra verso Traù, nella quale si contiene la villa d'Ostroch, piena e intieramente sia lasciata alli Traurini pacificamente possedere, e se alcuni instrumenti hanno avuto sopra ciò, gl' hanno mandato àl rè per le mani nostre con questa condittione, che sopra l' altre cose, che sono in quelli contenute altri instrumenti e priuilegii siano dal rè ottenuti; mà che prima siano stracciati li vecchi, auanti che siano ottenuti li noui priuilegii dal rè, e se hau-

Iv. Hudsonovi

salutari. Officii nostri debitum exequimur et dignitatis fastigia sublimamus, si fidei orthodoxe propagacioni et ampliacioni opem damus et operam efficaciter prestamus, ubi ecclesias regali munificentia dotamus et libertatibus decoramus. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos attendentes in Bozna hereticorum perfidiam admodum invaluisse seu populasse, ita quod pauci invenirentur in partibus illis vere fidei zelatores vel cultores, quasdam possessiones in comitatu de Vulko Dyacou scilicet et Bleznam, in subsidium ecclesie Boznensis cum omnibus pertinenciis suis, silvis, pascuis, piscinis, aquis ac aliis utilitatibus sub metis et terminis infrascriptis damus, conferimus et ex certa sciencia donamus perpetuo et irrevocabiliter possidendas venerabili patri episcopo Boznensi et ecclesie Boznensi, pro remedio anime nostre et regis Columani ducis tocius Slavonie, karissimi fratris nostri, ratificamus nichilominus et approbamus donacionem factam de consensu nostro per predictum regem Columanum karissimum fratrem nostrum de possessionibus prelibatis, cuius tempore et quamdiu idem debitum carnis exolvit, et nostris temporibus semper ipsa ecclesia et episcopus tenuit et possedit pacifice et quiete possessiones supradictas. Adicimus eciam quod nullus banus vel comes de Vulko, aut quicumque alius aliquam iurisdicciionem possit exercere in terris supradictis, sed solus dumtaxat episcopus vel officialis suus omnes causas tam criminales quam civiles iudicabit, et fine debito terminabit, volentes ut in spiritualibus et temporalibus in dictis possessionibus solus episcopus plenum et merum dominium habeat et obtineat, decimas de omnibus, marturinas et collectam, que ban elyssi vocantur, et omnes alias collectas quocumque nomine censeantur, que per regnum nostrum fieri contingeret, nonnisi episcopo dabunt et persolvent, et episcopus in sua convertet utilitate, prout sibi videbitur expedire. Quarum terrarum mete hoc ordine distinguntur. Prima incipit a fluvio Zaua, ubi oritur fluvius Boyg(!) et progreditur versus aquilonem in silvis per loca Zuibnic, Gniloatech, Elenoa greda vocata per metas terreas et arboreas usque ad fossata, qui dicitur Boaraida, et a parte orientali est terra ecclesie, a parte vero occidentali est commetanea terra Tolys cum fratribus et cognatis generationis Borich bani Tunnicha vocata, et a villa Braida ascendit ad verticem montis, et ibi deserit terram Tolys antedictam et vertitur ad orientem, et a parte meridionali est eadem terra ecclesie, a parte vero septentrionali est commetanea terra comitis Martini et Jacobi cum filiis suis nomine Nheuna et procedit condividendo montem per metas terreas usque ad quandam arborem fagum cruce et meta signatam, et ibi descendit de monte versus aquilonem per quasdam ruinas terre, et venit ad puteum, te transit rivulum et ascendit montem, et procedit in monte usque ad

locum ubi dividitur mons, et ibi assumit aliam partem montis eiusdem et tendit ad orientem, in vertice condividendo montem per metas terreas et arboreas antiquas et novas iuxta illas erectas, et venit ad aquam Bresnicha, et ibi reliquit terram Neunam et transit aquam, et intrat Stelcham condividendo eam, a parte dextera est terra ecclesie, a sinistra vero est eorundem Martini et Jacobi antedictorum per silvas et nemora metis terreis et arboreis distincta usque ad aquam Cazimla, et ibi dimittit terram Martini et Jacobi supradictorum, et ibi separatur a Blezna, et transit aquam, et a parte dextera est predium eiusdem ecclesie nomine Dyacou, a parte sinistra assumit sibi commetaneam terram Adrani cum filiis suis et procedit in valle per metas ad quandam pirum cruce et meta vallatam, et intrat aliam vallem a capite fontis, et descendit per fontem, et tangit terram de Gora et venit ad fluvium Ilsenam, ubi est terra Thome fratris Phylippi prepositi cum fratribus suis, et per illam descendit ad aliam Ilsenam, per quam ascenditur usque ad locum, ubi reliquit terram predicti Thome, et vertitur ad orientem in planicie iuxta terram Mohor per metas terreas ad quasdam arbores tylie cruce et metis signatas, et ibi separatur a terra Mohor, et procedit iuxta terram Sebe per metas terreas et arboreas ad quandam arborem kercum, ubi est crux et meta terrea, et ibi dimittit terram Sebe et procedit iuxta terram Lubus et venit ad quendam rivulum, ubi est arbor kercus cruce et meta terrea signata et transit rivulum et venit ad magnam viam, et cito dimittit viam et transit nemus ad sinistram manum et tendit in planicie ad quosdam pinus versus orientem per metas antiquas terreas et arboreas bane bani, et iuxta illas ecclesie, novas metas erectas usque ad duas pinus cruce signatas et metis vallatas in introitu vallis, et intrat fluvium et ascendit per fluvium usque ad locum, ubi oritur fluvius, et est ibi arbor populus cruce signata et meta terrea, et vertitur ad aquilonem usque ad locum, ubi est antiqua et nova iuxta eam terrea meta erecta, et ibi relinquit terram Lubus et progreditur iuxta terram Crucifer(or)um Nogfolu vocatam versus orientem ad locum ubi est meta terrea, et ibi vertitur ad meridiem in planicie per metas terreas et arboreas usque ad terram Kaymoz, ubi est quidam fluvius et meta terrea, et transit iuxta terram Kaymoz, et adiungitur iterum ad terram dictorum cruciferorum et procedit in valle, ac exit de valle versus orientem per metas terreas ascendendo et descendendo, intrando et exeundo vicissim versus aquilonem et meridiem per terreas metas usque ad vallem sitam iuxta predium nomine Urvati eorundem cruciferorum, abhinc exit de valle ad orientem ad quasdam populus, et sunt ibi mete terree, et parvo spacio terre peracto vertitur ad meridiem et intra silvam magnam per metas arboreas usque ad aquam Byg, ubi

intrat fluvius Cladamch quam cum transit a parte orientali est commentanea terra Johanche filii Balhar, et progreditur iuxta predictum fluvium Cladamch parvo spacio terre, quo relicto divertit ad orientem et intrat viam, que vulgo dicitur Uburbot, est ibi commetanea terra castrensis nomine Cerna, et procedit in silva ad quandam pinum cruce signatam, exhinc tendit ad duas kercus crucesignatas, et est ibi meta terrea, abhinc dirigitur per planiciem per metas terreas, et extenditur usque ad Zauam, et est ibi quedam salix cruce signata que vulgo dicitur Urbicha et meta terrea, et ibi intrat Zauam et per Zauam ascendit usque ad metam priorem, ubi oritur Byg, et totus fluvius Zaue, quamdiu currit per terram suam, est episcopi et ecclesie antedicte et ibi terminatur. Item confirmamus ex certa sciencia et approbamus, et ex novo conferimus ecclesie Boznensi et episcopo possessiones in Vozora, quas Nyurzlaus(!) banus de Bozna propter diversas iniurias et dampna data eidem ecclesie dedit, tradidit et perpetuo assignavit de nostra voluntate, connivencia et consensu, volentes expresse, quod episcopus et capitulum decimas in Vozora, in Sou, in Olfeld et in aliis supis more aliarum ecclesiarum de Hungaria sine distinctione personarum de omnibus suis habeant et percipiant, populos eciam episcopatus et capituli sui super omnibus causis nonnisi episcopus vel officialis suus aut capitulum iudicabit, a iurisdictione keneziorum vel boanorum(!) et iudicio omnino et per omnia eximentes. Marturinas insuper, vel aliam collectam quocumque nomine appelletur, que in partibus illis fieri contingeret, episcopus et capitulum de populis suis integraliter percipiant et in totum in omnibus provinciis vel banatibus supradictis, cuius terre mete taliter distinguntur: prima meta incipit ubi fluvius Tolycha intrat Zauam, et ascendit per Tolycham usque ad locum ubi intrat Zuham Tolycham et per Zu(h)am Tolycham, tendit in planicie et intrat iterum in fluentem Tolycham, et per illam ascendit usque ad pedem montis, ubi oritur, deinde vadit ad alium fontem Modricha vocatum, et in illo descendit usque ad locum ubi Modricha cadit in Boznam, et per Boznam descendit usque ad Zauam, per Zauam usque ad metam primam, et ibi terminatur. Ceterum idem Naurzlaus(!) banus cum fratribus suis et baronibus confessi sunt et recognoverant possessiones infrascriptas ad ius et proprietatem ecclesie Boznensis pertinere, quarum nomina sunt hec: in supra Urhbozna Burdo cum omnibus suis pertinenciis, ubi ipsa ecclesia cathedralis sancti Petri est fundata, item Bulino, item Knese pole, item Vrudchy ubi est ecclesia sancti Stephani prothomartiris, item in supa Neretua Bulino, item in supa Lepenicha Rocil, ubi est ecclesia sancti Michaelis, item in supa Vidgossa Lubinchi apud ecclesiam beate Virginis, item in Mel apud ecclesiam Cosme et Damiani, item in supa Losoua apud tres ec-

clesias, item in supa Wzcopla apud ecclesiam beati Johannis, item in supa Bored Belmapola, item in comitatu Berez Pracha Byscupina vocata. Ad hec precepimus omnibus heredibus nostris sub interminacione divini iudicii et paterne benedictionis predictas donaciones ad tam pium opus factas perpetuo et irrevocabiliter observari. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplici sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, XIII. kal. augusti, regni autem nostri anno nono.

Po prijepisu Fraknoievom u dodatku rasprave: Hodinka: Tanulmányok a bosnyák-djakovári püspökség történeteből. Bdpst 1898. pg. 99—103.

Theiner Monum. Slav. merid., I. br. 298. — Fermendžin Acta Bosnae 12—13.

209.

1244, 26. augusta. U Budimu.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje sloboštine gradu Ninu dane mu od kralja Andrije.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex, omnibus Christi fidelibus tam praesentibus et futuris praesentes inspecturis, in salutis largitore salutem. Ad noticiam universorum harum serie volumns pervenire, quod accedentes ad nostram presentiam venerabilis pater Samson dei gracia Nonensis episcopus, nonnulli cives eiusdem civitatis dilecti fideles nostri, exhibuerunt nobis privilegiales litteras domini Andree serenissimi regis Hungarie felicis memorie patris nostri reverendi super immunitatibus et libertatibus civitatis ipsius confectas et eiusdem domini regis vero et authentice sigillo munitas; petentes instanter, quod nos ipsis nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum tenor talis est:

Slijedi listina kralja Andrije od 1. augusta 1205. Vol. III. pg. 50—52. br. 46. ovoga zbornika.

Nos igitur qui nostrorum fidelium petitionibus iustis semper consuevimus regio occurrere cum favore, cognoscentes predictorum civium None fidelitatem continuam, qua nobis et regno adhaeserint indefesse, predictum privilegium domini patris nostri de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, ea omnia auctoritate regia nostro presenti privi-

legio confirmamus, ad omnia predicta Dionysium ducem totius Sclavonie dilectum fidelem nostrum ipsis civibus None ad ampliorem firmitatem ipsis in pristaldum deputantes. Datum Bude anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, VII kalendas septembris, regni autem nostri anno septimo (!)* feliciter amen.

Original prije u tajnom arkivu u Beču, sada u državnom arkivu u Mlecima (od god. 1868.) Busta IV. no. 37. — Hormayer Gesch. Tyrols I. 200. — Fejér Codex dipl. Hung. VII. 5. p. 267—8.

210.

1244, 1. oktobra. U Dubrovniku.

Prisega kneza Marina Baduaria.

† In nomine dei eterni amen. Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mensis octubris, die primo, indictione secunda, in ciuitate Ragusii ordinata curia cum sonitu campane. Ego quidem Marinus Baduarius dei gratia et domini Jacobi Teupuli egregii ducis Venetie comes Ragusii ciuitatis iuro: *(slijedi obična prisega, na kraju dolazi)* Hii sunt testes: Clemens Sersii, Bosinus Goyslaui, Johannes Pecurarius iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu; ispod teksta slova prerezana. (Zbirka saec. XIII.)

211.

1244, 5. oktobra. Kod Segesda.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Andriji sinu Petrovom za zasluge zemlju Dulipšku.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. Illustrium dignitatis

* Treba da bude nono. Značajna pogrješka u originalnoj ispravi.

incumbit officio, suos sibi pro meritis dulcorare, ut cum multitudine fidelium tanquam muro firmissimo eius culmen fuerit communitum, beatus ille qui non tantum auro vel lapidibus preciosis, sed pocius uideretur honore ac gloria coronatus. Proin ad uniuersorum presencium et posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum comes Endre filius Petri de partibus Sclavonie, illustris recordacionis patri nostro prius et nobis postmodum ac eciam regno nostro eximia fidelitatis opera inpenderit, que apud deum et homines sunt merito laude digna, specialiter eo flagelli tempore, cum regnum nostrum diuino iudicio fornax succenderat Tartarorum, nostro lateri fideliter se coniungens officiosum exhibuit totis viribus se cum suis circa nostre custodiam maiestatis. Nos igitur, quibus ex suscepte dignitatis officio incumbit metiri merita singulorum in memoriam multiplicium seruiciorum eius, non tamen in plenam reconpensacionem, cum longe minus sit quod ei offerimus in presenti, quamquam ab ipso suscepimus fidelitatis indecidue ac multiplicium serviciorum munera frequentata, terram Dulypchka cum attinentiis suis, que ad manus regias a defuncto absque herede Petkone de Sclavonia extitit devoluta, eidem Endre comiti et suis heredibus contulimus iure perpetuo possidendam. In cuius terre possessionem per dilectum et fidelem nostrum Dionisium ducem tocius Sclavonie ipsum fecimus introduci. Cuius terre mete prout in litteris eiusdem ducis inspeximus, hoc ordine distinguuntur. Prima meta incipit apud radicem cuiusdam rivuli a fonte qui vulgariter Welika Dulypchka nuncupatur, ubi terra trium generum eiusdem Petkonis excerpta ab eadem terra Dulypchka et collata in quartam partem suis fidelibus segregatur. Inde progreditur versus orientem, tendensque in caput eiusdem riuuli parumper declinans in partem sinistram ascendensque montem cadit in viam, ubi recipit quercum pro meta. Hinc descendens per siccam vallem aliam quercum sumit pro meta. Hinc vergit per metas terreas et arboreas transiens de fine vinearum ascendit montem et descendit in fontem qui minus Dulypchka nuncupatur, qui eciam separat terram castri de Rokonuk, ubi comitem eiusdem terre nomine Vognizlov recipit sibi commetaneum, hinc ascendens in caput eiusdem minoris Dulypchka Rodus nomine concipit sibi commetaneum. Hinc inter terram dicti comitis Endre et terram castri de Rokonuk tendens par montem cadit in magnam viam que descendens a sancto Michaele uadit Zagrabiam, ubi terra castri de Rokonuk terminatur et terra castri de Kemluk exoritur, ubi hominem nomine Wolkomer filium Kuplen concipit sibi commetaneum. Deinde per eandem viam descendens in dictum fontem videlicet Welika Dulypchka ascendit montem, ubi due terree mete habentur, ubi eciam iobagionem castri de Kemluk recipit sibi commetaneum nomine Wydus. Hinc

descendens et ascendens tendensque per montem inter suam terram et terram prefati iobagionis castri nomine Wolkyna venit ad terream metam. Dehinc ad arborem tylie et descendens in fontem qui Welyka wyze dicitur, commetaneum habet eundem Wolkynam cum omni sua progenie, per Welikam vero commetaneum sibi recipit Jaxa (vice)banum et post parum transiens venit ad terream metam, ubi sunt commetanei subulci regis et centurio ipsorum Myzluna nomine. Hinc ascendens montem per frutecta auellanorum venit ad cerasum. De monte namque vadit per terreas metas et arboreas per quendam rivulum paruum et cadit in priorem fontem videlicet Welika Dulypchka et ad radicem predicti rivuli ubi originem sumpserat et sic terminatur. Ne igitur idem comes Endre vel sui heredes heredumque successores super eadem terra temporum curriculo a quovis valeant molestari, sed pocius quod ex regia benignitatis gracia solempni collacione possident, eis perpetuo et irreuocabiliter perseueret, in perpetuam huius rei memoriam et stabilitatem perempnem, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum apud[1] Segusd anno ab incarnacione domini M°CC°XDIIII°, III° nonas octobris, regni autem, nostri anno nono.

Iz izvorne potvrde kralja Stjepana V. od g. 1270. u arkivu grofova Erdödy u Glogovcu. Potvrdu kralja Vladislava prepisao je kaptol zagrebački g. 1449. Izvornik kaptolske potvrde na papiru u ugar. budimskom arkivu DL. 35,969. Bivša zbirka Kukuljevićeva.

Cod. dipl. patrius. VII. p. 29—30. no. 26. — Kukuljević Reg. no. 465.

212.

1244, 7. oktobra. U Bokányu.

Bela kralj ugarski i hrvatski dariva nadbiskupiji spljetskoj županiju cetinsku.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo qui regibus dat salutem. Continuata subditorum obsequia sue continue fidelitati annexa mentem principis inducunt, ut eos iuxta meritorum stipendia provehat et exaltet largicionis regie incrementis. Eapropter ad universorum presencium et posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum dilectus et fidelis noster Ugolinus[2] venerabilis archielectus Spalatensis a tenera adhuc etate,

---

[1] Opetovano zapisano. [2] Sa strane: Ugrinus, kako i treba.

*

nostra pariter et sua indesinencium serviciorum nobis munera exhibuerit; que veluti quedam delectamina iucunditatem et exultacionem nutriunt in regis animo commendandam, cuius delicie sunt esse cum plebe fidelium numerosa; et de impendendis ab ipso nobis et nostris filiis et toto regno nostro in posterum, maxime circa maritima serviciis opportunis geramus in ipso fiduciam pleniorem, in memoriam serviciorum eius preteritorum et in grandem fiduciam futurorum: totam terram supanatus de Zetina cum silvis, pratis, molendinis, piscacionibus et omnibus aliis pertinenciis eidem archielecto nec non ecclesie Spalatensi intuitu persone sue sic in perpetuum contulimus pleno iure, ut non donandi, sivi dimittendi in ultimo testamento quocumque modo, nec eciam vendendi aliquam liberam habeat facultatem. Et ne hoc in dubium possit vocari, presentes in perpetuam nostre donacionis stabilitatem concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum apud monasterium Cisterciensium de Bocane. Anno dominice incarnacionis MCCXXXXIIII., nonas octobris, regni autem nostri anno nono.

Iz arkiva biskupije spljetske. Donationales fol. 31—2.

Katona Hist. crit. III. p. 268. — Farlati Illyr. sacr. III. 268. — Fejér Cod. dipl. Hung. 4. I. p. 324—5. — Kukuljević Reg. no. 464.

213.

1244, 11. oktobra. U Zali.

Bela kralj ugarski i hrvatski predaje zemlje pokojnoga Muhora njegovu nećaku Jakovu.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Gallicie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Ad uniuersorum uolumus peruenire noticiam, quod cum interfecto Muhor per impetum Tartarorum et nepotibus eiusdem in captiuitatem ductis, possessiones empticias eorumdem, que ad manus regias fuerant deuolute, utpote sine herede decedencium, fidelibus nostris magistro File preposito Zagrabiensi et fratribus suis Thome comiti et Petro contulissemus. Et postmodum diuina prouidencia liberato et reuerso de eorumdem captiuitate filio Jacobi nepote Muhor predicti, diffinituri essemus, quid de eius fieri debeat possessione, altercantibus inuicem et imponentibus a magistro Fila et fratribus suis notam infidelitatis predicto Muhor; tandem inter se amicabilem habentes composicionem predicti magister Fila et fratres sui dictas possessiones

ad manus nostras statuerunt. Quas nos reddendas dicto filio Jacobi decreuimus et restituimus excepta quadam terra et silua, quam supradictus Muhor ab Abel emerat, que uicinitate terre sancti Martini adiacet et quam Alexius frater ipsius Muhor et idem filius Jacobi, cuius quantitas ad tria aratra uel parum ultra in terra arabili extitit, pro bono pacis magistro File et fratribus suis perpetuo possidenda remiserunt de gratuita voluntate. Ne igitur super huiusmodi composicione aliqua in posterum possit oriri calumpnia, nos eiusdem composicionis seriem per singula annotantes duplicis sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum apud castrum Zala anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, V° ydus octobris, regni nostri anno nono.

Izvornik na pergamenu u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 270. (Stara sig. N. R. O. 1501. no. 12.) Na listini visi komadić svilene vrvce žute boje; pečata nema.

Fejér Cod. dipl. IV. 1. 342—343. — Kukuljević: Reg. no. 466.

214.

1244, 11. oktobra. U Zali.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje Mihajlu županu varaždinskomu za velike zasluge Lobor, Veliku, Klenovnik i Zlogonje.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroachie(!), Rame, Servie, Gallichie(!), Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. In partem cedit sollicitudinis illustrium, circumspeccionis sue oculos super universos sibi subditos inicere et bonos pro apparato lucro remunerare, servum vero torpentem ab opere bono condempnare; vulpecule vero, que multorum perpetracione malorum regni eciam sublimes demoliuntur, sapiencia capi debent, ut liberius possint boni in via mandatorum domini ambulare. Proinde ad universorum presencium et posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod dilectus et fidelis noster Michael comes de Vorosd, frater Buzad comitis, a primevo puericie nostre tempore exhibuit nobis eminencia fidelitatis opera liberaliter et libenter, adeo ut nostro adhuc tenero lateri ardenti desiderio coniunctus, in custodia et tuicione persone nostre nulli se et sua periculo exponere formiduus(!). Postmodum autem cum regnum nostrum divino iudicio fornax succenderat Thartharorum, ex multa fiducia quam ab eius fidelitate mens regia obtinebat,

cor nostrum et animam nostram, karissimum videlicet primogenitum nostrum ducem Stephanum inclitum et illustrem in manus eius duximus commendandum, qui eundem primogenitum nostrum una cum aliis prolibus nostris tristi tempore letus retinens in deliciis convenientibus sanos recondidit et illesos. Demum vero cum partes maritimas adissemus, idem comes Michael confinia nostra circa Vorosd et Petouiam in tante turbacionis tempore contra malefactores quamplurimos illesa et indempnia potenti virtute validoque brachio conservavit, proficiscendo de virtute in virtutem et in sua fidelitate culmen constancie ascendendo. Et quia longum esset enarrare per singula eius opera laude digna, saltem ut per radicem conprehendamus ramos, frondes et fructus arboris commendande, ipsius generacio fidelis semper extitit corone regie ac devota utpote in regno suo fructus dulcissimos, nam barones fidelissimos germinavit. In contrarium vero quidam de Sclavonia nomine Puchuna tot et tanta in regno nostro ducente maligno spiritu mala perpetravit, propter que membratim per diversa loca suspendi, toto regno contra ipsum reddente testimonium, merebatur, clamantibus contra ipsum homicidiis multis et aliis nephandis criminibus et specialiter sanguine magistri Ochuz filii Ochuz bani, quem inter alios crudeliter interfecit; cuius mors fecit tristiciam toti regno; que multa et enormia nostro et nostrorum baronum et tocius regni nostri iudicio ipsum ad alicuius horrende mortis periculum perducebant. Verum quia misericordiam diligimus, ut a misericorde et id testante domino misericordiam consequamur, eodem Puchuna possessionibus suis omnibus, per quas transgredi poterat et transgrediebatur facere mala et fecit, iustissime spoliato, personam ipsius libere abire permisimus sub eo condicionis ligamine, quod lesis per ipsum satisfaceret, de cetero talia committere postponendo. Cuius possessiones videlicet Lobur et Velica, Clenonik ac Zlogonam cum omnibus attinenciis suis, prenominato Michaeli comiti de Vorosd et suis heredibus in memoriam multiplicum serviciorum eius, non tamen in plenam recompensacionem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in presenti, quam que ab ipso suscepimus indecidue fidelitatis ac eminencium serviciorum munera frequentata, in perpetuum contulimus, pleno iure sub eisdem metis et terminis et signis, quibus dictus Puchuna eas noscitur tenuisse. Ne igitur in posterum dictum Michaelem vel suos heredes heredumque successores super eisdem possessionibus quispiam valeat inquietare vel aliquatenus molestare, sed eis omnibus fidelibus serviciis acquisita perpetuo et irrevocabiliter perseverent, presentes in perpetuam huius rei memoriam concessimus litteras duplicis sigili nostri munimine iure perpetuo et irrefragabiliter roboratas. Datum apud castrum Zala anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo

quadragesimo quarto, quinto idus octobris, regni autem nostri anno nono.

Iz vana istom rukom: Super collacione possessionum Lobur, Welica, Clenonik et Zlogona Michaeli comiti de Vorosd.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimu M. O. D. L. no. 271. (Stara sig. N. R. A. fasc. 557. no. 5.) Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. p. 157—159. — Kukuljević Regesta no. 467.

215.

1244, 14. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu o miru izmedju Spljećana i Trogirana.

Bela (re d' Ongaria, Croatia etc.) hauendo noi destinati gl' amati e fedeli nostri Dionisio bano di tutta la Slauonia, Bartolomeo vescovo de Cinque Chiese, Michaelo conte de Varasdino, e Filen preposito di Zagrabia per eseguire gl' affari del nostro regno, e specialmente per sedare la controuersia, ch' era nata trà le fedeli nostre città di Spalato da vna parte, e Traù dall' altra, doppo ritornati li medemi da noi ci significano non solo con viua voce mà con scrittura hauer, sedata e aggiustata la predetta controuersia, il tenor della qual compositione è tale, come nelle scritture loro habbiamo compreso contenersi.

Slijedi listina Dionizija bana od 19. jula 1244.

Et acciò che l' predetto accordo trà li fedeli nostri Spalatini e Traurini e li nobili prencipi nostri giusta e legitimamente fatto e cosi ordinato sia sempre saluo e fermo, ne col tempo possa esser retrattato ò posto in dubio, per conseruatione del detto accordo habbiamo concesso il presente priuilegio munito col nostro sigillo doppio. Dato l' anno 1244 il 14. d' ottobre, e del nostro regnare l' anno nono.

Lucius Memorie di Traù p. 54—5. — Kukuljević Reg. no. 459.

216.

1244, 15. oktobra. U mjestu Billige.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje sinovima Devečerovim Zdence

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in eo qui regibus dat salutem. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum videlicet racio expostulat et regalis sublimitas exhortatur in iis precipue, que ad subiectorum commodum spectant pariter et profectum. Eapropter ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedentes ad nostre maiestatis presenciam Samson, Georgius, Wlk et Wlcheta filii Devecher, nobis humiliter supplicarunt, ut eisdem quandam possessionem superior Ezd(e)nch vocatam, quam hiidem possessionem predecessorum ipsorum hereditariam prefuisse et instrumenta litteralia super ipsa possessione emanata amisisse affirmabant, prout eciam ab omnibus commetaneis eiusdem possessionis circumquaque existentibus iuxta fidelitatem ipsorum nobis debitam hec fore rescivimus, restituere dignaremur. Nos siquidem iustis et legitimis admissioneque condignis peticionibus et instanciis ac supplicacionibus ipsorum Samsonis, Ge rgii, Wlk et Wlchete, per quorum eciam servicia fidelia nobis et Colomanno duci fratri nostro karissimo grata et laudanda, suprema sollicitudine per ipsos exhibita, noster regius animus mitissime conquievit, favore debito inclinati et precipue ad peticionem eiusdem Colomani ducis fratris nostri carissimi, predictam possessionem superiorem Ezdench vocatam cum omnibus suis utilitatibus, scilicet terris arabilibus, agris, pratis, fenilibus, nemoribus et aliis quibuslibet ad eandem pertinenciis, sub metis et terminis infrascriptis, indicium nostre gracie, dileccionis pariter et favoris, ampliori fauore regie benignitatis ipsorum virtuosis actibus et obsequiorum meritis gratuitis exigentibus in antea eosdem prosequi intendimus et amplecti, continentes et designantes eisdem Samson, Georgio, Wlk et Wlchete filiis de Deuecher et per ipsos ipsorum heredibus iure perpetuo habendam pariter et possidendam duximus concedendam ac restituendam. Cuius quidem predicte possessionis, prout vidimus in litteris capituli Chazmensis, mete erecte sic distinguntur: Quod prima meta incipit in quodam rivulo, ubi ipse rivulus cadit in aquam Ezdench vocatam iuxta possessionem magistri Moys iudicis curie nostre inferior Ezdench vocatam a parte occidentis et per eundem rivulum procedit supra ad septemtrionem et

pervenit ad fluvium Melichnek nuncupatum, et ipsum fluvium prosiliens pervenit ad arborem gerttyan cruce signatam metaque terrea circumfusam; abhinc procedit iuxta metas possessionis predicti magistri Moys, et pervenit ad caput fluvii nomine Raduan et per ipsum fluvium procedit infra versus occidentem ad aquam Chazma u . . . . . per eandem aquam vertitur supra ad partem orientis . . . . . caput eiusdem aque; abhinc exit et procedit supra . . . . . possessionis ad celarium nostre maiestatis . . . vocate, et pervenit ad caput minor . . . uocati; inde per eundem fluvium procedit intra ad meridiem et . . . . ich et . . . us exit et vadit directe ad meridiem et pervenit ad fluvium maiorem Soplancha vocatum . . . . . occidentem et pervenit ad arborem tul cruce signatam, metaque terrea circumfusam . . . . . reflectitur ad partem . . . . venit ad priorem metam ibique terminatur. Ut igitur hec nostre concessionis et restitucionis . . . salva et inconcussa in processu temporum permaneat, presentes litteras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in villa Belygii, anno domini M.CC.XL.IIII, idus octobris, regni autem nostri anno IX.

Izvornik na pergamenu u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: L. O. D. L. no. 272. (Stara sign. N.[a] R. A. fasc. 925. no. 5. Na listini visi svilena vrvca crvene i žute boje; pečat otpao. Listina je na više mjesta vatrom oštećena. Na hrptu bilješka XV. stoljeća: super superiorem Yzancz metalis.

Wenzel: Cod. dipl. Arp. cont. VII. p. 159—161. — Kukuljević: Reg. no. 398. (krivo pod g. 1240.)

217.

1244, 26. oktobra. U Segesdu.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje plemićima od plemena Cer posjed imanja Bednje i Trnovca stečenih zamjenom s hercegom Kolomanom.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum clare memorie karissimi fratris nostri ducis tocius Sclauonie ac regis Colomani insedisset voluntati possessionem quandam Vchuus videlicet Guestene cum duabus villis Lopud et aliis suis pertinenciis a quibusdam nobilibus Ladizlao silicet(!) Johanne Q(uod)ykow filiis Bothos et Stephano Chor, Martino Sem filiis Achilli de

Chor qui eas iure hereditario possidebant pro sua vtilitate recipere et (a)diungere predio de Segusd, qua vtique possessione predium memoratum propter sui vicinitatem ac alias comoditates suas populum indigebat et idem ipse in permutacionem ipsius possessiones quasdam terras nomine Lusa Bugna et Turnoa in comitatu Zaladiensi, que ab Elia filio Laurencii crimine infidelitatis notato atque defuncto sine heredibus secundum approbatam regni consuetudinem in manus suas fuerant deuolute, fecit assignari cum foro suo nobilibus antedictis, liberas vtique ab omni exaccione et immunes ita videlicet, vt nec des(c)ensum banatus nec collectam marturinarum nec consimiles census soluere teneantur. Nos itaque prescriptum concambium post mortem eiusdem pie recordacionis nimium inportunam(!) iamdicto predio de Seguesd ad nostras manus deuoluto, cum quod tam per eminentem virum fuerat ordinatum, cum eciam quod dicta possessio nobis fuerat necessaria, ratum habentes atque firmum, sic prenominatas terras Elye cum suis marturinis ac mancipiis liberas contulimus, sicut per prefatum fratrem nostrum fuerat ordinatum; volentes, vt prefate terre in vniuersis commoditatibus suis iamdictis nobilibus respondeant vt et decet. Quarum condam terrarum termini quemadmodum Johanne filio Zetk homine dilecti nostri Dyonisii ducis et bani tocius Sclauonie, quem de uoluntate et mandato nostro ad easdem circuendas transmiserat, referente percepimus hoc ordine distinguntur: prima meta terre Lusa incipit iuxta Drauam ab oriente et cadit ad stagnum que mochua(r)a vocatur, eundo in eodem modicum versus partes occidentales peruenit ad arborem narfa, vbi est meta terrea; ac demum reflectitur ad meridiem et uadit ad vnam vallem que ducit in paludem malaca nomine et ibi procedendo parumper exit de malaca antedicta et uadit ad arborem narfa et de illa vadit per nemorem et transeundo illud peruenit ad magnam viam paratam de terra ibique est meta terrea; inde incipit ire per magnum spacium, peruenit ad aquam Stirue ibique est meta terrea et inde vadit alte multum per eandem peruenietque ad quendam fluuium et ibi est meta terrea et inde procedendo per eundem fluuium peruenit ad caput eiusdem fluuii et inde exit ad vnam viam vbi est meta terrea et per illam viam procedendo intra vineas tendit ad magnam arborem de ilyce que wlgo potoychafaia vocatur et in caput cuiusdam fluuii que Stimisa vocatur et vadit per aquam illam ad partes septemtrionales in magnum montem in cuius cacumine est meta terrea in arbore fabo(!) que bikfa vocatur ibique dimittit tenere metas cum filiis Christiani et incipit tenere cum filiis Bratke iobagionibus castri Zaladiensis; et inde eundo per siluam inferius ad vnum fluuium et transeundo illum exit in montem planiciey, ibi est meta terrea; et demum procedendo tendit inferius et cadit ad vnum fluuium, ac inde plane

procedendo inferius exit de fluuio ad partes septemtrionales in arborem querku(!) ubi est meta terre, ibique tenet metas cum Gregorio filio Martini et inde transit per magnum nemus ad arborem narfa, ubi est meta terrea et inde procedendo cadit ad aquam Phinche(!) ibique ultra aquam tenet metas cum Vid(e), et inde per eandem aquam vadit inferius ad metam terream et deinde eundo versus Drauam perueniet ad magnam viam Warosd et per eandem tendit versus orientem peruenit ad vnam arborem de ilyce, ubi est meta terrea ibique tenet metas cum Mauricio, et inde iuxta terras dicti Mauricii uersus septemtrionem procedendo, cadit in Drauam et ultra aquam tenet metas cum magistro Mychaele, et per eandem aquam Draue peruenit ad portum Pudosi, qui ad nobiles pertinet antedictos, et inde descendit ad metam priorem, vbi fuerat incepta. Item prima meta terre Bugne incipit in magno arbore de ilyce, vbi est meta terrea et ibi tenet meta(m) cum Cruciferis sancti sepulcri; inde autem procedendo versus meridiem peruenit ad aquam Bugne vbi est meta terrea in quadam arbore que wlgo egerfa nuncupatur; et inde transit aquam Bugne et ascendit supra montem et hinc descendit ad vnum fluuium, et inde plane eundo iuxta siluam ascendit montem, vbi est meta terrea in arbore castanea, et inde tendit versus meridiem ad metam terream ibique coniungitur terre Georgii comitis filii Lucach; deinde autem plane procedendo uersus occidentem cadit in vnum fluuium ibique tenet metas cum Stephano filio Pothey et ab hinc per eundem procedendo ascendit montem vnam, vbi est meta terrea, et inde descendit ad aquam Bugne, quam transeundo venit in locum ubi est meta terrea super piro ibique tenet metas cum filiis iobagionum castri Zaladiensis qui vocantur de genere Mortunus, deinde eciam tendit versus septemtrionem ad metam terream, ab hinc uadit in magnam viam et venit in locum, ubi coniungitur terre Bu(r)ezeuch, et inde procedendo vadit ad orientem in magna uia et per eandem venit ad uias in modis(!) crucis, vbi est meta terrea ibique coniungitur terre Vichen et eciam terre comitis Georgii, et per eandem viam venit iterum ad metam priorem ibique terminatur. Preterea prima meta terre Turnoa que est intra Drauam et Muram incipit de uilla Pet(ru)slow que Berzeuch uocatur apud fluuium eiusdem ville et vadit per eundem inferius ad locum, ubi exit ad magnam viam uersus partes meridionales, et per eandem viam vadit ad metam terream, que est sub ilyce ibique est commetaneus suus Pet(r)uslow, et inde uadit per eandem viam uersus orientem et tendit ad terram magistri Mychaelis que Lednuche uocatur, ubi eciam est meta terrea; ab hinc eundo ad aquam peruenit Turnoa uersus partes meridionales, quam transeundo cadit ad magnam viam et eundo pertransit et uenit ad frutices salicis et inde uersus occidentem eundo peruenit ad ilicem, ubi

est meta terrea ibique tenet metas cum Georgio comite; inde uersus septemtrionem ad arborem narfa et tenet meta cum filiis iobagionum castri de Zala et inde plane procedendo ad septemtrionem peruenit ad aquam Turnoa, et inde uadit ad magnam viam ubi est meta terrea; et inde procedit eundo ad montem et inde plane procedendo per siluam coniungitur terre Geuk ibique est meta terrea in uiminibus, et inde uersus orientem et cadit ad fluuium qui ducit uersus meridiem usque ad supradictam terram Berzeuch in priorem metam ibique terminatur. Ut autem hec permutacionis series robur obtineat inconcussum nec unquam processu temporis possit ad quempiam in irritum prouocari, presentem paginam sepedictis nobilibus contulimus duplicis sigilli nostri munimine communitam. Datum in Seguest anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, VII kalendas nouembris, regni autem nostro anno nono.

Iz prijepisa kaptola čazmanskog (datum die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli anno dom. mill CCC nonagesimo) od g. 1390. 18. dec. što ga moli: »Fabianus presbiter rector ecclesie sancte Trinitatis de Lyudbreg« — prepisano po istom kaptolu 1394. 18. dec. (feria sexta proxima ante festum beati Thome apostoli), a moli ga: »Thomas filius Petri de Seymouch«. Izvornik ovog potonjeg na perg. u kr. ug. drž. ark. u Budimu: Dl. 35.900. Bivša zbirka Kukuljevićeva.

Kukuljević: Reg. 468.

218.

1244, 29. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Fili prepozitu zagrebačkomu posjed što mu ga je darovao herceg Koloman.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue vnitatis. Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Tenore presencium vniuersis uolumus fieri manifestum, quod cum quasdam possessiones que ob magnam et notoriam infidelitatem suorum possessorum ad manus regias fuissent deuolute, nos eas karissimo fratri nostro Colomano regi et duci tocius Sclauonie piissime recordacionis contulissemus, quasdam uero idem rex quas empcionis titulo possederat uel alias quoquo modo iusto modo ad eundem deuenerant, sibi pleno et perpetuo iure cum omnibus ipsarum pertinenciis conferendo in perpetuum possidendas, ad peticionem ipsius eo

tempore cum assumpto signo crucis contra Paterinos in Boznam et in terram Rame pro nomine Christi proficisceretur, confirmassemus terras omnes specialiter et per singulas in litteris nostris secrecioris sigilli nostri munimine auree uidelicet bulle nostre exprimentes, quas eidem dederamus, ita, quod ex ipsis omnibus liberam haberet facultatem disponendi, conferendi, donandi et quocunque modo alienandi secundum sue beneplacitum uoluntatis. Accidit vt magister Phyle prepositus Zagrabiensis atque fratres sui Thomas comes et Petrus, per Bertrannum fratrem Symonis de Bayoch maritum uxoris quondam Salomonis bani nomine uxoris sue, super terra Heyreh et eiusdem pertinenciis in nostram fuere citati presenciam, qui nomine uxoris sue eandem terram in ordine iuris coram nobis peciit restitui, asserens ipsam terram cum suis pertinenciis a priore marito uxoris sue Botyz comite fuisse collatam, super qua collacione litteras capituli Albensis, que tamen nullam mencionem faciebant de dicta donacione specialiter et litteras capituli Bachyensis alias exhibuit, que etsi mencionem faciebant continebatur tamen in eisdem, quod non in presencia capituli ipsius, sed coram uno concanonico ipsius capituli ad peticionem ipsius Batyz transmisso fuerit talis facta confessio. E contra magister Phyle prepositus Zagrabiensis pro se et fratribus suis respondit, quod ab eis restitucio peti non debuit, cum iam dicta terra cum suis pertinenciis per karissimum fratrem nostrum Colomanem (!) regem ducemque in commutacione quarundam terrarum suarum, utpote pro terra quam habebant in Wamus ad uiginti aratra donacione ipsius fratris nostri et super terra Kyliani quam habebant empticiam iuxta eandem, super qua litteras capituli Agriensis (!) exhibuere et super terra Musd et duabus uineis Farcasii filii Cebze in comitatu de Borona, vnde similiter litteras capituli Quinqueecclesiensis exhibuere, ad eos fuerit deuoluta. Super quibus omnibus priuilegium fratris nostri predicti autenticum uidelicet de commutacione facta exhibuit, cuius tenor talis est:

(Slijedi listina hercega Kolomana od g. 1237. br. 37.)

Et quod idem rex predictam terram legitime possederit, ipsamque eis de iure dare potuerit, litteras confirmacionis eidem fratri nostro a nobis datas secrecioris sigilli nostri munimine auree uidelicet bulle nostre nobis presentauit super ipsa terra Heyreh cum suis pertinenciis et alia Luder nomine, similiter cum suis pertinenciis, quas predicti magister Phyle et fratres sui in commutacione receptas possidebant; et quamuis prepositus et fratres sui supradicti satis euidenter et racionabiliter declarassent priuilegium nostrum antedictum, quia tamen, vt plenius apareat causa alienacionis terrarum a domino suo, quia sicut dicitur ueritas sepius exagitata magis splendescit in lucem, ad probandam et excludendam

huius rei ambiguitatem litteras capituli Quinqueecclesiarum in quibus factum iudicium nostrum continetur, quod et nos meminimus, idem prepositus exhibuit in hunc modum:

(Siijedi listina prepozita Farkaša od oktobra 1240. br. 110.)

Nos igitur hys et aliis plenius intellectis et maxime cum memores essemus uerborum karissimi fratris nostri regis iam dicti, qui personaliter peciit a nobis confirmacionem terre iam dicte aliarumque terrarum suarum cuique credere debuimus et debemus per omnia, respectumque habentes ad confirmacionem auree bulle, que nonnisi comperta ueritate et propria noticia regia dari consueuit, predictam terram cum suis pertinenciis Heyruh(!) nomine supradicto Phyle preposito et fratribus suis, quoniam iura ipsorum exibita(!) rei apciora et uero proximiora inspeximus, consensu iobagionum nostrorum adiudicauimus et sentenciauimus iure perpetuo possidendam, predicto Bertranno nomine uxoris sue perpetuum silencium imponentes. Ceterum et hoc patere uolumus vniuersis, quod cum multe ymmo plurime terre et possessiones, quas prius fratri nostro karissimo contuleramus sub predicta confirmacione bulle auree nostre, que usque ad obitum ipsius fratris nostri per eundem non fuerant ordinate uel donate alias et que iam exigentibus peccatis nostris ipso uiam vniuerse carnis ingresso ad nos sunt deuolute, continerentur; nos ipsam confirmacionem a magistro Phyle preposito Zagrabiensi, qui eandem retinebat pro stabilitate terrarum suarum, Heyreh uidelicet et Luder, cum earundem pertinenciis quas predictus frater noster in commutacionem terrarum suarum supra memoratarum et pro recompensacione seruiciorum suorum contulerat sibi et fratribus suis, necessario habuimus eandem et nouimus ad nos recipere et auferre ab eodem; ea tamen adhibita cautela, ut magistro Phyle et fratribus suis super terris iam dictis, Heyreh uidelicet et Luder cum suis pertinenciis, que in confirmacione auree bulle nostre dicto fratri nostro collate continebantur eo tenore, vt cuicunque supradictus frater noster terras iam dictas, uel alias quascunque conferret, firma et perpetua stabilitate permanerent, eisdem aliam confirmacionem auree bulle nostre loco eiusdem quam recipimus conferremus, quam et habito omnium iobagionum nostrorum consilio et inspecta confirmacione priore, auree uidelicet bulle nostre, duas ipsas terras Heyreh et Luder cum earundem pertinenciis, que a Botyz comite, prout et per nos et per eundem fratrem nostrum sciuimus ipsius propria et uiua relacione, magistro Phyle et fratribus suis Thome comiti et Petro in commutacionem terrarum suarum per eundem fratrem nostrum karissimum et in recompensacionem seruiciorum suorum datas et collatas intelleximus manifeste, sicut per litteras eiusdem autenticas, prout superius expressas

patet et patuit et nos concedimus et confirmamus firma et perpetua stabilitate eisdem auctoritate regia permanere atque in perpetuum robor sibi et suorom(!) successoribus secrecioris sigilli nostri munimine auree uidelicet bulle nostre corroborari decreuimus. Datum per manus uenerabilis patris Benedicti Colochensis archiepiscopi aule nostre cancellarii; uenerabili patre Stephano archiepiscopo Strigoniensi, Bartholomeo episcopo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Stephano Zagrabiensi, Blasio Chanadiensi, Artolpho Ultrasiluano episcopis ecclesias dei salubriter gubernantibus; Uincencio in episcopum Waradiensem electo confirmato, Jeuriesi et Vesprimiensi sedibus uacantibus; Ladizlao palatino comite Simigiensi, Dyonisio bano et duce tocius Sclauonie, Matheo magistro tauarnicorum et comite Posoniensi, Demetrio iudice curie et comite Musuniensi, Laurencio wayuoda Ultrasiluano, Bollondo magistro dapiferorum et comite Supruniensi, Mauricio magistro pincernarum et comite Jeuriensi, Stephano magistro agazonum et comite de Urbaz, Balduino comite Nitriensi, Henrico comite Ferrey Castri, ac ceteris magistratus et comitatus regni nostri tenentibus. Anno ab incarnacione domini millesimo CC°XL°IIII°, secundo kalendas nouembris, regni autem nostri anno decimo.

Iz izvornoga prijepisa kaptola bačkoga od 25. marta 1356. u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti M. O. D. L. no. 222 (nekoć N. R. A. fasc. 575 no. 21.) — Wenzel Cod. dipl. arpad. VII. pg. 166—170.

219.

1244, 31. oktobra. U Zali.

Bela kralj ugarski i hrvatski pozivlje Trogirane neka mu šalju poslanike, da konačno potvrdi ugovor mira sa Splječanima.

Bela (re d Ongaria, Croatia etc.) alli fidelissimi meritamente prediletti giudici e communità di Traù salute e piena gratia. Habbiamo riceuuto con volto allegro li vostri ambasciatori Marcho G. et D. suo compagno nostri fidelissimi e devotissimi, tanto in riguardo delle persone lorò, quanto di tutti voi, che puramente amiamo. Tutti li fatti vostri, che li vostri ambasciatori, come persone discrete e prudenti hanno procurato, habbiamo espedito à vostro beneplacito a honor della vostra città. Di più habbiamo mandato vn nostro nuncio, acciò vi conti 200 marche, 100, per il padiglione, e cento per il formento; il che, doppo che vi sarà pagato, rilassarete li ostaggi Spalatini, che auete, consegnandoli al detto nostro huomo, senza contradittione. Non habbiamo

Blina, nobilium serviencium nostrorum, qui viginti octo marcas, quibus eandem terram sibi vendiderant, se plene recepisse sunt confessi, suis nobis litteris destinavit, quod et viva voce postmodum roboravit. Cuius mete hoc ordine distinguuntur: Prima meta incipit a litore fluvii Szaua ex oriente ab arbore pomi, circa quam est meta terrea, ubi eciam quidam rivulus nomine Chernez cadit in fluvium predictum, contra cursum cuius proceditur per metas terreas et arbores crucis forma signatas usque alium rivum, qui nominatur Lyztouc, per metas terreas et arbores crucis forma notatas, donec pervenitur ad viam, que transit rivulum, per quam viam exitur de rivo et proceditur per eam ad metam terream, et inde per arbores signatas cruce procedit per nemus paludosum, in fine cuius est meta terrea; deinde per arbores cruce notatas et metas terreas venit ad antiquam viam, per quam ad antiquam viam novellam usque quam viam a sinistris fuerunt commetanei Blinenses, quando dictus prepositus has metas inspexit, sed quia terram Blinensium dedimus postmodum hospitibus de Scytyz, iidem hospites commetanei sunt effecti, postmodum eciam a sinistris commetanei sunt monachi de Toplica, per quam viam novellam, pro metas terreas antiquas et novas venitur ad metam terre eiusdem Stephconis, non huius terre sed alterius, quam possidet ab antiquo, per cuius terre metas venitur iterum usque fluvium Szawa et inde transit ad fossatum Preulaka, et per aquam Scephcina redit in Szawam, per quem revertitur ad primam metam et ibi terminatur. Nos igitur iusto petentis desiderio favorem benevolum adhibentes, terram eandem, presente Damasa villico de Scytyz, vicino et commetaneo et non contradicente, sepedicto Stephconi et suis heredibus heredumque successoribus presentibus regie auctoritatis litteris confirmamus, eas in perpetuam huius rei memoriam; ne videlicet idem Stephco vel sua posteritas temporum curriculo super eadem terra per quempiam valeant indebite molestari, duplicis sigilli nostri munimine, iure perpetuo roborando. Datum apud Sabya anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, septimo ydus novembris, regni autem nostri anno decimo.

Iz prijepisa kralja Ljudevita I. od god. 1359. u arkivu kaptola zagrebačkog.

Tkalčić Monum. episc. Zagreb I. 82—83. — Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. 170—3. II. 153—4. (nepotpuno). — Kukuljević Reg. no. 469.

221

1244, 12. novembra. Kod grada Barša.

Bela kralj ugarski i hrvatski oslobadja Pribiće podložničtva grada Podgorja.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Scitis, nobis cedit ad gloriam et regie dignitatis fastigia sublimamus, si motus nostros virtute clementer perficimus et mansuetudinem seu misericordiam in subiectis exercemus. Eapropter vniuersitati vestre declaramus harum serie, quod nos considerantes multimodas querimonias dilectorum et fidelium nostrorum filiorum Priba de Podgoria, Cherna scilicet Prodani Protuch, Iwnusk Pulk, Borimeri Cuplen, Mirri Meynarti, Hocen Hlapona, Stebne, Chedomer, Wlcoy Thome et Woyn, quod cum ipsi et eorum progenitores semper fuerunt et sunt nobiles et successu temporum quosdam ex eis videlicet Hodylo Ma(r)tinum filium Nadoy, Ztepan, Wlkan, Pribineg, Radozlaw, Bogdan, Oscel, Ladisla, Horkota, Dragota, Matyas, Zlobyna, Iwanus, Perilow, Wlchylo, Nezda, Wlkona, Herkan, Bolyzlau, Dyminco, Goztiuoy, Plauina, Merga . . . chizlaw, Petrina, Plauech, Scelk, Zubuzlo, Cuplen et Belicha ad falsam et prauam suggestionem comites nostri de eodem Podgoria pro tempore constituti in iobagiones castri eosdem traxissent et supplicarunt nobis humiliter, vt eosdem inquisita veritate per hominem nostrum pristine restauraremus libertati. Nos igitur quia Dyonisio bano tocius Sclauonie dilecto et fideli nostro, cui acquisicionem veritatis transmiseramus, in hac parte viua voce nobis referente, eosdem prenominatos fuisse nobiles veraciter constitisse. Nos autem precibus baronum nostrorum inclinati, attendentes eciam seruicia eorum meritoria, que nobis (et) regno nostro in confiniis regni nostri impenderunt et impendunt, in reconpensacionem serviciorum eorumdem numero seruientum et aliorum nobilium ipsos de cetero aggregramus et adiungimus et presentibus damus precantem(!), vt prerogatiua aliorum nobilium regni nostri ipsi et eorum heredes sicut antea gaudeant et letentur. Vt igitur per nos huius reintegrate seu restaurate libertatis serie per quospiam malignari volentes non possit nec libeat irritari vel retractari, sed salua semper et inconcussa perseueret, presentes eisdem contulimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum iuxta castrum Bors anno dominice incarnacionis mil-

221

1244, 12. novembra. Kod grada Barša.

Bela kralj ugarski i hrvatski oslobadja Pribiće podložničtva grada Podgorja.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Scitis, nobis cedit ad gloriam et regie dignitatis fastigia sublimamus, si motus nostros virtute clementer perficimus et mansuetudinem seu misericordiam in subiectis exercemus. Eapropter vniuersitati vestre declaramus harum serie, quod nos considerantes multimodas querimonias dilectorum et fidelium nostrorum filiorum Priba de Podgoria, Cherna scilicet Prodani Protuch, Iwnusk Pulk, Borimeri Cuplen, Mirri Meynarti, Hocen Hlapona, Stebne, Chedomer, Wlcoy Thome et Woyn, quod cum ipsi et eorum progenitores semper fuerunt et sunt nobiles et successu temporum quosdam ex eis videlicet Hodylo Ma(r)tinum filium Nadoy, Ztepan, Wlkan, Pribineg, Radozlaw, Bogdan, Oscel, Ladisla, Horkota, Dragota, Matyas, Zlobyna, Iwanus, Perilow, Wlchylo, Nezda, Wlkona, Herkan, Bolyzlau, Dyminco, Goztiuoy, Plauina, Merga . . . chizlaw, Petrina, Plauech, Scelk, Zubuzlo, Cuplen et Belicha ad falsam et prauam suggestionem comites nostri de eodem Podgoria pro tempore constituti in iobagiones castri eosdem traxissent et supplicarunt nobis humiliter, vt eosdem inquisita veritate per hominem nostrum pristine restauraremus libertati. Nos igitur quia Dyonisio bano tocius Sclauonie dilecto et fideli nostro, cui acquisicionem veritatis transmiseramus, in hac parte viua voce nobis referente, eosdem prenominatos fuisse nobiles veraciter constitisse. Nos autem precibus baronum nostrorum inclinati, attendentes eciam seruicia eorum meritoria, que nobis (et) regno nostro in confiniis regni nostri impenderunt et impendunt, in reconpensacionem serviciorum eorumdem numero seruientum et aliorum nobilium ipsos de cetero aggregramus et adiungimus et presentibus damus precantem(!), vt prerogatiua aliorum nobilium regni nostri ipsi et eorum heredes sicut antea gaudeant et letentur. Vt igitur per nos huius reintegrate seu restaurate libertatis serie per quospiam malignari volentes non possit nec libeat irritari vel retractari, sed salua semper et inconcussa perseueret, presentes eisdem contulimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum iuxta castrum Bors anno dominice incarnacionis mil-

lesimo CC. quadragesimo quarto, secundo idus nouembris, regni autem nostri anno decimo.

Iz potvrde kralja Karla od 24. juna 1333., potvrdjene po kralju Ljudevitu 10. jula 1371.

Original te potonje potvrde nalazi se u arkivu jugoslavenske akad. u Zagrebu: Diplomata a. 1244. Ponovno potvrdjeno od kralja Matije I. g. 1484. 17. maja. Datum Zagrabiae decimo septimo die octavorum beati Georgii martiris. Original ove potvrde nalazi se u kr. ug. drž. arkivu u Budimu DL. 36.920 (bivša zbirka Kukuljevićeva.)

Kukuljević Reg. no. 470.

222.

1244, 16. decembra. U Lyonu.

Inocencije IV. papa dozvoljuje arhidjakonu srijemskom, da pored arhidjakonata može primiti i drugi beneficij.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto filio Andree archidiacono Syrmiensi Bachiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi propter ambicionem quorundam, ne quis plures ecclesias vel ecclesiasticas dignitates habeat, sacri concilii constitutio interdicat, apostolice tamen sedis benignitas provide pensans merita singulorum llos nonnunquam gratia prosequitur ampliori, qui moribus ornant scien-, ciam et conversacionem muniunt honestate. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis precibus inclinati, cum archidiaconatus tui Syrmiensis redditus adeo sint tenues et exiles, quod ex eis nequeas comode sustentari, (ut) preter ipsum archidiaconatum, quem te canonice proponis adeptum, recipere valeas aliud beneficium curam habens animarum annexam, si tibi canonice offeratur et una cum archidiaconatu predicto libere retinere, constitucione generalis concilii super hoc edita non obstante, auctoritate tibi presencium indulgemus: ita tamen quod ipsa beneficia debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura nullatenus negligatur. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Si quis autem etc. Datum Lugduni XVII. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 355. str. 191. (iz reg. orig. a. II. ep. 35. fol. 123.) — Wenzel Cod. Arpad. II. 161. — Potthast Reg. pontif. II. br. 11.477. — Kukuljević Reg. no. 471.

*

223.

1244, 21. decembra. U Lyonu.

Inocencije IV. preporuča dominikance nadbiskupu zadarskom, da dobiju obitavalište.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri (Dominico Franco) archiepiscopo et dilectis filiis clero Jadriensi salutem et apostolicam benedictionem. Credentes firmiter et sperantes, ut preces nostras, specialiter cum pro religiosis personis illas uobis dirigimus, adimplere curetis libenter ad ea que religionis fauorem respicere dinoscuntur, nostris litteris uos hortamur. Hinc est, quod cum dilecti filii fratres ordinis Predicatorum de Jadria illuc ad petitionem uestram et ciuium ciuitatis eiusdem, sicut intimantibus ipsis accepimus, fuerint destinati et nondum ibi locum, ubi morentur, congruum potuerint obtinere, vniuersitatem uestram monemus et rogamus attente per apostolica scripta mandantes, quatinus considerato prouide, quam sit utilis in illis partibus fratrum presentia eorundem, ipsis de aliquo loco in quo morari comode ualeant et deuote domino famulari, ad collationem uestram spectante in ciuitate predicta prouidere libenter et liberaliter studeatis; mandatum nostrum taliter impleturi, quod deuotionem uestram exinde dignis in domino commendare laudibus ualeamus. Datum Lugduni XII. kalendas ianuarii pontificatus nostri anno secundo,

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio samostana sv. Dominika no. 2154.) Na listini visi o končanoj uzici olovni pečat s natpisom: Innocentius papa IIII. (majuscula.)

Farlati Ill. sacr. V. 76. — Potthast Reg. pontif. br. 11486. — Kukuljević Reg. no. 501.

224.

1244, 21. decembra. U Lyonu.

Papa Inocencije IV. naläže samostanu sv. Damjana u Zadru, da dozvoli Dominikancima službu božju obavljati u njihovoj crkvi.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . . abbati et conuentui sancti Damiani de Jadria, salutem et apostolicam benedictionem. Credentes firmiter et sperantes, ut preces nostras, specialiter cum pro religiosis personis illas uobis dirigimus, adimplere curetis libenter ad ea que religionis fauorem respicere dinoscuntur, nostris litteris uos hortamur. Hinc est, quod cum dilecti filii fratres ordinis Predicatorum de Jadria illuc

ad petitionem venerabilis fratris nostri (Dominici Franci) archiepiscopi et dilectorum filiorum cleri Jadriensis et ciuium ciuitatis eiusdem, sicut intimantibus ipsis accepimus, fuerint destinati et nondum ibi locum ubi morentur potuerint congruum obtinere, vniuersitatem uestram monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica uobis scripta mandantes, quatinus considerato prudenter, quam sit utilis in illis partibus fratrum presentia eorundem et quod multum merebimini apud deum nostrumque fauorem plenius acquiretis, si, ut dicti fratres in eadem ciuitate manere comode ualeant, iuuamen impenderitis oportunum, ipsis ecclesiam sancti Demetrii de Jadria ad uestrum monasterium pertinentem pro nostra et apostolice sedis reverentia, ut in illa devotum domino famulatum exhibeant, concedatis maxime, cum pro ea venerabilis frater noster (Dominicus Franco) archiepiscopus Jadriensis paratus existat, ut dicitur, compensationem uobis facere congruentem, preces nostras et mandatum taliter impleturi, quod deuotionem vestram exinde merito comendare possimus. Datum Lungduni XII kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Original u ark, gubern. u Zadru, odio sam. sv. Dominika no. 2155. Na listini visi o končanoj uzici olovni pečat s natpisom: Innocentius papa IIII.

Farlati: Ill. sacrum V. p. 79 donosi sadržaj.

225.

1244. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim uredjuje se prodaja neke zemlje u Medjumurju.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod cum Tristan comes ex una parte et Petrina iobagio castri de Sala ex altera una cum Ezen curiali comite Georgii comitis Zalayensis et cum Iwan comite terrigena ad nostram accessissent presenciam, memoratus Petrina coram nobis proposuit, quod aliquam partem de terra sua valentem ad V aratra, que sita est inter Drawam et Muram, Tristano comiti, cuius terre vicina est, pro XII-cim marcis vendidisset. Super quo predictus Ezen curialis comes Georgii comitis tam verbo Georgii comitis quam suo verbo testimonium exhibuit, quod Petrina terram, quam vendit, libere posset vendere, quia sua propria terra est; et hoc idem Iwan comes terrigena cum quibusdam iobagionibus castri Zalayensis affirmavit. Cuius terre mete prima incipit de fluvio Mura ab aquilone in Popowa et ibi sunt due mete de terra; inde per

magnam silvam contra meridiem tendit ad fluvium Regnec; et inde transit ad arborem iagned, sub qua sunt due mete de terra; deinde per campum tendit ad magnam viam, ubi sunt due mete de terra; deinde transiens per magnam viam contra meridiem vadit ad terram filii Cachelin, cuius terre conterminatur: inde vadit ad terram Damasa contra aquilonem et conterminatur terre Damasa; exhinc redit ad terram ipsius Tristani et conterminatur terre eiusdem; deinde transit per magnam viam et directe vadit ad Muram et ibidem terminatur. Ut autem ista empcio firma et illesa perseveret in posterum, in testimonium eius dedimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno gracie M°CC°XL°IIII°, existente venerabili Fila Zagrabiensi preposito, Petro cantore, Barano lectore, Gregorio custode, Petro decano et ceteris fratribus eiusdem loci.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimu. M. O. D. L. nro. 279. (Stara sign. N. R. A. fasc. 484. nro. 6.) Na listini visi o svilenoj vrvci žute boje dobro sačuvan kapt. pečat.

Wenzel: Codex dipl. arpad. VII. p. 184—185. Kukuljević: Reg. no. 473.

226.

1244. U Zagrebu.

Stjepan biskup zagrebački daje Laškoj ulici neke sloboštine.

Stephanus secundus, dei gracia episcopus Zagrabiensis . . . Quod cum Zagrabiensis ecclesia a sancto rege Ladislauo fundata et ex regia liberalitate donata, insultu Tartarorum inenarrabiliter sit desolata et tam rebus quam incolis miserabiliter spoliata et edificiis combustis, hospitibus fugatis et interfectis, ecclesie desolacioni maxime condolentes, necnon incolarum Zagrabiensium dispersioni et periclitacioni omnibus modis compacientes, zelo pietatis inducti, cum honestati ecclesie, tum hospitum utilitati providere volentes, condiciones libertatum, quibus incole civitatis ab antiquo fruebantur, provida deliberacione ex nostro consensu taliter se ordinatas admisimus, approbantes et confirmantes. Que tales sunt: quod videlicet villa Zagrabiensis, necnon hospites de vico Latinorum ad ipsam pertinentes, nullius iudicio astare tenerentur, nisi iudicio iudicis ville, qui fuerit pro tempore constitutus . . .

Tkalčić: Mon. Civ. Zagrab. I. 19. br. 20. priopćuje po rukopisu biskupa Benedikta Vinkovića: »Notitiae episcopatus et episcoporum zagrabiensium«.

Kukuljević: Borba Hrvata s Mongoli i Tatari p. 29. nota 93.

227.

1244. U Zagrebu.

Stjepan biskup zagrebački daruje knezu Marku zemlju Drenčinu.

Stephanus dei gracia episcopus Zagrabiensis omnibus presentes litteras inspecturis salutem in uero salutari. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Gregorius filius Vechezlov de genere Marc filii Brochvn de Brochina quendam hominem cuius terram uiolenter occupauerat, sub proteccione Andree condam comitis de Gora regia auctoritate constitutum ausu temerario in propria domo sua combussisset ac insuper hominem regis dehonestans uerberasset, pro tante infidelitatis excessu persona eiusdem esset ad mortem condempnata et culpis promerentibus laqueo suspensa necnon et quedam ipsius terra nomine Drenchina fuisset predicto A(ndree) comiti a domino rege collata, quam ydem comes fratribus et filio predicti infidelis redimendam exponebat, nec iidem redimere ualuissent, tandem quia uicinitate nobis adiacebat, prout ab illarum parcium nobilibus fuit pro centum et triginta marcis extimata, nos ipsam terram pro eadem sumpma pecunie filio eiusdem et omnibus fratribus et cognatis suis presentibus et non contradicentibus libere comparauimus et comparatam plurimis annis pacifice iusto modo possedimus, quam postmodum dilecto et fideli nostro predicto M(arco) comiti pro fidelibus seruiciis suis loco et tempore nobis inpensis ac eciam inpendendis sibi suisque heredibus contulimus iure perpetuo possidendam, ita tamen, quod nulli nostrorum successorum ipse uel eius posteritas pro dicta terra quicquam deseruire teneantur. Ad hec dictus M(arco) comes se nobis sub sacramento obligauit, quod quamdiu sibi uita esset et comes existeret, omnimodam fidelitatem et seruicium exhyberet. Volumus eciam, quod si alique littere huic facto contrarie coram aliquo iudicum fuerint demonstrate, in nullo per easdem presentibus possit derogari. Ne igitur processu temporis ab aliquo hec nostra donacio queat in irritum reuocari, presentes litteras nostro sigillo roboratas eidem Marco comiti concessimus. Anno domini M^{0}CC^{0} quadragesimo quarto.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.915. (Stara signatura N. R. A. fasc. 1531. no. 4.)

Na listini visi vezica od pergamene bez pečata.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XI. p. 334—5. — Kukuljević Reg. no. 475.

228.

1244. U Dubici.

Ernej sudac dubički i općina daruje redu Pavlina neku zemlju za utemeljenje samostana.

Nos Erney uillicus, Fridericus, Marcellus, Laztisa ac omnes hospites libere uille de Dobycha memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod cum ex omni fauore et diligencia multiplici Colomani dei gracia ducis tocius Sclauonie, Croacie et Dalmacie ad terram Dobicensem, quam robore sui priuilegii nobis et nostris heredibus inreuocabilem stabiliuit, liberaliter fuissemus congregati, idem dominus noster dux Colomanus ductus misericordia spirituali, quoniam piarum mencium pietas piis affluit et arridet, nos rogauit: qua parte libertas terre nostre data ab eodem appetebat et precepit prout ad suos subditos est precipere dominorum, ut heremitis viris religiosis locum in terris nostris concederemus congregandi seu residendi. Vnde ad instanciam et perceptum domini nostri ducis Colomani ipsis heremitis congregatis seu congregandis quandam particulam in terra nostra contulimus assignantes, ubi uiuere ualeant, fructus laborum suorum expendendo. Cuius particule terre cursus talis est. Primo ab oriente incipit super ponte Bychcha in uia magna et per eandem uiam ascendendo iuxta siluam circuit ecclesiam sancti Dominici, in qua suas oraciones soluere deo consueuerunt, ab hinc super monte, ubi finitur dicta silua, per eandem uadit uiam uersus occidentem ad longitudinem ligature viginti et quatuor ulnarum, ibi declinat uersus partes aquilonis ad caput cuiusdam aque erumpentis, de hinc per cursum dicte aque currentis in fossato uenit usque nemus quoddam, quod Chereth uulgariter appellatur, de hinc iuxta dictum nemus recurrit ad pontem Bychcha superius nominatum. Vt igitur nostra donacio ne per labilitatem temporis obliuioni possit demandari, per nos uel heredes nostras in posterum ualeat retractari, ad stabilitatem perpetuam et robur firmitatis eisdem presentes litteras sub sigillo communitatis nostre concessimus roboratas. Datum anno domini M^{0}CC^{0}XL^{0} quarto.

Iz izvorne potvrde kralja Stjepana od g. 1270. na pergamenu u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 35139. (Stara sign. Acta monast. Dubica no. 1.)

Fejér Cod. dipl. IV. 1. 349—351. — Kukuljević Reg. no. 476 i no. 882. (pod g. 1264.)

229.

1244.

Dionizije herceg i ban potvrdjuje prodaju zemlje plemena Grobičeva.

D(ionisius) dei gracia dux et banus tocius Sclavonie universis tam modernis quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino. Quoniam labilis est hominum memoria et rerum turbe penitus insufficiens, idcirco ea que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, litteris annotari et sic usque ad posteros illesa solent conservari Hinc est, quod universorum tam presencium tam futurorum tenore presencium fieri uolumus manifestum, quod cum Adrianus terram quandam de suis cognatis de generacione Grobic, videlicet Dragvila, Bracha, Zulupco et Milco iusto empcionis titulo conparasset, ipsos iam dictos venditores terre predicte coram nobis statuit, qui suam uendicionem uiua (u)oce iuxta assercionem prefati Adriani factam fuisse retulerunt. Igitur idem Adrianus instanter humili precum instancia postulauit a nobis, ut hominem nostrum ad ipsam terram circumspiciendam et certis metis ac terminis undique distingvendam, transmitteremus. Nos vero iustis peticionibus ipsius obtemperantes, hominem nostrum misimus cum ipso ad sepedictam terram circuendam et metis separandam. Qui cum conmetaneis super ipsam terram secundum consuetudinem terre constitutus, nullo contradicente sev prohibente undique metas eleuasset, rediens ad nos metarum ordinem taliter edisserauit. Prima meta incipit ab oriente iuxta fluvium Liscovch iuxta uiam et conterminatur terre eorundem predictorum uendencium; deinde procedendo per eandem uiam et tenendo metam cum eisdem in ipsa uia peruenit ad quendam riuulum et in riuulo tenet metam cum eisdem. Item deinde procedendo superius et diuidendo metas per riuulum peruenit ad caput ipsius riuuli et in capite riuuli habet metam terream cum eisdem. Item deinde declinando uersus septemtrionem ascendit ad monticulum et ibi habet metam cum eisdem. Deinde procedendo et descendendo de monticulo peruenit usque ad predictum fluuium Liscovch. Item deinde procedendo inferius iuxta fluuium ipso fluuio metas diuidendo diuidendo (!) cum predictis peruenit usque ad priorem metam et sic terminatur. Ut autem hec in nostri presencia facta rei series nullis unquam temporibus in irritum valeat retractari, salua semper et inuiolabilis permaneat, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus

dilecti et fidelis notarii nostri magistri Benedicti. Anno domini millesimo CC⁰XL⁰ quarto.

Original u arkivu obitelji grofova Erdödy u Glogovcu. Vide se tragovi visećega pečata.

Cod. dipl. patrius. III. 7. VII. 31—32. — Wenzel Cod. Arp. VII. 175—176. — Kukuljević Reg. no. 477.

Svi su pogrješno čitali siglu D(ionisius) kao B(ela).

230.

1244. U Baču.

Kaptol bački potvrdjuje, da je Ivan sin Farkašev prodao posjed svoj u Sv. Nikoli vukovskom županu.

Capitulum Bachiensis ecclesie uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in domino. Vniuersitati fidelium presentibus innotescere uolumus, quod coram nobis astantibus Juan filio Farcasii ex una parte, Smaragdo preposito de Hanta pro fratre suo . . . do comite de Wlcov ex altera, proposuit dictus Juan, quod . . . . . totam terram suam de sancto Nicholao cognatis suis consencientibus uendidit pro sex marcis, pecunia uero sicut ex partibus sciuimus, plenarie persoluta. Vt igitur res gesta coram nobis stabilitatem optineat, presentes litteras alphabeto intercissas, sigilli nostri impressione concessimus confirmatas. Anno gracie L⁰CC⁰XXXX⁰IIII⁰. Vincencio preposito, Zoen lectore, Symone cantore, Andrea archidiacono Syrmiensi, Anthonio archidiacono Scegediensi, Adriano custode, Nicolao decano, ceterisque canonicis deo feliciter ministrantibus.

A B C

Original znatno oštećen s koga se pečat izgubio, u arkivu kneza Esterházyja u Željeznom (Rep. 47. Fasc. I. no. 1.) — Wenzel VII, 191.

231.

1245, 4. januara. U Spljetu.

Bilješka.

In nomine domini anno eius incarnationis 1245, indictione III., 4. ianuarii, vacante ecclesia Spalati pastore. Temporibus egregii comitis etc.

Farlati Illyr. sacrum III. p. 266 (Ima ovu bilješku: »Hoc est initium cuiusdam instrumenti apud comites de Cindris«).

232.

1245, mjeseca januara. U Zadru.

Knez zadarski daje po nalogu dužda mletačkoga Dominikancima obitavalište u gradu.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Leonardus Quirinus comes Jadere cum suis consiliariis: Marco Bragadino et Philippo Donato salutem in omnium saluatore. Vniuersitati uestre presentibus innotescat, quod cum nos ex parte domini ducis Venetorum recepissemus in mandatis, ut fratribus Predicatoribus in Jadria commorantibus nondum tamen locum sibi deputatum habentibus intra muros in loco competenti prouidere deberemus, cum consilio et assensu totius communitatis Jaderensis domum Marini de Grube cum curte sua et domum Petri Calchine similiter cum curia sua et loculum Malfredii predictis fratribus contulimus perpetuo possidenda, salua tamen in omnibus domini ducis uoluntate ręseruata. Que domus cum predicto Malfredii locello et curiis in toto et summa comprehensa ducentorum et L passuum numerum in circuitu non excedunt et terminantur hoc modo: ex duabus quidem partibus uia publica, a tercia autem parte ecclesia sancti Thome, a quarta uero parte tenuta Grisogoni filii Dimine Senzadeu(!) ambiuntur. Testimonium preterea perhibemus, quod capitulum ecclesie Jaderensis bonam uoluntatem uenerabilis patris bone memorie Dominici Franci quondam archiepiscopi, quam asserebat se habere, iam dictis fratribus de ecclesia conferenda; eo de medio sublato nec ualente complere, quod uoluit in collatione ecclesie sancti Thome apostoli omnimoda bona uoluntate perducere, curauit ad effectum per Nicholaum presbiterum concanonicum suum eosdem inuestiendo in possessionem corporalem eiusdem ecclesie inducendo plebano eiusdem ecclesie Bene nomine uoluntarie eidem ecclesie resignanti, commutatione exhibita competenti. In cuius nostre donacionis testimonium et robur firmitatis presentem paginam predictis fratribus contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Anno domini MCCXLIIII°, mense ianuario.

Original u ark. gubern. u Zadru (odio sam. sv. Dominika no. 2175.)
Na listini visi o pergamenoj uzici odlomak voštana okrugla pečata.
Farlati: Ill. Sacrum V. p. p. 75—6. Kukuljević Reg. nro. 535.

233.

1245, 5. marta. U Omišu.

Ugovor izmedju Omiša i Dubrovnika.

Anno dominice incarnacionis M°CC°XXXX°V°., indicciona tercia, mense marci, V die intrante. Ego quidem Nicolaus filius Chodimiri comes Almisi per bonam uoluntatem meam et per uoluntatem omnes(!) parentes(!) mei et uoluntates toto communi Almisi, uidelicet comes Pribislaus, Ohor, Jura, Rados filius Bodanec, Slomir, Prodan filius Dragan et alii, quorum nomina inferius leguntur, iurauimus super sancta dei euangelia bona fide sine fraude et malo ingenio tenere et obseruare firmam pacem cum omnibus hominibus Ragusii; et similiter omnes homines, qui sunt subtus archiepiscopatu eius usque in nonam generationem et qui sunt subtus comitatu eius, habere firmam pacem et saluare et manutenere illos cum omnibus rebus eorum, ubicunque eos inuenerimus super mare aut super terram. Et ubicunque inuenerimus lignum de Ragusio, ueniam ad illos cum pupis et accipere ab eis quecunque voluerint eis dare per strinam. Et si aliquis homo de Almisio fecerit damnum ad aliquem Raguseum, et ille uenerit ad Almisio querendo iusticiam, et Almisanus ceciderit, omnes despensas, quas Ragusiensis fecerit, componantur ei cum toto damno, et omni(!) damno(!) debet ei emendare cum spensa domini ligni. Et in omni ligno de Ragusio, si fuerit extraneus in ipso, ut sit saluus sicut Raguseus. Et si fuerit Raguseus cum extraneis, ut esset saluus cum omnibus rebus suis. Et si piratus abuerit ca(p)tus aliquo ligno de suis inimicis; portet eum de foris et non ante Ragusio. Et si ligno extraneis(!) steterit in Zaro(!) cum austro esset saluus. Et si steterit in Malonto cum boia esset saluus. Et similiter de porta Sta(nni) usque Ragusium. Et si dominus noster rex Ungarie uenerit super Ragusium et nobis preceperit ire secum, nos ueniamus cum minus eos(!) nos possumus. Et si aliqua(m) predam abuero de homines(!) Ragusii, ut debeam eas saluare et redere communi Ragusii. Et ego comes Nicolaus filius Chodimir iuravi cum C homines(!) de Almisio, et cum supradictis; et insuper iuravi Desco pro toto comuni Almisi, ut esse(n)t firma omnia supradicta. Et hoc sacramentum fecimus cum capitani(s) exercitus Ragusii, et da totum exercitum Ragusii, et a(!) toto communi Ragusii. Et hec sunt nomina, capetanei: dominus Petrus Baleslaui, Bubania Petri; dominus Dobrona Lampredii, dominus Calenda Cernesce, dominus Theodorus Budacie. Et hec sunt nomina comitis galeae: Russinus Goislavi, Grubessa Baleslaui, Petrus Matei, P. Bunde, Cernocal, Jesda, Dobrona, Besina,

Milos, Crela, Drasco, Cranisa, Bela, Miloie, Gledavec, Mateus, Vssemir, Velcoslau, Cibrian, Radoie, Velcoslau, Peruen, Jurri, Ceperna, Perusca, Deses, Bodan, Alexi, Velce, Radomir, Bodam, Dobroit, Dobrina, Cecto, Petrus, Mirsa, Vssemir, Dragan, Petrus, Dragouan, Georgi, Buden, Grubesa, Crisogonus, Bitos, Gradina, Velicna, Bellem, Radoslau, Radoie, Budina, Slovomir, Desimir, Osriena, Gostisa, Cranoe, Desirad, Pupec, Radoslau, Georga, Milen, Qualec, Lubomir, Radouan, Dessco, Radouec, Damian, Radun, Veloslau, Calota, Dragotin, Lutec, Mica, Raden, Dragebrat, Michael, Pasca, Stanec, Dragoslau, Creuatim, Ozicha, Dradicin, Milesa, Belen, Belos, Budina, Dragoi, Minsa, Valtos, Jacobus, Velcina, Belco, Zancul, Dobren, Raden, Desco.

Et ego diaconus Crena iuratus notarius communi(s) Almisi, sicut audivi a supradictis, ita scripsi et manu mea roboravi.

Dodatak.

Potonje ovjerovljenje od g. 1262. 14. jula.

Ego Bartholomeus sancti Symeonis prophete presbiter et notarius, de mandato nobilis viri domini Philippi Contareni comitis Ragusii hoc exemplum exemplavi. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 1262. mensis iulii, die 14. intrante, ind. 5., Ragusii, nichil adens vel minuens, quod sententiam mutet, complevi et roboravi.

Originalni »exemplar« u c. kr. tajnom arkivu u Beču. Rub. Almissa 163/5, Ragusa 427/5.

Wenzel: Codex dipl. arpad. VII. p. 205—6. — Ljubić: Listine I. 67. — Kukuljević: Reg. no. 485.

234.

1245, 6. marta. U Dubrovniku.

Samostan daje zemlje u Šumetu.

Anno incarnationi domini 1245. die 6. martii. Coram vobis subscriptis testibus nos quidem dominus Slavius abbas Lacromonensis cenobii cum toto capitulo fratrum meorum confitemur, quoniam terra dicti nostri cenobii, que est in Jonceto dedimus Rucote filio Obradi tali ordine etc. Hii sunt testes: Bubana Petri et Goyslava Theodori Crosii iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

Mattei Memorie storiche su Ragusa. Rukopis u knjižnici Male brace dubrovačke br. 416. (sl. br. 267.) Tom III. p. 13—14.

Nekoliko riječi od početka ima Farlati Ill. sacr. VI. pg. 291.

235.

1245, 22. marta. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim priznaju svjedoci, da je Stjepko sin Robertov u istinu kupio Črnec.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod constitutis in nostra presentia ab una parte Martin, Pousa et Martinus, filii Dragos; Jacou, Stephcou, Jacus et Gerdona filii Predizlai; et ab altera magistro Stepcone filio Roberti comitis, iidem Martin et ceteri de parte sua annexi superius nominati, possessionem ipsorum Chernehtu vocatam, metis infrascriptis expressam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis, confessi sunt se eidem magistro Stepkoni et per eum suis heredibus, heredumque successoribus iure perpetuo vendidisse pro LXXXX. marcis denariorum, quas se dixerunt ab ipso magistro Stepcone plene recepisse; obligantes se ad expediendum et devincendum ipsam vendicionem prefato magistro Stepconi et suis successoribus ab omnibus qui ipsos eatenus intenderent inpetere vel eciam molestare. Astiterunt eciam Iwan, Jurk, Mylona filii Orcun, Morcun filius Wlkoy, Wlkouoy filius Wlk, Dotlesyw, Donether, Prehizda filii Hertesa, Chernel, Leuchin, Rorilo filii Cherneht, Grobez, Rodizlou filii Odola, Zurian, Rorizlao, Thomas filii Zurizlao, Wlkyna filius Wlcheta cum suis proximis, Jurk filius Merge, Gerdosa et Georgius filii Gerdimer, Mathe filius Wlk, Junk filius Junasa et Myco filius Borz, qui venditionem factam consensu suo ratificantes sine contradiccione aliqua admiserunt. Cuius terre prima meta, sicut nobis partes retulerunt, incipit ubi fluvius Chernechtuu cadit in Zauam et in eodem Chernuch in transverso meatus eiusdem aque ascendit et procedit versus meridiem et pervenit ad alium fluvium Lyztouz nomine, qui fluvius Chernechtu ex toto remanet magistro Stepconi supradicto; abhinc per fluvium Lystouz supradictum procedit versus meridiem in bona longitudine et exit versus occidentem per metas terreas ad arbores cruce signatas, inde pervenit ad quoddam nemus paludosum et pergit per metas terreas et arbores cruce signatas, hinc pervenit ad duas metas existentes iuxta viam, per quam viam procedit versus orientem et eundo pervenit ad aliam viam, per quam vadit et venit ad unum fluvium, qui vocatur Chernehina et transeundo ipsam aquam Chernehyna, vadit in eadem via et pervenit ad silvam que Megnacnea nominatur, hinc pervenit ad unum

potok et per eundem descendit usque Piauihcna et iuxta eundem lacum Piauihcna procedit ad unum fluvium Corita vocatum et transito flumine antedicto, intrat unum Chirt et per eundum iens minime, intrat unum Strusez, per quem vadit ad fluvium Zaue antedictum, inde tendendo per meatum eiusdem aque Zaue revertitur ad primam metam. In cuius facti robur et certitudinem presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in medio quadragesime anno domini M. ducentesimo quadragesimo quinto.

Iz prijepisa kralja Ljudevita od g. 1359. U arkivu kapt. zagr. Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 83—84. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. II. 188. (Nepotpuno po kopiji XVI. vijeka) i VII. 202. (po Tkalčiću). — Kukuljević Reg. no. 486.

236.

1245, 10. aprila. U Spljetu.

Slava kći Bune Turbe pravi testamenat.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, indictione tertia, mensis aprilis, die decimo intrante. Temporibus domini Vgrini uenerabilis archielecti Spalatensis et incliti comitis eiusdem ciuitatis, iudicum Duimi Formini, Dese Michaelis et Johannis Vitalis. Ego quidem Slava olim filia Bunne Turbe posita in monasterio sancti Benedicti, licet egra corpore, tamen sana mente integraque memoria do in eodem monasterio pro anima mea meorumque defunctorum, uidelicet medietatem meam de furno, de quo furno habent heredes Marie mee sororis alteram medietatem. Verum tamen usque dum uixerit Hatena soror mea, possidebit furnum ad omnem uoluntatem suam et post mortem eius remanebit medietas mea de furno in potestate dicti monasterii faciendi ex ea omnem uoluntatem suam. Testes sunt presbyter Martinus Mansule, Lucarus Stresii, Gregorius filius Grube et Nicolaus filius Petri Marule. Et ego Cumanus clericus comunis Spalatensis iuratus notarius rogatus a predicta Slava scripsi et consueto roborationis signo complevi.

(Signum notarii.)

Original u arkivu koludrica svete Marije u Zadru.

238.

1245, 11. aprila. U Dubrovniku.

Knez Marin Baduarij potvrdjuje, da je namiren sa svojom platom.

Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mensis aprilis undecimo die intrante, indictionis tertie, Ragusii. Nos quidem Marinus Baduarius comes Ragusii coram uobis subscriptis testibus confitemur, quoniam comune Ragusii pro salario presentis anni nostri comitatus Ragusii dedit et liberauit nobis septingentas uiginti libras denariorum paruorum uenetianorum et alias ducentas octoginta libras denariorum paruorum uenetianorum, quas dictum comune Ragusii occasione bandorum presentis anni debuit dare nobis, iam ipsum comune ad plenum dedit et pacauit eas nobis, que omnes prenominate libre fuerunt per summam mille libre, de quibus omnibus prenominatis mille libris prenominatum comune Ragusii clamo et dico quittum, scapulum et securum in perpetuum. Hec autem carta securitatis in sua firmitate permaneat et nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Michael Pezane iuratus iudex Ragusii, Nouelus miles prenominati domini comitis Phillippus Cassulo de confinio sancti Jacobi de Luprio de Uenetia, Petrus Taualicus de confinio sancti Paterniani de Uenetia. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scripsi, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu (zbirka saec. XIII.)

239.

1245, 22. aprila. U Lyonu.

Inocencije IV. papa rimski ovlašćuje biskupa zagrebačkoga, da ga ni jedan papin legat bez naročite dozvole rimske stolice izopćiti ne može.

Innocencius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Stephano) episcopo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas sincere obsequencium uota fidelium fauore beniuolo prosequi consueuit et deuotorum personas, quas in sua deuocione promptas inuenerit et feruentes, quibusdam titulis decentius decorare. Vt igitur ex speciali deuocione, quam ad nos et romanam

ecclesiam habere dinosceris, sentias tibi fauorem apostolicum accreuisse: vt nullus delegatus uel subdelegatus, executor aut conseruator, auctoritate sedis apostolice uel legatorum ipsius, in te uel ecclesiam tuam excommunicacionis, suspensionis aut interdicti sentencias ualeat promulgare absque mandato sedis apostolice speciali, faciente plenam de hac indulgencia mencionem, auctoritate tibi presencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dutum Lugduni X. kalendas maii, pontificatus nostri anno tercio.

Liber privileg. episc. Zagrab. list 82.

Tkalčić Monum. episc. Zagrab. I. 84. i Monum. civit. Zagr. I. 19—20. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 341. donosi kratki regest. — Kukuljević Reg. no. 490.

240.

1245, 26. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski poklanja knezu Hudini posjed Medjurječje, što se hrabro borio proti Tatarima.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue vnitatis. Amen. Bela dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex in perpetuum. Circumspeccio regum prouida exemplo inuitati, ad seruicia et probitatis studia forcius accendantur. Hac igitur consideracione inducti, ad vniuersorum presencium posterorumque noticiam harum serie uolumus peruenire: quod cum fidelis noster comes Hudina a multo tempore grata nobis fidelitatis obsequia impendisset, sed et sua absque diminucione aliqua, ad nostra beneplacita uoluntatis exponendo idem ipse de uirtute in uirtutem gradiens, eo maxime tempore, quo subita Tartarorum irrupcio graue dispendium regno nostro ingessit, nobis pariter et nostris ultra Drawam profectis, pro suo posse, per omne temporis spacium, quo moram ibidem traximus, iuxta nostri honoris decenciam fideliter affuit et deuote, laboribus et expensis rerum suarum quos et quas sub obtentu gracie nostre se et suos subire oportuit, pensatis minime uel curatis. Tandem nobis uersus maritima progressis, iam dictus comes Hudina pro honore corone regie in regno nostro existens, personam suam suis uiribus contra Tartaros antedictos sepe ac

sepius exponere non expauit, laudabiliter preliando, ubi eciam inito conflictu cum eisdem, post multorum cognatorum suorum necem et post multiplicem cruoris sui effusionem, prout nobis ueraciter constitit, maximam nostrorum multitudinem ab hostili impetu defensauit. Porro cum de maritimis rediremus, duce Christo, prememoratus comes Hudina nos et nostros honestate debita receptans, effudit largiter quidquid fuerat oportunum. Hiis itaque et quam pluribus huiusmodi fidelitatis operibus, pie circa ipsum inducti, eundem comitem Hudinam, cum quatuor consanguineis suis, Petro uidelicet, Gurke, Bogdano et Potochino in aulicos et seruientes nostros recepimus speciales, cui eciam in recompensacionem tam eminencium seruiciorum suorum et ut aptior ad obsequia habeatur in futurum, quandam terram Wiscuz uocabulo, ultra Drawam, in comitatu Simiguiensi existentem, de regia liberalitate duximus conferendam et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam. In cuius collacionis corporalem possessionem ipsum per fidelem nostrum Ladislaum palatinum et comitem Simiguiensem auctoritate regia fecimus introduci. Cuius terre mete, sicut per litteras prefati Ladizlai palatini et comitis Symigiensis nobis constitit, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit ab oriente ab aqua Ribinac apud duas arbores, quarum una gurtanfa dicitur et altera auellana, inde tendit per eandem aquam Ribinac uersus meridiem perueniens ad aquam Ratcha et incipit tenere metas cum Alexio filio Moys, ubi sunt due mete terree sub arboribus scilicet sub orno et piro, deinde per eandem aquam Ratcha tendit per partem meridionalem et ibi est meta terrea sub arbore gurtanfa, et inde progrediens per eandem cadit in aquam Chasma, ubi est meta terrea sub arbore tulfa et incipit tenere metas cum populi de Garig. Inde uero per Chasmam tendens inferius ad occidentem peruenit ad pontem, ubi est magna uia, ubi eciam sunt due mete terree sub arboribus, quarum una tulfa dicitur et altera rekecia, incipiens ibidem tenere metas cum episcopo Zagrabiensi, deinde uero tendens per eandem aquam Chasma peruenit ad arborem pomi, sub qua est meta terrea, inde uero protenditur ab locum, ubi propter innundaciones aquarum meta terrea fieri non potest, sed est arbor cruce signata, que arbor tulfa dicitur et ibi incipit tenere metas cum populis Chesmice, demum quoque iuxta eandem aquam Churnuc progreditur superius uersus septemtrionem, ubi est meta terrea sub ulmo et iuxta eandem aquam tendit ad arborem que dicitur gurtanfa, sub qua est meta terrea et ibi incipit metas tenere cum Dyonisio bano. Deinde uero uertitur ad orientem per eandem aquam Churnuc, de qua tendit usque ad aquam Musina, de qua eciam transiens peruenit ad campum, ubi est meta terrea sub arbore gurtanfa, inde uero tendit uersus meridiem ad magnam uiam, que uadit per metas terreas

uersus orientem ad tres tylias, sub quibus sunt mete terree et ibi incipit tenere metas cum filio Woinch bani et de ipsa uia uadit uersus meridiem ad campum, ubi sunt due mete terree et de illis duabus metis peruenit ad caput Ribinac, scilicet ad priorem metam, tenens cum predicto filio Woinch ibique terminatur. Vt igitur hec a nobis facta donacio robur perpetuum optineat, presentem concessimus paginam caractere bulle nostre auree communitam. Datum per manus dilecti et fidelis nostri magistri Benedicti, reuerendi archiepiscopo Colocensis et aule nostre cancellarii. Venerabili Stephano archiepiscopi Strigoniensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Blasio Chenadiensi, Stephano Zagrabiensi, Benedicto Jauriensi, Heymone Wachiensi episcopis; sede Wesprimiensi vacante, Artholpho preposito in sedem Ultrasilvanam electo. Ladizlao palatino et comite Simiguiensi, Matheo magistro tawarnicorum nostrorum et comite Posoniensi, Dyonisio bano tocius Sclauonie, Demetrio iudice aule nostre et comite Musuniensi, Rolando magistro dapiferorum nostrorum et comite Supruniensi, Arnoldo comite Nitriensi, Mauricio magistro pincernarum et comite Jauriensi, Stephano magistro agazonum et comite de Vrbaz, Balduino comite Castri Ferrei, Cazmerio comite Albensi ac ceteris quam pluribus magistratus et comitatus regni nostri tenentibus. Anno ab incarnacione domini MCCXLV, sexto kalendas maii, regni autem nostri anno X.

Liber privileg. eppatus Zagrab. list 56.

Mikoczi Series banor. M. S. u arkivu Jugosl. akad. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. p. 337—340. — Kukuljević Reg. no. 491. — Kukuljević 83—85. Borba Hrvata s Mong. i Tat. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 84—86.

241.

1245, 14. maja.

Ivan de Metis, templarski meštar odredjuje medje posjeda Gacke.

Nos frater J(ohannes) de Metis magister militie templi per Vngariam et Sclauoniam notifficamus omnibus tam presentibus quam futuris qui presentem paginam inspexerint, nos uero igitur terram, quam sanctus Georgius in Geçka habet, emendauimus. Predicte terre meta prima est arbor que uocatur fagus in teptem, inde progrediens ubi diuiditur una via ad Goriçam, alia uero ad curiam eiusdem monacis (!), inde uero ad arborem que uocatur plathanus, sclauonice topol, inde ad stagnum aque,

inde progrediente (!), ubi iungitur terra de Goriça cum terra monacis uocatur in capitibus; inde uadit per uiam ad Miscina Gori[ça] usque ad putheum, inde per cursum aque eiusdem aque dimi (!) dimidiam partem templariis et dimidiam monacis et in media aqua est lapis; inde uero usque ad montem ubi est crux super lapidem, inde pede montis usque ad primam metam et in monte illo debet(!) pascere et seminare monaci tamquam soli patroni. Et si quis contradixerit factum quam(!) fecimus, maledicatur a deo et a beata uirgine Maria et a sancto Georgio. Actum est hoc et firmatum per consilium fratrum nostrorum, qui fuerunt illo tempore preceptores, silicet (!) frater Johannes preceptor Segniesis, frater Bernardus preceptor de Geçka, frater Petrus miles de Borgona et in tempore abbatis Johanni (!), pristaldus Vel filius Dragosci et Dimnoslau filius Chrançi. Nos uero magister domus milicie templi de hoc statu litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum ab incarnatione domini millesimo CC°XL°V, mense magio(!), die XIIII° intrante, in tempore regis Bele et L(adislao) bano.

Original na talijanskoj pergameni t. j. na obje strane glatkoj, pisan vrlo lijepo pismom knjiga sa slijepim linijama u kr. ug. drž. arkivu u Budimu. DL. 35.826 (bivša zbirka Kukuljevićeva).

Na listini visi o svilenoj vrvci crvene boje dobro sačuvan malen okrugli pečat u običnom vosku. Na polju krilati lav. Legenda: † SIGILLVM TEMPLI MIL(itie) Per HVNGARIAm.

Kukuljević Reg. no. 493.

242.

1245, 15. maja. U Trogiru.

Stana udova kneza Grubeše daje u najam svoju zemlju u Solinu.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, indicione tertia, mense maio die XV intrante, temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis et Stephani de Picica potestatis Traguriensis hoc actum est. Ego quidem Stana relicta quondam Helie filii Grubesse comitis, confiteor me dedisse uobis Michaeli filio Bratossii, Chotenno filio Vyconis, Radossio filio Dragouanni et Bratossio filio Crice de Clissa de uoluntate Gregorii filii mei ad reparandum duo molendina que fuerunt predicti uiri mei posita in uno domo apud Salonam sub hoc pacto: tenemini namque reparare dicta molendina expensis uestris et tenere ea hinc ad decem annos de omni

eorum reddita, sextam partem michi uel meis heredibus persoluentes; expleto uero anno decimo soluam uobis omnes expensas, quas iuramento uestro confessi fueritis uos fecisse in eisdem molendinis et recipiam ea a uobis cum apparatibus suis et vtilitatibus uniuersis; que etiam molendina post dictum terminum michi dare, aliis non licebit, si eadem conuentione uolueritis ea uos accipere, qua tunc cum ipsis potero conuenire, interim autem si per aliquos aduersarios deuastata ipsa molendina fuerint, uos ea reparare debitis; uerumtamen quanto tempore uacuerint usque ad reparationem eorum, tanto ea tenebitis post decimum annum pacto superius memorato. Testes sunt: Stephanus potestas, Jacobus Dabrane et Valentinus filius Petri de Luca.

Ego Nicolaus Alberti examinator manu(m) mea(m) misi.

Et ego Gausinna primicerius et Traguriensis iuratus notarius rogatus ab utraque partium hanc cartam scripsi et signo consueto signaui.

(Monogr. not.)

A B C D E F G H I J L M N

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimu. DI. 35.897 (bivša zbirka Kukuljevićeva).

Kukuljević: Reg. no. 494.

243.

1245, 19. maja. Kod Stolnog Biograda.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje križarima darovnicu kralja Andrije na posjed Laga.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Quod regali auctoritate sancitur fundamento innitur(!) perpetue firmitatis. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum uenerabilis frater Arnoldus magister domus sancti sepulcri de Golgonicha priuilegium felicis recordacionis patris nostri Andree quondam regis Hungarie super donacione terre Laga et confirmacione eiusdem confectum, nobis optulisset, postulans deuote ipsum nostro priuilegio confirmari. Nos eodem diligenter inspecto et reperto, quod legiume fuerat concessum, totum tenorem ipsius

de uerbo ad uerbum his inserentes nostris literis, sic(ut) iuste petebatur, duximus confirmandum. Tenor autem prioris talis est:

(Slijedi listina kralja Andrije od god. 1223. Vol. III. pg. 232—3, br. 207. ovoga zbornika.)

Nos igitur in signum huius perpetue donationis, prius per memoratum patrem nostrum digne facte et nunc per nostram collacionem confirmate, presentes in perpetuam huius rei memoriam litteras dari iussimus, dupplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum apud Albam anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, XIIII⁰ kalendas iunii, regni autem nostri anno decimo.

Na hrptu:

»Super possessione Laga vel Kalch« *(suvremeno).* »Donatio Belle confirmata Kalacz« i »Litterae quae continent in Kalech metas et donationem«.

Na rubu:

VIII⁰ kalendas junii.*

Original »Doc. med. aevi« u kr. zem. arkivu u Zagrebu. Viseći pečat otkinut je zajedno s vrvcom.

Kukuljević: Reg. no. 495. i 505.

244.

1245, 5. juna. U Spljetu.

Nadbiskup Ugolin očituje se glede Spljećana i Trogirana.

Noi Vgolino archieletto e conte di Spalato giuramo sopra li santi euangelii ad honor del signor nostro Bela glorioso rè d' Ongaria di tenere con voi Traurini vera amicitia e compagnia contro tutti gl' huomini; ed esser inimico delli vostri inimici e amico delli vostri amici, e saluare la vostra libertà, e tutti li vostri priuileggi hauer per fermi; riseruata nientedimeno la ragione di quella confirmatione dataui dal rè sopra la compositione della pace fatta trà voi e li Spalatini, il qual priuilegio deue rimaner nella sua fermezza. Fù fatto questo in presenza del conte Butcone e del signore Alessandro colaterale del detto archieletto. L' anno dell' incarnatione 1245., entrando il giorno 5. del mese di giugno, l' inditione terza.

Lucius: Memorie di Traù. p. 64. — Farlati III. 270. ovo preveo na latinski, (ali je pogriješno pročitao datum) a taj prijevod priopćio Katona VI. 67—8. i Fejér IV. 1. 375—376.

---

* Suvremena notica pisara, valjda dan kad je ovu listinu prepisao.

245.

1245, 8. augusta.

Bilješka o darovanju Zdenaca.

Belae regis privilegialis anno gratiae MCCXLV., sexto idus augusti regni autem sui anno decimo, exorta terram quandam Izdench, ultra fluvium Draua in comitatu Simigiesi iuxta Garig et Gorduua existentem, Moys filio Moys palatini, sub metis in eisdem declaratis, per ipsum Belam regem perpetuo collatam, declarabat fuisse.

E sententia iudiciaria Nicolai de Gara palatini anno 1409 emanata. Fejér Cod dipl. Hung. VII. 2. 27. — Kukuljević, Reg. nro. 497.

246.

1245, 18. augusta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa biskupima ugarskim i hrvatskim, neka ne uznemiruju Franjevce. Za mjesec dana ista bula i za Dominikance.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archipresbiteris, archidiaconis, diaconis et aliis ecclesiarum prelatis per regnum Ungarie et Ystrie, Sclavonie, Croacie et Dalmatie provincias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Nimis iniqua vicissitudine largitori bonorum omnium responderetur, dum hii, qui de Christi patrimonio impinguati luxuriant dampnabiliter in eodem, Christum in famulis suis patenter persequi non verentur, ac si factus sit impotens dominus ultionum. Cum enim dilecti filii fratres minores abnegantes salutariter semetipsos elegerint in altissima paupertate Christo pauperi ad placitum famulari, tamquam nichil habentes et omnia possidentes, non desunt plerique tam ecclesiarum prelati quam alii, qui ceca cupiditate traducti proprie aviditati subtrahi reputantes, quicquid predictis fratribus fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant. Vos quoque, qui eos deberetis favorabiliter confovere, molestiarum occasiones varias exquiritis contra ipsos: vultis namque etsi non omnes, ipsis invitis, eorum confessiones audire, ac eis iniungere penitentias et eucharistiam exhibere, nec vultis, ut corpus Christi in eorum oratoriis reservetur, et fratres ipsorum defunctos apud ecclesias vestras cogitis sepeliri, et illorum

exequias celebrari, et si quis decedentium fratrum alibi quam in ecclesiis vestris elegit sepulturam, funus primo ad ecclesias vestras deferri compellitis, ut oblatio usibus vestris cedat, nec sustinentes eos habere campanam vel cimiterium benedictum, certis tantum temporibus permittitis ipsos celebrare divina. Vultis etiam in domibus eorumdem certum numerum fratrum sacerdotum, clericorum et laicorum, necnon cereorum, lampadarum et ornamentorum pro vestra voluntate taxare, ac residuum cereorum, quando noviter apponuntur, exigitis ab eisdem; nec permittitis, ut novi sacerdotes eorum alibi quam in ecclesiis vestris celebrent primas missas, eos nichilominus compellentes, ut in cotidianis missis, quas in suis locis et altaribus celebrant, oblationes ad opus vestrum recipiant et reservent. Quicquid etiam eis, dum celebrant missarum solempnia intra domorum suarum ambitum, pia fidelium devotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contendentes, quod eisdem tam in ornamentis altaris, quam in libris ecclesiasticis absolute confertur, iuri vestro perperam vendicatis, cogendo eos ad sinodos vestras accedere ac vestris constitutionibus subiacere; nec hiis contenti capitula et scrutinia in locis fratrum pro hiis corrigendis comminamini vos facturos, fidelitatem iuramento firmatum ab eorum ministris et custodibus exigentes. Eis quoque, ut in hieme tam extra civitates quam intra vobiscum processionaliter veniant, ex levi causa mandantes, in benefactores ipsorum excommunicationis sententiam fulminatis, et id ipsum fratribus comminantes, eos de locis, in quibus domino famulantur, amovere satagitis, nisi vobis obediant in omnibus supradictis. Ad hec ne fratres ad honorabiles civitates et villas, ubi religiose ac honeste valeant commorari, a populis devote vocati accedere audeant, inhibentes, tam in accedentes fratres quam in receptores eorum excommunicationis sententiam promulgatis. Ab eis etiam de ortorum fructibus decimas, necnon de habitaculis fratrum, sicut de Iudeorum domibus, redditus contenditis extorquere, asserendo quod nisi fratres morarentur ibidem, vobis ab aliis habitatoribus proventus aliqui solverentur. Et ut ipsos subdatis totaliter ditioni, eisdem ministros et custodes vultis preficere pro vestro arbitrio voluntatis. Cum igitur ordo predictorum fratrum per felicis recordationis Innocentium, Honorium et Gregorium predecessores nostros, et nos ipsos sit solempniter approbatus et eorum regula confirmata, ne apostolice sedis statuta, que humiliter suscipere ac servare tenemini reverenter, contempnere videamini, universitatem vestram monemus attente, per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes, quatenus conscientie ac fame vestre salubriter consulentes, universi et singuli a prenotatis et aliis predictorum fratrum gravaminibus penitus desistatis, subditos vestros ab hiis artius compescendo. Alioquin venerabilibus fratribus nostris (Stephano) Strigo-

niensi et (Benedicto) Colocensi archiepiscopis et (Stephano) Zagrabiensi episcopo damus nostris litteris firmiter in mandatis, ut vos ad omnia predicta servanda, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis impedimento, compellant. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Si vero nec sic mandatis nostris curaveritis obedire, noveritis nos super hoc memoratis fratribus aliter, auctore domino, provisuros. Datum Lugduni XV. kal. septembris, pontificatus nostri anno tertio.

Theiner Mon. Hung. I. br. 367. str. 198—199. To isto i pod adresom: Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis et Zagrabiensi episcopo br. 368. str. 199. Iz reg. orig. a. III. ep. 538. i 539. pol. 286. Za dominikance br. 370. str. 200—201. — Wadding Ann. Minor. III. 443. no. 24. — Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 372. no. 88. — Fejér Cod. dipl. IV. 1. 369. — Potthast Reg. pontif. II. br. 11811. i 11812. i za dominikance br. 11878. — Kukuljević Reg. no. 498.

247.

1245, 5. septembra. U Lyonu.

Izbor nadbiskupa spljetskoga.

Treguano Traguriensi episcopo et . . . . . p(ri)ori fratrum Predicatorum de Spaleto.

Ex parte capituli Spaletensis fuit propositum coram nobis, quod olim Spalatensis ecclesia pastoris solatio destituta, ipsi vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, prout moris est, convenientes in unum spiritus sancti gratia invocata dilectum filium H(ugrinum) prepositum Chasmensem Zagrabiensis diocesis virum providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum in suum et ecclesie Spalatensis pastorem et archiepiscopum canonice ac concorditer elegerunt. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut eum idem propter viarum discrimina se nequeat apostolice sedis conspectui presentare, impendi eidem confirmationis munus per aliquem in illis partibus faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus, quatinus inquisita de modo electionis studiis elegentium et electi meritis diligentius veritate, si electionem inveneritis de persona ydonea canonice celebratam, illam auctoritate apostolica confirmantes faciatis eidem electo ab eius subditis obedientiam et reverentiam exhiberi, ac ab eius suffraganeis munus consecrationis impendi, recepturi ab eo postmodum nostro et ecclesie romane nomine fidelitatis solite iuramentum iuxta formam, quam vobis

sub bulla nostra mittimus interclusam; formam autem iuramenti quod ipse prestabit de verbo ad verbum nobis per eiusdem patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quam tutius destinetis. Alioquin ea rite cassata faciatis Spalatensi ecclesie de persona ydonea per electionem canonicam provideri. Contradictores etc. Datum Lugduni nonis septembris, pontificatus nostri anno tertio.

Innoc. IV. An. III° ep. 110. Reg. Vat. N. 21. f. 228. v. — Ripolli: Bullarium praedicut. I. 152. br. 97. — Potthast: Reg. pontif. br. 11.857.

248.

1245, 27. septembra. U Dubrovniku.

Prisega kneza Ivana Quirina.

† In nomine dei eterni amen. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mensis septembris, quarto die astante, dies sanctorum martirum Cosme et Damiani, indictione quarta, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Ego quidem Johannes Quirinus de mandato domini Jacobi Teupuli illustrissimi ducis Uenetie . . . . . *(Prisega kneževa kao obično).* Hii sunt testes: Bubana Petri, Dabrana Lampridii, Michaele Pezane, Goyslauus Theodori Crosii . . . . . Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus Ragusii scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu, jedan dio vlagom uništen. Ispod teksta slova prerezana. Zbirka Saec. XIII.

249.

1245, 1. novembra. U Dubrovniku.

Knez Ivan Quirini potvrdjuje primitak svoje plaće za prvu godinu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mensis nouembris, die primo, Ragusii. Nos quidem Johannes Quirinus comes Ragusinus confitemur, quoniam comune Ragusii pro salario presentis nostri primi anni comitatus Ragusii dedit et liberauit nobis septingentas et uiginti libras denariorum paruorum et dictum comune

Ragusii dedit et liberauit nos alias ducentas octoginta libras denariorum paruorum, quas dictum comune debuit dare nobis occasione bannorum et aliarum offensionum presentis primi anni nostri comitatus Ragusii, que omnes prenominate libre fuerunt per summam mille libras denariorum paruorum, de quibus omnibus prenominatis mille libris denariorum paruorum dicimus et clamamus in perpetuum dictum comune Ragusii quitum et scapulum et sine querimonia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Petrus Ballislaue, Jacobus Andree Goyslaui, Clemens Sersii, Dommana Guereri et Calenda Cerneche iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

250.

1245, 12. decembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje sinovima župana Nikole i Tome imanje Rakovec za osobite njihove zasluge u borbi protiv Tatara.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis amen. Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex in perpetuum. Circumspeccio regum prouida sibi obsequentibus sic debet occurrere, ut ceteri remuneracionis contemplacione prouocati ad fidelitatis opera exercenda forcius accendantur, quia sicut apud cor regis est preciosa fidelitas sic debet, cum claruerit, glorioso munere predotari. Uniuersorum igitur tam presencium quam posterorum noticie harum serie uolumus fieri manifestum, quod cum Abraam et Nicolaus filii comitis Nicolai, Thomas et Bartholomeus filii Thome comitis ab eadem consanguinitatis linea descendentes a flore puericie et tempore iuuen(tu)tis nostre et sue grata fidelitatis obsequia nobis iugiter inpendissent, tum uariis fortune casibus se et sua pro nobis exponendo tum nostre celsitudinis legaciones ultra terminos regni nostri in remotis partibus apud nostros amicos et extraneos studiosius exsequendo, tempore tandem persecucionis Tartarorum per quorum impetum regnum nostrum graue dispendium est perpessum, iidem ob maioris fidelitatis indicium in bello campestri quod cum gente prefata iniuimus uulnera letifera pro honore corone regie receptarunt. Tandem quamquam minima de maximis et

pauca de plurimis referamus, iidem nobis circa maritima moram trahentibus multis retrocedentibus, de quibus spem firmam gerebamus, nos secuti uirtutem uirtutibus cumularunt, nam propriis laboribus et expensis, non parcentes continua fidelitatis opera, exercere non cessarunt, quia quam plures regni nostri nobiles et plebeios ab incursibus predicte barbare gentis enormibus suorum effusione sanguinum deffensantes, utpote fideles et experti laudabiliter conseruarunt. Nos igitur in recompensacione tante fidelitatis et meritorum predictorum, quamquam modicum pro maximo ipsis et per ipsos ipsorum heredibus, terram nomine Rokonuc in ducatu Sclauonie sitam iure perpetuo duximus conferendam et eosdem in corporalem possessionem per fidelem nostrum magistrum Philem prepositum Zagrabiensem auctoritate regia fecimus introduci. Ipsa siquidem terra uacua quondam et deserta Martino bano filio Waie ex predecessorum nostrorum donacione fuerat collata, postmodum ad Robertum bone memorie quondam archiepiscopum Strigoniesem et ab hinc ad Posam banum, a quo ad Ocuz banum et ab illo ad karissimum fratrem nostrum Colomanum regem et ducem Sclauonie empcionis titulo extitit deuoluta, tandem uero dicto fratre nostro debitum carnis exsoluente, in manus nostras sicut decuit est reducta, quam supradictis fidelibus nostris cum omnibus pertinenciis suis, ut ante diximus, contulimus, tradidimus et fecimus assignari. Cuius mete et termini sicut per litteras memorati prepositi vidimus hoc ordine distinguntur: prima meta ipsius terre incipit a fluuio Lana vbi cadit in eundem aliud flumen nomine Erachous, de quo flumine exit ad unam uallem, vbi sunt due mete terree et in eadem ualle ibit superius ad unum berch, vbi sunt due mete terree, per quod berch egreditur inferius ad unam uallem in arboribus byk et eadem uallis cadit ad paruum riuulum qui ibit aliquantulum et cadit ad unum flumen quod dicitur Priscisna, vbi transiit et sunt due mete terree, et hinc progreditur in uallem unius aque et ascendit iterum ad unum berch vbi sunt due mete terree et in eodem berch descendit ad unam uallem in arboribus byk et cadit ad unum flumen Rodowissa et transit idem, vbi sunt due mete terree, hinc uero ascendit ad unum berch in cuius uertice sunt tres mete terree, vbi conterminatur terre et metis populorum castri Kemluk ex una parte et ex altera conterminatur ad aliud Kemluk widelicet populorum domine (Bentichec et) iterum terrę et metis eiusdem conterminatur Roconuk et ex tribus hiis metis ibidem cadit in uiam, per quam uadit in uerticem unius berch descendendo inferius sunt in eadem uia due mete terree, de quibus uero in eodem berch ibit et cadit ad unam magnam uiam, vbi sunt tres mete terree et conterminatur ex una parte terre Dubluzca populis Endri filii Petri et ex altera conterminatur terre Wolcomer et iterum eidem Reconuk (!) et statim transit eandem uiam, vbi

sunt due mete terree, iterum in eodem berch ibit per siluam unam, vbi eciam sunt due mete terree et ulterius eundo in eodem et per totum berch eundo et in fine eiusdem berch sunt due mete terree, per quas itur et descendit in caput unius uallis quod uocatur Scuha Dubluzca, que Scuha Dubluzca ibit et cadit in magnam Dubluzcam et ibidem conterminatur terre populorum comitis Endri ex una parte, uero ex altera populis domine Bentichec et iterum eidem Reconuk et per idem flumen Dubluzca uadit inferius, in eadem aqua tenetur cum Petro et in eadem Dubluzca tenetur cum populis comitis Crisiensis et per eandem aquam tenetur Gustowig et eadem Dubluzca de uia . . . . . . et ibidem transit et ibit in eadem aqua uia exercitus uersus orientem, vbi conterminatur terre subulcorum domini regis, hinc uadit ad unum flumen quod uocatur Scolnuk, vbi est meta, et transit et uadit per campum ad metas in medio campi et hinc uadit directe ad eundem Reconuk, ubi sunt mete, et cadit in idem flumen, vbi tenet Cadmia mete, hinc uero uadit ad flumen Lana et conterminatur terris Cruciferorum et iterum conterminatur ipsius comitatus Moraucha, ac per eundem fluuium uadit superius ad metam priorem. Vt autem huius donacionis ac collacionis series a nobis concesse semper salua ac inconcussa perseueret in posterum, nec ab aliquo successu (temporum) possit aliqualiter retractari presentem eisdem paginam duximus concedendam caractere bulle nostre auree perempniter roboratam. Datum per manus reuerendi patris Benedicti dilecti et fidelis nostri archiepiscopi Colocensis aule nostre cancellarii, uenerabili Stephano archiepiscopo Strigoniensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cletò Agriensi Stephano Zagrabiensi, Bulchu Chenadiensi, Aatolpho(!) Jauriensi, Vincencio Waradiensi, Hemone Wachiensi, Zlando Wesprimiensi episcopis existentibus, sede Ultrasiluana uacante; Dionisio palatino et comite Simigiensi, Ladizlao bano et duce tocius Sclauonie, Matheo magistro tawarnicorum nostrorum et comite Posoniensi, Rolando magistro dapiferorum et comite Supruniensi, Stephano iudice curie nostre et comite Nitriensi, Mauricio magistro pincernarum nostrorum, Chak magistro agasonum nostrorum et comite de Barana, Paulo comite de Sounuk, Herrico de Ferreo Castro, Bogomerio de Zala, ac aliis magistratus et comitatus regni nostri tenentibus, anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, pridie ydus decembris, regni autem nostri anno vndecimo.

Original u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33704.; stara sign. N. R. A. fasc. 1501. no. 13.

Na listini nalazi se komadić svilene vrvce crvene i žute boje; pečat manjka.

Fejér, IV. I. 384—389. — Kukuljević, Borba Hrvata s Mongoli i Tatari 85—87. — Reg. no. 500.

251.

1245.

Stjepan biskup zagrebački dozvoljava čazmanskim kanonicima slobodno raspolagati sa svojim imetkom u oporukama.

Stephanus dei gracia episcopus Zagrabiensis omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos ad peticionem et uoluntatem dilectorum in Christo fratrum nostrorum capituli Chasmensis et quod maius est, dictante iusticia imminenti, sicut in aliis ecclesiis principalibus consuetum est et statutum, euidenti racione concessimus et statuimus firmiter, ut predicti fratres nostri siue in prosperitate sanitatis siue eciam in articulo extremi diei testamento facto et disposito liberam de suis facultatibus et rebus quomodocunque et qualitercunque sibi placuerit disponendi habeant facultatem ita tamen, quod in hoc dictis fratribus nostris nullus possit contraire. Si uero aliquis intestatus decederet, ipsius facultas et res in nostram cedent disposicionem. Concessimus eciam et statuimus, ut redditus canonie fratris iam decessi, qui infra triginta dies percipi debent ad vsum familie eiusdem de medio sublati integraliter amministrentur. Et ne presens nostrum statutum ab aliquibus possit reuocari uel infringi, presentes litteras contulimus in memoriam et confirmacionem huius rei. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

Iz izvorne potvrde biskupa zagrebačkoga Jakoba od god. 1346., 26. juna na pergameni u arkivu kaptola čazmanskoga u Varaždinu fascic. 1. no. 2.

252.

1246, 7. januara. U Trogiru.

Darovanje Drida samostanu sv. Dujme i Nikole.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem 1245., indictione 4., mensis ianuarii, die septimo intrante, temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis, Stephani de Piçica potestatis Traguriensis hoc actum est. Nos quidem Siso archipresbyter, Gausinna primicerius, Thomae filius Dabren, Vita Kerne, Biue Pelegrini, Marinus Pradani, Petrus nepos Duchie, Dabragna filius Matiche, Cassa maior,

Desa filius Mille et Joannes Kilb qui sumus et dicimur et orti de cognatione olim Vitace cum reliquis propinquis et fratribus nostris presentium literarum testimonio confitemur: nos de pura et ylari voluntate contulisse totam terram nostram sitam infra territorium predii Drid apud Rastinicium, que nobis et nostre cognationi pertinere noscitur, monasterio sancti Domnii et sancti Nicolai iure perpetuo possidendum, pariter et habendum pro remedio animarum eorum omnium, qui in predicta terra sortem aliquam habuerunt. Nulli ergo propinquorum nostrorum presentium seu etiam futurorum liceat hanc nostram donationem factam helymozine intuitu infringere, uel ei aliquatenus contraire. Facta est autem a nobis hec concessio cum domina Dessaza filia Gregorii abbatissa, venerabili clero et ciuitatis Tragurii nobilibus vniuersis consecrationis sue conuiuium in domo antedicta monasterii deuote studuit exhibere. Presentibus Vrso archidiacono Marino, Petro Sacrista, Innocentio et Prodde presbiteris, Jacobo Ditigo et magistro Gregorio diaconibus et canonicis ecclesiae sancti Laurencii, Petro de Luca, Nicolao Stocca Matica, Paulo filio Drag(imiri), Cibre Casarize dicte domus iupano, Jacobo Dabrane, Marino Ruge, Donato Saladini, Sabe Husmaro et pluribus aliis tam clericis quam laicis. Ego Joannes Casioti examinator manum meam mitto. Et ego predictus Gausinna primicerius, et Traguriensis iuratus notarius interfui et rogatus a predictis terre consortibus hanc cartam scripsi et signo consueto signaui.

Lucius Memorie di Traù 491. — Kukuljević Reg. no. 483.

253.

1246, 15. januara.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje svojim dvoranicima Ivanu i Litru zemlje u županiji Vukovskoj za zasluge stečene osobito za vrijeme provale Tatara.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie Lodomerie, Cumanieque rex uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Licet regalis munificencie benignitas ad quoslibet manu largiflua habere se debeat illos tamen uberioris et amplioris gracie beneficio confouere tenetur et amplecti, quorum fidelitatis constanciam per experimenta didicit et morum honestatem firmiter comprobatam. Ad universorum igitur noticiam harum serie uolumus pervenire, quod cum dilecti

et fideles nostri magister Iwan et Lyter filius Lyter a primeuis puericie ipsorum et nostre temporibus grata nobis fidelitatis opera inpendissent, maxime tamen eo tempore, quo Tartari regnum nostrum diuina permissione acerbe flagellarunt, ipsi venerabili patri Benedicto archiepiscopo Colocensi et aule nostre cancellario adherentes, honesta fidelitatis opera sibi et in eius persona nostre celsitudini, tum uersus partes maritimas regni nostri negocii qualitate exigente nobis procedentibus, tum eciam in aliis partibus regni nostri nobis commorantibus, inpenderunt, ad honorem regium que fuerant opportuna fideliter adimplendo, adeo quod et numero et merito de obsequialibus nostri lateris sunt non indebite computati. Nos autem, quibus ex officio regie dignitatis incumbit metiri merita singulorum et singulis iuxta meriti qualitatem respondere, cum ipsi copiam terre non haberent, ut apciores possent in antea inveniri, medietatem terre speculatorum nostrorum de Wolcou que Mihali appellatur eis duximus perpetuo conferendam, tam ab ipsis quam ipsorum heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam. Cuius terre mete, sicut per dilectum et fidelem nostrum Enardum comitem de Wolcou intelleximus, per quem ipsos in possessionem corporalem dicte terre fecimus introduci, hoc ordine distinguntur: quod a parte orientali commetaneus ipsorum est Emsa kenezius; et abhinc a capella beate Virginis Marie procedit superius iuxta Scoham (!) et eciam medietate terre Mihali predicte revertitur in terram ipsorum emticiam cum sex metis et ibi tota meta supra dicte terre terminatur. Ne vero hec a nobis facta donacio per aliquem perperam agentem valeat in irritum revocari, sed salva semper et inconcussa perseveret, ad perpetuum robur obtinendum, presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine peremptniter roboratas. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, XVIII. kalendas februarii, regni autem nostri anno undecimo.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 300. (Stara sign. N. R. A. fasc. 647. no. 30.). Na listini visi potpuno svilena vrvca crvene bijele i žute boje, pečat otpao.

Wenzel Codex dipl. Arpad. VII. 209—210. — *Kukuljević Reg. no.* 506.

254.

1246, 24. januara. U Dubrovniku.

Radi se o prodaji soli.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mensis ianuarii, octavo die exeunte, indictionis quarte, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Johannes Quirinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus et populo Ragusii confitemur, quoniam de Petro magistri Mathei decano comparauimus de sale modios octingentos quinquaginta septem yperperis sexaginta sex et charantanos decem de Chrela de Derza et sociis eius Raguseis, quos prenominatos perperos sexaginta sex et charantanos . . . decem nostrum comune Ragusii tenetur dare et liberare eidem Chrele et sociis eius uel commissario ipsorum, habenti hanc cartam cum commisione ipsorum post uenditionem totius salis, quem nostrum comune Ragusii a retro tempore usque ad hunc prenominatum diem uendidit Petro Bogdani de Goyslauo, Dimitrio de Mence et Vitanne de Cerne. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Petrus Ballislaue, Jacobus Andree Goislaui, Dommana Quereri et Calenda Cerneche iurati iudices Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu (zbirka saec. XIII.)

255.

1246, 4. aprila. U Lyonu.

Inocencije IV. papa nalaže Laurenciju nadbiskupu zadarskomu, da skine ekskomunikaciju sa samostana sv. Nikole u Zadru.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Laurencio electo archiepiscopo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . . . . abbatissa et conuentus sancti Nicolai Jadrensis conquesta . . . . . arunt, quod tu in eas nulla competenti monitione premissa sine causa rationabili contra . . . . . ii generalis excommunicationis sententiam auctoritate propria promulgasti. Ideoque discretioni tue per apostolica

scripta mandamus, quatinus si est ita, sententiam ipsam infra octo dies post receptionem presentium sine qualibet difficultate relaxes. Alioquin venerabili fratri . . . . episcopo Parent(ino) nostris damus litteris in mandatis, ut ipse extunc ab eis super hiis, pro quibus excommunicate habentur, sufficienti cautione recepta, sententiam iuxta formam ecclesie relaxet eandem et iniuncto sibi, quod de iure fuerit iniungendum, audiat, si quid fuerit questionis et appellatione remota debito fine decidat et faciat, quod decreuerit per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Prouiso attentius, ut si pro manifesta offensa dicta sententia sit prolata, nisi prius ab excommunicatis sufficiens prestetur emenda, nullatenus relaxetur. Datum Lugduni II. nonas aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

Izvorna bulla na pergameni u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 7. Oštećena, pečat manjka.

256.

1246, 9. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski odredjuje, da knez Hudina i njegovi rodjaci za posjed Medjurečja imaju u vojsku staviti samo jednoga oružanoga konjanika.

Bela dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie Lodomerie, Cumanieque rex uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Quanto regalis prouidencia ceteros dignitatis auctoritate precellit, tanto ea, que per ipsius maiestatem salubriter ac prouide ordinantur, firmiori debent robore stabiliri. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam posterorum harum serie uolumus peruenire: quod accedentes ad nostram presenciam Hodina comes cum cognatis suis, uidelicet: Gurka, Peter, Bogdan et Bothochin, nobis sua peticione monstrarunt, quod pro terra quadam, Wyschust nomine, sita in comitatu Simigiensi, quam eis nostro priuilegio ob fidelitatem suam et seruicia multimoda nobis et corone regie fideliter impensa contuleramus, banus unumquemque ipsorum singulariter compelleret, tam suo exercitui quam nostro, officium exercitus exhibere. Sed cum terre dicte utilitas tanti seruicii laboribus et expensis non subpetat, talem eisdem graciam et merito duximus faciendam, quod de quinque iobagionibus supradictis, nostro et bani exercitui unus eorum cum equis et armis decentibus seruire teneatur. Ita eciam, quod post decessum eorum heredes seu successores eorumdem prenominata gaudeant libertate, nec nos seu successores nostri

*

uel iobagiones regni hanc libertatem infringendi habeant potestatem. Ut igitur hec nostra concessio perpetue firmitatis robur obtineat, nec possit in posterum per quempiam retractari, presentes litteras concessimus ad maiorem rei firmitatem, duplicis sigilli nostri munimine perhenniter roboratas. Datum anno domini MCCXLVI, quinto ydus aprilis, regni autem nostri anno vndecimo.

Liber privil. eppatus zagrab. List 57.

Tkalčić Mon. episc. Zagr. 87. — *Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI.* p. 343—4. — *Kukuljević: Reg.* no. 507.

257.

1246, 24. aprila. U Tranu.

Radi se o prodaji soli.

† Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, imperii uero domini nostri Friderici magnifici Romanorum imperatoris et semper augusti, anno uicesimo sexto, regni uero Sicilie anno quadragesimo nono et regni Jerusalem anno uicesimo primo, uicesimo quarto die mensis aprilis, quarte indictionis. Ego Petrus de magistro Matheo ciue Trani, coram presentia Demetrii, testium imperialium iudicum, notario Petro Scarano, magistro Petro qui uocatur de Asina et Leone filio Roberti de Bonhomine, testibus ad hoc specialiter conuocatis, uelut tradens do tibi Rosso de Begla habitatori Trani fratri Georgii de Begla unum scriptum cum potestate, continens quomodo Johannes Quirinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus et populo Ragusii confessi sunt, comparasse a me modios mille ducentos octoginta quinque et dimidium de sale, pro perperis centum minus decem charubb. (!), quos prenominatos centum perperos minus decem charubb. comune Ragusii tenetur dare et liberare mihi prenominato Petro magistri Mathei et comissario meo habenti hanc cartam, prout hec et alia predicti scripti continet, cum quo scripto liceat tibi tuisque heredibus agere, causari et omnia cum eo ac de eius continentia facere, ut mihi liceret ad exigendum cum eodem scripto a comune Ragusii predictos perperos. Et si necesse fuerit, ego uel meus heres illud uobis firmum faciamus, constituo etiam te procuratorem in rem tuam, ut quicquid cum predicto instrumento a predicto comune Ragusii exegeris tue . . . . . tat vtilitati et tibi retineas tamquam tuum. Pro quibus memoratis mandandis hoc scriptum scripsit Johannes imperiali auctoritate notarius qui interfuit.

(Signum notari.)

† Imperialis Tranensium iudex qui supra Demetrius.
† Petrus Scaranus imperialis Trani pro(curator).
† Ego Petrus de Salerno filius (testis).
Leo de domino Roberto Bonhomo filius testis.

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

258.

1246, 2. maja. U Lyonu.

Inocencije IV. papa oslobadja biskupa i kaptol zagrebački od uzdržavanja papinskih poslanika bez naročitoga zahtjeva papinoga.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri (Stephano) episcopo Zagrabiensi et dilectis filiis capitulo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Ut grauati super prouisione clericorum per sedem apostolicam, que tamquam pia mater illorum preces plerumque non potest indurata facie pertransire, per eam interdum alicuius releuacionis solacio gaudeatis, auctoritate uobis presentium indulgemus: vt ad recepcionem seu provisionem alicuius per nostras litteras generales, seu legatorum apostolice sedis compelli de cetero non possitis inuiti, que indulgencie huiusmodi expressam non fecerint mencionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni VI nonas maii, pontificatus nostri anno tercio.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 82.

Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 342. donosi kratki regest. — Kukuljević Reg. no. 492. — Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 86—87. i Monum. civit. Zagrab. I. 20.

(Svi pogrješno pod god. 1245.)

259.

1246. 4. jula. U Villeneuve kod Avignona.

Inocencije IV. papa daje manastiru sv. Nikole u Zadru privilegij glede nadzora.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiabus . . . . . abbatisse et conuentui monasterii sancti Nicolai Jadrensis, ordinis sancte Clare salutem et apostolicam benedictionem. Licet dilectis filiis nunciis apostolicis ubilibet constitutis et substitutis ab ipsis per alias nostras sub certa forma litteras dederimus in mandatis, ut ecclesias et monasteria aliaque loca ecclesiastica, necnon capitula, collegia et conuentus ac personas eorum secularia et regularia sancti Benedicti et sancti Augustini, necnon Cluniacensis, Cisterciensis, Premonstratensis et aliorum quorumcunquo ordinum exempta dumtaxat ac illa etiam, que ex priuilegio uel consuetudine quoad uisitationem ordinariis non subsunt eorum uisitarent et ab ecclesiis, monasteriis et locis, necnon capitulis, conuentibus, collegiis et personis taliter uisitatis procurationes certo modo reciperent in pecunia numerata, quia tamen intentionis nostre non fuit nec est, quod ipsi loca et monasteria fratrum et sororum minorum, ac sancte Clare ordinum ac conuentus et personas eorum pretextu mandati huiusmodi uisitarent, quod ipsi a uisitacione uestra et quorumcunque locorum et monasteriorum minorum et sancte Clare ordinum, necnon conuentuum, eorum predictorum deinceps abstineant et procurationes, si quas pretextu uisitationis per eos facte in uos et ea forsitan exegerunt, restituant cum effectu, obligationes et promissiones factas per uos uel alios eis pro huiusmodi procurationum solutione facienda illis penitus annullantes. Nulli ergo om(n)ino hominum liceat hanc paginam nostre annullationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Villam Nouam Auinionensem die IIII. nonas iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 8. — Pečat manjka.

260.

1246. 7. jula. U Lyonu.

Inocencije IV. papa diže izopćenje Šibeničana, kojim ih je udario nadbiskup spljetski.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri Treguano episcopo Traguriensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum cleri et populi ecclesie sancti Jacobi Sibenicensis Traguriensis diocesis querelam recepimus continentem, quod Ugrinus Spalatensis electus ante confirmationem obtentam temeritate propria in eos excommunicationis sententiam promulgauit. Propter quod iidem sentientes indebite se grauari ad nostram prouidentiam duxerunt recurrendum. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, dictam sententiam a prenominato electo ante ipsius confirmationem taliter promulgatam auctoritate nostra denuncies esse nullam. Datum Lugduni nonis iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Original u ark. kaptola u Trogiru a. 1246.
Na listini visi o končanoj uzici olovni pečat: Innocentius papa IIII.
Farlati: Illyr. sacr. III. 270. — Kukuljević: Reg. no. 508.

261.

1246. 7. jula. U Lyonu.

Inocencije IV. papa podaje Ivanu nekadanjemu biskupu bosanskomu i dominikancima privilegija.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri (Johanni) episcopo quondam Bosniensi magistro et dilectis filiis fratribus ordinis Predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Odore suaui ordinis uestri continue recreati, eum non immerito fauore speciali prosequimur et ipsius exaltationem plenis desideriis affectamus, quietem ei et alia diligenti procurare solertia intendentes, per que semper optatum auctore domino suscipere ualeat incrementum. Hinc est, quod nos uestris supplicationibus annuentes, ut tu, frater episcope ac magister tuique successores, fratres tui ordinis, qui ad predicandam crucem uel inquirendum contra prauitatem hereticam, seu ad alia huiusmodi negotia sunt uel fuerint ubicumque a sede apostolica deputati, remouere seu reuocare penitus, transferre, ipsisque quod supersedeat iniungere aliosque substituere, cum

expedire uideritis, licite ac libere ualeatis, et in eos, si contrauenerit, censuram ecclesiasticam exercere, ac quilibet prior prouincialis eiusdem ordinis id ipsum in sua prouincia circa fratres ipsius ordinis, quibus in illa similia contingit ab eadem sede committi, facere possit, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc. Si quis autem hoc in cursorem etc. Datum Lugduni nonis iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 95. str. 77. Iz reg. an. IV. ep. 11. fol. 315. — Potthast Reg. pontif. br. 12.204. za 7. jula, a pod br. 12.148. 9. juna iste godine donosi isti regest.

262.

1246, 11. jula. U Lyonu.

Inocencije IV. papa biskupima i svećenstvu po hrvatskim zemljama, da pomognu aretinskom biskupu Marcelinu.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis per Sclavoniam, Dalmatiam et Histriam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Sicut placuit pie recordationis G(regorii) pape predecessori nostro, placet et nobis, quod venerabilis frater noster Marcellinus Aretinus episcopus ecclesie romane negotiis in Anconitana Marchia commoretur. Propter hoc siquidem dictus predecessor vobis, fratres archiepiscopi et episcopi, ac dilecti filii prelati Sclavonie et Dalmatie, suis litteris, quarum tenorem sub sigillo venerabilis fratris nostri . . . . . Ostiensis episcopi tunc Rome manentis perspeximus contineri, districte precepit, quod eidem episcopo in procurationibus subvenire congrue curaretis. Nos itaque volentes, quod dictus Aretinus episcopus huiusmodi adiutus auxiliis efficaciter intendere valeat prefatis negotiis procurandis, ac etiam ut in hiis vobiscum Ystrie prelati contribuant, universitates vestras rogamus et hortamur attente precipiendo mandantes, quatenus eidem episcopo iuxta mandatum predecessoris ipsius subventionem congruam impendatis, non obstante, si de mandato sedis apostolice olim fueritis aliorum profusione gravati. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus etc. observari. Datum Lugduni quinto idus iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 96. str. 77. Iz reg. an. IV. ep. 6. — Potthast Reg. pont. no. 12.218.

263.

1246, 20. jula. U Lyonu.

Inocencije IV. papa opatu sv. Martina i njegovim drugovima, neka se izjave o pripadnosti biskupije bosanske nadbiskupiji kaločkoj.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . abbati sancti Martini de sacro monte Pannonie, . . . diacono et . . . thesaurario ecclesie Vesprimiensis et Jauriensis diocesum, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri (Ponse) episcopi Bosniensis fuit propositum coram nobis, quod cum dudum ecclesia Bosnensi vacante etiam iam lapsa erat peccatis exigentibus in hereticam pravitatem . . . Ragusiensis archiepiscopus, eo tempore ipsius ecclesie metropolitanus, ibidem quendam hereticum in episcopum prefecisset, ibidem in eodem crimine, cum ad eum pervenerit, quod tam ipse quam eius subditi huiusmodi erant labe respersi, quodque in ecclesiis civitatis et diocesis Bosnensis officia non celebrabantur divina, scienter tolerasset; eundem bone memorie J(acobus) Penetrinus episcopus, tunc in illis partibus apostolice sedis legatus, cognito legitime de tante ipsius archiepiscopi temeritatis excessu, prefatam Bosnensem ecclesiam Ragusiensi ecclesie, cuius erat suffraganea, exigente iustitia subtrahens, ipsam ab eius subiectione ac iurisdictione prorsus exemit; postmodum vero bone memorie predecessor venerabilis fratris nostri (Benedicti) archiepiscopi Colocensis primo, ac demum idem archiepiscopus huiusmodi negotium ex animo assumentes, cum Colocensis ecclesia in civitate et diocesi Bosnensi iurisdictionem habeat temporalem, ad extirpandam exinde pravitatem predictam, cum multis diversis temporibus exercitibus construendo et reficiendo in locis idoneis castra pro defensione ipsius Bosnensis ecclesie, tuitione fidei et hereticorum extirpatione, non sine magno expensarum onere ac personarum periculo laborarunt, unde cum eadem terra purgari pravitate predicta nequeat sine magno auxilio ecclesie Colocensis, et Ragusiensis ecclesia in huiusmodi labem lapsa dicatur, prefatus episcopus et etiam carissimus in Christo filius noster (Bela) rex Ungarie illustris nobis cum instantia supplicarunt, ut predictam Bosnensem ecclesiam eidem Colocensi ecclesie subicere paterna sollicitudine curaremus. Quia vero in tanto negotio absque magna deliberatione ac maturitate precedere nolumus, nec debemus, mandamus, quatenus inquiratis super hiis diligentius veritatem, et quod inveneritis nobis fideliter rescribatis, ut exinde per vos instructi,

quod expedire viderimus, disponamus. Quod si non omnes etc. Datum Lugduni XIII. Kal. augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 382. str. 201—202. Iz reg. orig. a. IV. ep. 39. fol. 313. — Farlati Illy. sacr. VI. 98. — Fejér Cod. dipl. VII. 5. 268. — Potthast Reg. pont. II. br. 12.233. — Fermendžin Acta Bosnae br. 70. str. 13. — Kukuljević Reg. br. 509.

264.

1246, 3. augusta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa šalje nadbiskupu kaločkomu znak križa, da vojuje na heretike u Bosni.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Benedicto) archiepiscopo Colocensi, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Amor celestis patrie sic suos allicit amatores, ut in ea iam mentaliter radicati nonnisi in hiis, per que ipsis ad eandem reddatur transitus expeditus, valeant delectari. Cum igitur, sicut accepimus, cursus presentis vite volens feliciter consumare, ac zelo fidei et devotionis accensus cupias contra hereticos de terra Bosnensi assumere signum crucis, ut per hoc possessor fieri celestis patrie merearis, nos tuum laudabile in hac parte propositum commendantes, idem signum de archivio nostro receptum tibi per latores presentium tuos nuntios destinamus. Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, ac in remissionem tuorum tibi iniungimus peccatorum, quatenus ob illius reverentiam, qui in eodem signo mortis amare subivit tormentum, ut humanum genus de mortis faucibus liberaret, dictum signum humeris tuis affigens, illud semper in corde geras votum huiusmodi exequendo viriliter et potenter, ita quod tuus labor fructum et obsequium optatam reportet mercedem, ac exinde divinam gratiam et favorem sedis apostolice uberius merearis. Datum Lugduni III. nonas augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 373. str. 202. Iz reg. orig. an. IV. ep. 55. fol. 317. — Raynaldi Ann. ad an. 1246. § 37. — Pray Hierarch. II. 61. — Katona Hist. crit. VI. 80. — Fejér Cod. dipl. IV. 1, 400. — Potthast Reg. pont. I. br. 12.246. — Fermendžin Acta Bosnae br. 72. str. 13. — Kukuljević Reg. no. 510.

265.

1246, 3. augusta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa javlja nadbiskupu kaločkom, da može posjede heretika podijeliti vjernicima.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Benedicto) archiepiscopo Colocensi, apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Ut negotium fidei contra hereticos melius exequaris, presentium tibi auctoritate concedimus, ut possessiones eorum, quas a fidelibus occupari contigerit, possis concedere eisdem fidelibus eorumque heredibus, prout videris expedire. Contradictores etc. Datum Lugduni III. nonas augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 374. str. 202. Iz reg. orig. an. IV. ep. 56. fol. 317. — Wenzel Cod. Arp. VII. 190. — Fermendžin Acta Bosnae br. 71. str. 13. — Potthast Reg. pontif. 12247.

266.

1246, 5. augusta. U Trogiru.

Treguan biskup trogirski pokorava se sudu nadbiskupa spljetskoga glede šibeničkoga arcipresbitera.

In Christi nomine anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, indicione quarta, mensis augusti, die quinto intrante. Temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis, Petri Luce et Nicolai Albertini iudicum Traguriensium hoc actum est. Nos quidem Treguanus permissione divina memoratus episcopus vobis capitulo Traguriensi presentem fieri fecimus cautionem: quia cum nostre sedis episcopalis honorem non debemus minuere aliquatenus sed augere, manifestius profitemur, quod sententiam quamdudum venerabilis vir dominus Ugolinus (!) archielectus et comes Spalati super institutione et destitutione archipresbiteri et abbatis Sibenicensis, quos in eodem oppido instituеramus et destitueramus, minus provide absque consilio et assensu vestro promulgavit et nostro; vestro voluntatis beneplacito ratam tenebimus in perpetuum, atque firmam, prout in eiusdem sententie licteris plenius continetur expressum, obligantes nos et promictentes firmiter sub nomine iuramenti, quod nullo unquam tempore in ecclesia vel in castro Sibe-

nicensi clericos aliquos ad ordines promovebimus maiores etiam nec minores; archipresbiteros autem vel abbates, qui fuerint eligendi pro tempore ibidem non confirmabimus, neque munus consecrationis impendemus eisdem; vacantes vero ecclesias non conferemus in loco eodem rectoribus aliis vel plebanis; neque ibi causas aliquas audiemus aut litigia quorumcumque; sed hec omnia in castro predicto facere omnimode recusantes, secundum consuetudinem antiquitus consuetam in ecclesia et sede Traguriensi ea curabimus agere, ac velut predecessorem nostrum olim meminimus, studebimus ordinare. Confirmationem enim huiusmodi, seu promotionem, vel cetera supradicta extra sedem facta consueverunt, quandoque cedere in preiudicium ecclesie cathedralis. Testes sunt Sisa archipresbiter, Dragus et magister Georgius canonici Tragurienses, Petrus et Nicolaus predicti iudices, atque Valentinus Casarizze. Ego Joannes Casioti examinator manum meam mitto.

Et ego Gausinna primicerius et Traguriensis iuratus notarius iubente domino meo predicto episcopo presentem paginam scripsi et consueto signo communitam roboravi ipsam, bulla ipsius (episcopi) communivi.

(Monogr. not.)

Original u arkivu kaptola u Trogiru a. 1246. Na listini visi o uzici končanoj ovalni voščani pečat.

Lucius Memorie di Traù 68—69. — Farlati Ill. sacr. IV. 342. Ib. III. 270. fragment. — Fejér VII. 4. 98—99. — Kukuljević Reg. no. 511.

267.

1246, 10. augusta. U Firmu.

Raspra radi jedne oplijenjene ladje.

(Signum notarii.) In dei nomine amen. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, die decimo intrante augusto, indictione quarta, serenissimo domino nostro Friderico in Romano imperio imperante, actum in palatio comunis Firmi, presentibus magistro Todino Beniamini notario, Bono Armani notario, Marco Vitalis, Thoma Jacobi de Morengiano et Beliore Moricopsii testibus presentibus. Coram domino Bonaiuncta iudice comunis Firmi, per dominum Bernardinum de Faventia imperiali mandato potestatem ciuitatis Firmi, sedente pro tribunali Matheus Johannis Pascalis pro se et fratre suo Dominico, qui pro eo portauit res

infrascriptas. In naui quam Zanzius de Ragusa duxit in portu Firmano et riua honerare et incar(i)care, Matheus Basilii pro se et filio suo Matheo, qui fuit cum suis rebus in dicta naui, Marcus de Cacelliano pro suis rebus, quas Johannes eius filius habuit in dicta naui, Gerardus Melioris pro Matheo Johannis boni hominis qui suas res infrascriptas in dicta naui portauit et habuit, ut asserit Johannes Capocius, Palmerius Petri Qualterii, Johannes Natalis, Tebaldus Andree, Albertus Marani et Jacobus Baffionis Firmani ciues, quilibet eorum in solidum pro se et suis rebus et denariis infrascriptis repetendis pro uno quoque eorum fecit, constituit, ordinauit et creauit Alexandrum Francitelli Firmanum ciuem suum uerum et legitinum procuratorem et nuntium ad representandum domino comiti, nobilibus, consilio et comuni Ragusii litteras ipsis comiti et comuni Ragusii ex parte domini presbyteri Decastelione, sacri imperii in Marcia uicarii generalis et ex parte potestatis et comunis Firmi missus super rebus repetendis a Zanzio de Ragusio et eius filio Michaeli, quas predicti Firmani in naui predicta de predicti Zanzii, de super dicti Zanzii(!) et eius Zanzii (!) et filii culpa et dolo et sub eius fiducia et securitate, ut dicunt, et ad responsionem et litteras responsionis de predictis omnibus recipiendas, petendas et reducendas, a dicto comite et comuni Ragusii et ad repetendum et recipiendum et accipiendum a dicto Zanzio et eius filio de Ragusa res atque et denarios infrascriptos, scilicet: has res Mathei et Dominici Johannis Pascalis octo solidos uenetorum grossorum argenti et octo saccos lini et arma et pannos da uestire et de lecto totque, et quos exstimat duodecim libras ualentes et cultellos et lurzas tot, quos et quas exstimat decem solidos uenetorum grossorum; item Mathei Basilii has res scilicet: tres libras et undecim solidos uenetorum grossorum argenti, tres saccos lini et tres ballas pannorum lini et arma et pannos da uestire et de lecto, que et quos exstimat duodecim libras ualentes; item Gerardi Melioris cuius fuerunt res quas ibi habuit Matheus Johannis boni hominis, has res scilicet: tredecim saccos lini, in quibus fuerunt quattuor milliaria minus quarto lini ad Firmanum tres libras et sex solidos uenetorum grossorum et arma et pannos da uestire et de lecto et saccos uacuos, tot que et quos exstimat uiginti libras ualentes et quadraginta solidos uenetorum grossorum, quos dedit in sua persona recoligenda dictus Matheus, a piratis et Sclauis qui eum Matheum et alios Firmanos qui erant in dicta naui ceperunt uoluntate, culpa, dolo et machinatione ipsius Zanzii et suorum, ut dicunt; item Marcii de Caceliano has res: scilicet tres libras et sex solidos uel uenetorum grossorum et tres ballas pannorum lini et arma et pannos da uestire et de lecto, tot que et quos extimat decem libras ualentes et duo de uiginti saccos uacuos et quinquaginta solidos uenetorum grossorum et centum pannos, quod dedit

in persona Johannis sui filii recoligenda a dictis Sclauis et piratis; item has res Johannis Capocii et Palmerii Petri Qualterii, scilicet: tres libras et octo solidos uenetorum grossorum argenti et has res dicti Palmerii solidos septem, saccos lini in quibus fuerunt duo miliaria minus octo rubbis lini ad Firmanum XXVI. cannos panni lini suptilis, quas exstimat tres libras et decem solidos ualentes, uiginti quinque saccos uacuos, quos exstimat quattuor solidos uenetorum grossorum et arma et pannos da uestire et de lecto tot, que et quos exstimat sex libras ualentes et uiginti solidos uenetorum grossorum, quos dedit in sua persona a dictis Sclauis et piratis recoligenda; item Johannis Capocii has res solidos undecim saccos fabe, unum saccum farine, quatuordecim saccos uacuos et arma et pannos da uestire et de lecto et tres alias, tot que et quas exstimat decem libras ualentes et decem solidos uenetorom grossorum, quos dedit in sua persona recoligenda a dictis Sclauis et uiginti tres alios denarios grossos quos habuit in dicta naui; item has res Tebaldi Andree, scilicet: tres libras et quattuordecim solidos uenetorum grossorum, uiginti saccos lini duas ballas pannorum lini pretio quinquaginta libras ualentes, uiginti septem bozziolas fabe et arma et pannos da uestire et de lecto, tot que et quas exstimat decem libras ualentes et quadraginta solidos uenetorum grossorum, quos dedit dictis Sclauis et piratis in sua persona recoligenda et quinque centenaria salis, que iam dictus Zanzius dare promisit certo pretio, accepta ab eodem Tebaldo; item has res Johannis Natalis: solidos tres libras et sex solidos uenetorum grossorum et decem saccos lini in quibus fuerunt tria miliaria minus quarto ad Firmanum, ut dicitur, et octoginta cannas panni lini et arma et pannos da uestire et de lecto, tot que et quos exstimat sedecim libras ualentes et uiginti quinque solidos uenetorum grossorum, que quos dedit dictis piratis in sua persona recoligenda; item has res Jacobi Bafionis, scilicet: uiginti unum saccos stuppe in quibus fuerunt sex milliaria et dimidium stuppe et arma et pannos da uestire et de lecto et tres alias, tot que et quas exstimat decem libras ualentes et decem solidos uenetorum grossorum, quos dedit in sua persona recoligenda a dictis piratis; item has res Alberti Marani solidos decem, saccos lini solidos duo miliaria et dimidium ad Firmanum, duas ballas pannorum lini undecim solidos uenetorum grossorum et arma et pannos da uestire et de lecto, tot que et quos exstimat septem libras ualentes quinquaginta solidos ualentes, quos soluit in sua persona recoligenda a dictis piratis. Ad quas res repetendas et recipiendas unusquisque dictorum Firmanorum pro unoquoque eorum quilibet eorum dictum Alexandrum suum procuratorem et nuntium fecit a dicto Zanzio et eius filio Michaeli et comuni Ragusii et acquietationem faciendam de his rebus et denariis, quas et quos recepit et fuerint sibi restitute et inde

alii neque de aliis, nec de restitutis rebus a dictis Zanzio, eius filio uel comuni de Ragusa, et quicquid per ipsum factum fuerit in predictis et quolibet predictorum per ipsum prócuratorem Alexandrum, quilibet dictorum Firmanorum qui eum procuratorem fecerunt, ratum et firmum habere sub obligatione et ypoteca suorum bonorum promisit et attendere ac seruare. Et dictus dominus Bonauitta iudex huic procurationi suam et comunis Firmi auctoritatem interposuit, ut plus ualeat.

Et ego Valterius Petri Valterii notarius interfui et rogatus ac mandatu dicti iudicis scripsi et publicaui.

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

268.

1246. mjeseca septembra. U Čazmi.

Kaptol čazmanski popisuje medje posjeda Zdenča.

Vniuersum Chasmensis ecclesie capitulum omnibus Christi fidelibus tam modernis quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in Christo sempiternam. Quoniam mundus deceptiuus et senescens simul cum incerti temporis labilitate uacillatur et dilabitur, ne processu temporis uel hominum labili memoria ea que cauta deliberacione disponuntur suppeditari possint uel alienari, prout prudens sanxit antiquitas posterorum memorie litterarum testimonio debent commendari. Vniuersitati igitur uestre serie presencium uolumus declarare, quod accedentes ad nostram presenciam filii Deuecher, Sampson uidelicet Wlchete, Wlch ex una parte, ex altera uero Pribysclaus filius Stephani, confessi sunt prenominati filii Deuecher, quod dum de quadam terra de Zdenc inter auum ipsorum Haletam nomine et dictum patrem Pribysclay maxima lis et altercacio fuisset exorta, ad ultimum etiam dux et banus Sclauonie Dyonisius inter ipsos et dictum Pribyslaum duellum fieri decreuisset, tandem impetu et conflictu eiusdem duelli, quod de impeticione eiusdem terre fiebat ob firmam et perpetuam pacem, que inter ipsos stabilita est, dicto Pribysclao et heredibus suis heredumque successoribus pretaxata terra, de qua lis oriebatur, relinquerunt et statuerunt perpetuo et pacifice iure empticio possidendam; ita tamen, quod nec dicti filii Deuecher, nec heredes ipsorum prelibatam terram a predicto Pribysclauo uel ipsius heredibus poterunt reuocare uel alienare. Mete autem eiusdem terre que presente dilecto fratre nostro magistro Paulo lectore ecclesie nostre et

aliis probis uiris, necnon commetaneis eiusdem terre, ac iisdem filiis Deuecher presentibus et premonstrantibus distincte sunt, hoc modo continentur. Prima meta incipit a fluuio Yarne uersus plagam orientalem ibi separatur a Yarne et tendit ad montem, inde tendit per metas et signa in arboribus ad puteum Poloyni, inde tendit in fluuium qui dicitur maior Supplonca et ibi adiungitur terre comitis Budur, per Supploncam tendit inferius ad introitum parui Supplonca et hee mete usque, ut reperte sunt in priuilegio regis Andree, inde uero de metis terreis per dictum minorem Supplonca tendit superius per eundem fluuium uersus septemtrionem et ibi sunt commetanei dicti filii Deuecher; de eodem fluuio exit ad metam terream superius ad montem uersus occidentem et uadit ad metas terreas que sunt secus uiam et de eisdem tendit per uiam uersus septemtrionem ad alias metas terreas et de eisdem rursum uadit ad metas terreas, que sunt iuxta duas uias uersus septemtrionem, inde uadit per magnam uiam que ducit ad Wereuchem et peruenit ad metas terreas et arbores signatas, que sunt iuxta uiam eandem, inde uero flectitur ad sinistram partem uersus septemtrionem et cadit in fluuium Chasme, eundo inferius per siluam et signa facta in arboribus et est ibi meta terrea, inde ascendit per Chasmam et exit ad metam terream, inde uero tendit ad montem uersus orientem et ascendit per arbores cruce signatas et uadit directe ad magnam uiam, que uenit de Wereuche, per eandem uiam tendit uersus meridiem et ita eundo flectitur ad sinistram partem uersus orientem de metis terreis, eundo per quandam uiam per arbores signatas, per eandem uiam descendendo uenit ad metam terream et inde eundo descendit uersus meridiem et cadit in supradictum fluuium Yarne ubi prius incepta erat et ibi terminatur. Illud eciam subiungendum, quod taliter coram nobis pro bono pacis supradicti conuenerunt, ut si aliqua pars causam uel litem maliciose commoueret, quadraginta marcas aduerse parti et totidem iudici soluere tenebitur, quassantes eciam omnes litteras que de hoc facto fuerant emanate. Et si aliqua pars litteras que de hoc facto facere uidentur presentaret, pro falsario reputabitur. Ne uero super hec dubietas oriatur ad utriusque partis uoluntatem et peticionem, presentes litteras nostras sigillo nostro roboratas contulimus in testimonium et confirmacionem huius facti. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense septembri. Stephano secundo Zagrabiensis ecclesie episcopo, Zozima preposito, Paulo lectore, Laurencio cantore, Lvka custode et decano ecclesie nostre, ceteris eciam fratribus nostris ibidem existentibus, creatori omnium fideliter et deuote famulantibus.

Original na debeloj pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti. M. O. D. L. no. 33.705. (Stara signatura N. R. A. fasc. 925. no. 6.). Na listini visi svilena vlaknasta vrvca žute i smedje boje. Pečat je otpao. — Iznad listine A B C napola prerezano.

269.

1246, 4. novembra. U Dubrovniku.

Uredjuju se prilike radi soli u općini dubrovačkoj.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mensis novembris quarto die intrante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Johannes Quirinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus et consiliariis et populo Ragusii confitemur, uolumus et laudamus, ut post pacationem priorum creditorum, illorum uidelicet hominum, qui super salem comunis Ragusii debent accipere inprestita sua, residuum salem comunis Ragusii nomine et uice comunis Ragusii illi homines, qui nunc ad utilitatem comunis Ragusii imprestauerunt comuni Ragusii mille quingentos perperos, uendent illum salem et de uenditione ipsius salis isti imprestatores pacent se de prenominatis mille quingentis perperis, uidelicet secundum quod quisquis de ipsis fecit imprestitum. Si autem de ipso prenominato residuo sale aliquid defuerit de pacamento predictorum mille quingentorum perperorum, comune Ragusii comparabit alium salem tantum uidelicet, donec predicto ordine prenominati creditores mille quingentorum perperorum sine ulla molestia et sine impedimento parentur. Inde et ante paccationem prenominatorum mille quingetorum perperorum ad nullam partem nullo modo dabitur aliquid de ipso sale. Ego Johannes Lamprius vicarius super animam comunis Ragusii et super animam meam per sacramentum sancti euangelii iuro, quod hec omnia predicto ordine sint firma. Facta sunt autem hec per voluntatem prenominati domini Johannis comitis Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule, Michael Pezane et Goyslavus Theodori Crosii iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

270.

1246, 26. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski uvažujući zasluge Demetrija i sina mu Aleksandra od plemena Aba, daruje im posjede u baranjskoj i vukovškoj županiji.

Bela dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniaeque rex omnibus Christi fidelibus praesens

scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam. Cum a centro regiae maiestatis inscribi subditis circumferentiae leges ac instituta promulgari debeant, dignum est, ut ea quae regnicolis imperantur, regia pertractentur auctoritate, ne variis temporum varientur, eventibus litterarum patrocinio commendentur, ut standi vigorem sortiantur certiorem. Hac itaque nos ratione inducti, rem nos nostrosque non latentem, universorum ad noticiam volumus fieri tenore praesentium manifestum, quod considerantes multiplices fidelitates et servitia diversa fidelissima ac laudabilia, quae Alexander comes filius Demetrii de genere Aba, dilectus et fidelis noster, nobis imo primum pater ipsius praefatus Demetrius domino patri nostro regi Andreae felicissimae recordationis exhibuit et impendit, in eo videlicet, ut quando idem pater noster cum quibusdam christianissimis regibus ultra mare magnum ad expugnandos Saracenos, pro recuperatione sacri sepulchri salvatoris accessisset, idem Demetrius, tunc domino rege (Andrea), charissimo patre nostro suo magistro et dapiferorum suorum existens, cum eodem patre nostro solenniter et honeste transmeavit; ubi coram oculis eiusdem patris nostri, quando cum ipsis Saracenis primum conflictum habuerunt, prae omnibus et ante omnes in turmam seu agmen dictorum Saracenorum tanquam leo fortis rancore plenus irruendo, fratrem suldani Babiloniae ducem exercitus lancea transfixit, cuius quidem caput amputando, coram ceteris regibus sociis suis, tum ibidem cum eodem patre nostro existentibus solemniter presentavit. Item in secundo conflictu cum eisdem Saracenis duos milites suldani manu propria sagittis penetravit, quae funera in area belli inventa similiter eisdem presentavit. Praeterea in tercio bello, cum inire voluissent custodes exercituum eorumdem, qui vulgo eur dicuntur, quosdam ex ipsis patri nostro captos abduxit, quosdam vero ibidem occidit et alia quam plurima servitia sibi exhibuit et impendit; quemadmodum ipse pater noster nobis et praelatis ac baronibus regni sui recitabat oraculo vivae vocis de gestis et obsequiis magistri Demetrii supradicti; et per consequens nobis et toto regno nostro multa exhibuit servitia gratiosa, quae omnia nobis singillatim longum esset recitari animis auditorum et praesentibus inseri taediosum; tamen pauca de pluribus praesentibus volumus declarare. Primum siquidem quando Tartari innumeri et hostes totius Christianitatis regnum nostrum potentialiter invaserunt, praefatus Alexander comes in ipso conflictu ad latus nostrum tanquam fidelis imo fidelissimus custos viriliter adstitit et nisi inibi ipso existente, forte vitam finivissemus; et quando nos ante ipsos Tartaros ad partes maritimas recessissemus, idem Alexander comes nullus nos reliquit; et cum ipsi Tartari usque ad mare nos investigassent, idem Alexander comes cum eisdem diligenter bellum propter tuitionem praesentiae maiestatis

nostrae inchoavit et sic nos per ipsorum bella ab ipsis Tartaris evasimus; quorum unum, qui capitaneus ipsorum esse dicebatur, idem Alexander nobis intuentibus sagitta penetrauit et sic idem post hoc nobiscum transivit et ibidem nobiscum existens, multa gratiosa obsequia exhibuit tam fideliter quam devote. Nos enim prout decet et expedit regiae magnificentiae, tot et tanta ac talia servitia in memoriam revocantes, ne irremunerata permaneant, nec ingrata habeantur, licet id quod ad praesens agimus cum eodem ob respectum horum, quae in futurum agere volumus, modicum et exile, fere quasi nihil videatur, unde et quia qui ex officio suscepti regiminis nostri metiri debemus merita singulorum et unicuique respondere iuxta exigentiam meritorum, ut eius exemplo reliqui ad fidelitatis antidota efficacius accendantur, discant et reliqui famulari devotius sub principe gratioso; quasdam possessiones seu villas, unam scilicet terram castri de Valko Adrian vocatam et aliam castri de Budologh Csatar nuncupatam in comitatu de Baranya iuxta locum qui Vörösmarth dicitur, vicinas et contiguas eiusdem sub eisdem metis et terminis, sub quibus ad dicta castra nostra dignoscebantur pertinere, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis earumdem, simul cum portione tributi quae in villa Csatar ab antiquo exigi consuevit eidem Alexandro comiti et per eum suis heredibus heredumue suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus de consilio et consensu nostrorum praelatorum et baronum regni nostri, ac dominae consortis nostrae iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas, eo iure et ea plenitudine, quemadmodum ad castra nostra praedicta pertinuerunt; et easdem terras ab ipsis castris exceptas habere volumus penitus et exemtas. Praeterea volumus et ob servitium fidelium hanc eidem gratiam de benignitate regalis magnificentiae duximus faciendum, ita ut nullus palatinus noster, iudex curiae nostrae et comites parochiales pro tempore constituti, iobagiones eorumdem vel servientes in ipsis residentes, in nullo articulo causarum, contra quoslibet iudicare audeant, aut praesumant. Insuper nullam collectam regalem, vel victualia, seu aliam quamlibet exactionem, sub quouis nomine censeatur, exigere audeant; super ipsos nec descensum facere violentum; sed qui contra iobbagyones vel servientes eiusdem in ipsis terris existentes agere voluerint, coram domino ipsorum primo et per consequens coram nobis ordine iudiciario exequantur et nos de eisdem omnibus querulantibus iusticiae faciemus complementum. Ut igitur huius nostrae donationis series solemniter celebrata, salva semper et inconcussa permaneat et robur obtineat perpetuae firmitatis, nec per quempiam processu temporum in irritum valeat retractari, praesentes litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Benedicti archielecti Colocensis, aulae nostrae cancellarii, anno dominicae incar-

nationis millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, sexto kalendas decembris. Reverendo Stephano Strigoniensi electo, Bartholomaeo Quinque ecclesiensi, Gregorio Geurinensi, Stephano Zagrabiensi et aliis episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Ladislao palatino et comite Simegiensi, Demetrio iudice curiae nostrae et comite Bodroghiensi, Mathaeo magistro tavernicorum et comite Posoniensi, Urlando dapiferorum nostrorum et aliis quam pluribus magistratus tenentibus et honores; regni autem nostri anno undecimo.

Collect. Hevenesiana tom. I. L. A. Transumpta fuit haec donatio per Joannem praepositum et cap. Quinqueecclesiense a. 1409.

Fejér Cod. dipl. Hung. IV. I. p. 417—21. — Kukuljević Jura regni I. p. 67 (donosi samo regest)). — Kukuljević Reg. no. 512. — Isprava je sumnjiva s više razloga.

271.

1246. U Zagrebu.

Stjepan biskup zagrebački uvadja nove duvne u ivanički samostan sv. Marije.

Stephanus dei gracia episcopus Zagrabiensis, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Quoniam propter labilem hominum memoriam racio quasi cautele mater, ut ius unicuique illesum seruaretur, prudenter adinuenit gesta ipsorum litterarum testimonio perhempnare. Hac itaque consideracione inducti, ad vniuersorum noticiam presencium posterorumque harum serie uolumus peruenire, quod cum ecclesiam in honore sancte Marie in uilla Iwanch construxissemus et in eandem dominas moniales conuocassemus, e(e)dem donaciones salubriter factas inutiliter dissipantes, a nobis non habita licencia recesserunt. Tandem ducti dei misericordia ad instanciam et euidentem peticionem illustrissimi Bele regis et regine alias sanctimoniales Christo famulantes in eandem ecclesiam adduximus, quibus pro salute nostra, ut commode possent se sustentare et pro domino rege et regina et filio suo karissimo Stephano rege et pro nobis deum exorare, omnes decimas populorum noue uille Iwanch, tam segetum, quam vini et porcorum et agnorum et edorum ac apum et gallinas et decimas lini, que kitta dicuntur et alia minuta que decimari solent in specie et omnium uinearum nostrarum decimas in uilla Iwanch et tributum fori eisdem concessimus et statuimus pleno iure singulis annis sine diminucione et contradiccione alicuius ex consensu capituli Zagrabiensis percipiendas. Preterea eandem terram,

quam priores domine in Iwanch possidebant, eisdem totaliter statuimus, cuius terre meta prima incipit a terra iobagionis episcopi nomine Powk et uenit ad arborem illicis, inde per riuulum uenit ad arborem, que wulgo dicitur gertyanfa, abinde uenit ad arborem, que wulgo dicitur hasfa, deinde uenit ad fructum auellane, inde per uallem descendendo uenit ad fluuium Chemernicha ad locum ubi est molendinum Radomeri, deinde uenit ad pontem, abinde iuxta fluuium Chemernicha eundo uenit ad unam magnam pirum, inde uenit ad molendinum Scytk, quod est super fluuium Chemernicha, deinde uenit ad caput fluuii Chemernicha et iuxta caput predicti fluuii oritur quidam riuulus et de riuulo itur ad vnam cerasum cruce signatam, abinde uenit ad riuulum et de riuulo ad frucectum (!) auellane, deinde uenit ad primam metam et sic terminatur. Item duo mancipia cum filiis et filiabus et curiam cum domibus et edificiis ibidem prope ecclesiam sancte Marie existentem perpetuo pacifice et quiete contulimus possidendam. Et si quis de comitibus nostris pro tempore constitutis aliquam eisdem inferret molestiam, indignacionem dei omnipotentis et beate Virginis Marie et nostram incurrat. Et si alique nostre littere prius confecte per moniales predictas contra hoc nostrum statutum fuerint presentate, nullum robur firmitatis volumus optinere. Ut autem hee nostre donaciones robur firmitatis optineant, presentes litteras nostro sigillo et nostri capituli fecimus roborari. Datum per manus magistri Petri, archidiaconi de Kemluk. Anno gracie MCC quadragesimo sexto.

Po originalnoj potvrdi biskupa Ivana iz potvrde biskupa Ladislava u arkivu nadbiskupskom, Fundationalia.

Tkalčić Mon. episc. Zagr. I. 87—88. — Wenzel: Cod. dipl. Arp. XI. 344—6. — Kukuljević Reg. no. 514.

272.

1246.

Pred Petrom županom kalničkim zalažu Budivoj, Miroj i Mate s rodjacima dvije čestice zemlje Detriku rodjaku župana Junka.

Nos Petrus comes de Kemluk damus pro memoria, quod constitutis in nostra presencia Budiuoy et Miroy atque Mathe Bricci pro filio suo, nec non Wlcoy filio Descichi et Zcorona filia Dersiuoy ab una parte, Detrico autem cognato Junk comitis ab altera, ipsi iidem uiri supradicti confessi sunt uiua uoce, se duas particulas terre ipsorum inpignorasse

iamdicto Detrico pro quatuor pensis, tunc temporis facientibus tres fertones et tria pondera boni argenti, quas dixerunt plenarie ab eodem recepisse usque revolucionem sexti anni, hoc interposito, quod si in revolucione sexti anni ipsam terram non redimerent, extunc sicut estimata fuerit per iobagiones, utraque parte ducente, ipsi Detrico cum litteris capituli perpetuare tenebuntur. Cuius terre prima meta incipit ab ortu solis, ubi quidam fluuius qui descendit a septemtrione cadit in fluuium Dobouch uocatum, ibique declinat contra occidentem et per ipsum fluuium ascendendo uenit in unam uallem, ibique de fluuio exiens et per uallem contra septemtrionem ascendendo uenit in cerasum, inde uenit . . . . uocata, inde directe procedens uenit ad arborem nucis, inde uenit in uiam ubi declin[at] . . . . per uiam tendens uenit ad caput unius uallis, (ubi) declinat contra meridiem et per ipsam uallem descendendo cadit in fluuium Dobouch uocatum. Et in alio loco alterius particule prima meta incipit a septemtrione, ubi in supercilio montis iuxta uiam est meta terrea, inde directe contra meridiem descendendo uenit in metam terream ubi est poplus (!), inde directe descendendo cadit in fluuium Dobouch uocatum, ibique declinat contra occidentem et per ipsum Dobouch ascendendo uenit ad caput ipsius uallis ad terram Voyni et cognationem eius, ubi est meta terrea et arbor vlme, inde contra occidentem iuxta terram Voyni et cognatorum eius procedens uenit [ad] metam terream iuxta uiam sitam, ubi declinat contra orientem et per uiam procedens uenit in primam metam et ibi terminatur. Astiterunt eciam ipsorum cognati Petrus scilicet et Voyn et omnis generacio ipsorum, qui huic pignori unanimiter consenserunt. In cuius rei certitudinem presentes litteras contulimus sigilli nostri sigillique Martini comitis terrestris munimine roboratas, ita (tamen, quod) nemo de cognacione ipsorum dictam terram redimere poterit, nisi uiri supradicti. Datum anno domini M⁰ [CC⁰ quadragesimo] sexto.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu. Doc. medii aevi.
Na listini vise dvije pergamene vezice, pečati su otpali.

273.

1247, 30. januara. U Lyonu.

Inocencije IV. papa kralju Beli, da pobija heretike.

Innocentius episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio nostro (Bele) regi Ungarie illustri salutem et apostolicam bene-

dictionem. Debent terre principes sua comprimere potentia et virtute, domare colla superbientium contra deum et erigentium erroris propugnaculum contra sanctam romanam ecclesiam in subversione fidei christiane. Cum igitur regis eterni fervore succensus ad Bosnenses hereses confutandas te astrinxeris, ex animo et ex corde huiusmodi negotium prosequaris, ex quo gratia divina te tanto constituis digniorem, quanto ipsius in hac parte specialius causam geris, serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur in domino Jesu Christo, quatenus ob reverentiam regis regum, honorem ecclesie ac exaltationem fidei christiane prosecutioni prefati negotii dones ea efficacia et constantia potentie tue vires, quod preter eterne mercedis premia, que proinde consequeris, tibi laudis et honoris accrescat apud deum et homines cumulus meritorum; sciturus pro certo, quod super facto terre Bosnensis nil penitus statuemus, nisi de tuo consilio et assensu. Datum Lugduni III. kal. februarii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 376. str. 202—203. Iz reg. orig. a. IV. 953. fol. 422. — Wadding Annal. minor. III. 174. — Katona Hist. crit. VI. 89. — Fejér Cod. dipl. IV. 1., 461. — Potthast Regesta pont. II. br. 12467. — Kukuljević Reg. no. 517.

274.

1247, mjeseca januara. U Čazmi.

Kaptol čazmanski svjedoči, da su Grgur i Toma sinovi Tome, te Petar i Andrija sinovi meštra Petra razdijelili pripale im zemlje.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus litteras presentes inspecturis salutem in vero salutari. Universitati vestre tenore presencium significamus, quod dum possessiones Macharie filii Stephani, eodem Macharia et filiis suis iam viam universe carnis ingressis, ad manus et usus suorum consanguineorum Gregorii videlicet et Thome filiorum Thome, Petri pueruli filii quondam magistri Petri et Andree fratris eiusdem fuissent devolute, iidem coram nostri presencia personaliter constituti pacificam et perpetuam unanimiter et concorditer asseruerunt inter se de eadem possessione fecisse divisionem. Ita videlicet, quod a parte meridionali in divisione prefate possessionis supradictus Gregorius et domina relicta magistri Petri in persona filii sui prefati pueruli Petri constituta propria et spontanea voluntate porcionem sibi recepissent et habuissent, ab alia vero, videlicet a septemtrionali, dicti Thomas et Andreas

de eadem possessione porcionem recepissent, asseruerunt eciam viva voce concorditer, metas eiusdem divise possessionis hoc modo contineri: prima meta eiusdem terre est sita iuxta fluvium Chasma in priore divisione Thome bani et Stephani et tendit ad partes orientales usque metam filii Petri et per metas Petri transit usque inferiorem partem fori, ubi eciam intrat in fluvium Ebsev et super fluvium Ebsev tendit ad partes orientales, ubi iterum est meta filii Petri. Item terram existentem inter fluvium Zova et fluvium Lona assignaverunt unanimiter et statuerunt ad partem aquiloneam illius divisionis, que contingit supradictos Thomam et Andream. Item quartam partem terre ultra Zovam iacentem versus ecclesiam sancti Martini statuerunt ad partem aquiloneam, que contingit supradictos Thomam et Andream. Facte tres partes terre ultra Zovam iacentes statuerunt ad partem meridionalem versus locum fori, que contingit supradictos Gregorium et Petrum filium Petri. Item quartam partem terre Patka in Hungaria existentem assignaverunt et statuerunt ad partem meridionalem, que contingit sepedictos Gregorium et Petrum filium Petri. Item tributum fori in quatuor partes, sicut terram dividi statuerunt. Item quilibet vineas et alias utilitates in parte et porcione sua existentes pacifice et quiete possidebit. Statuerunt eciam, ut quicunque eidem divisioni contradiceret inter eos, aut dissolvere intenderet iudicium, quinquaginta marcarum solvere teneretur. Item hec supradicta divisio facta est super terra de Munuzlov. Ne vero super hoc in posterum dubietas oriatur, ad peticionem et voluntatem supradictorum presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas contulimus in perpetuam confirmacionem huius facti. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense ianuario. Philippo venerabilis Zagrabiensis ecclesie episcopo existente, Zozima preposito, Paulo lectore, Jacobo cantore, Lucha custode, ceteris eciam fratribus nostris ibidem existentibus. creatori omnium fideliter famulantibus et devote.

Original u arkivu grof. Erdödy u Glogovcu.
Cod. dipl. patrius VII. p. 33. — Kukuljević Reg. no. 516.

275.

1247. 11. februara. *

Odola Predenić obećaje u ime Krajine prijateljstvo Dubrovniku.

† Вь име ѡтца и сина и светаго дꙋха аминь. Лета ꙋпельщениѣ господа нашега Исꙋса Христа тисꙋща две ста .МЗ. (1247. ?),

* Možda 1248.

месеца фебрȣара .АI. (11.) день. **Ꙗ Ѡдола** сии **Предень** нсь Краина сель ѡдь моихь старехь прісьнихь приꙗтелихь и ѡдь вьсехь людехь краинанехь и за мене придохь ȣ Дȣбровьникь поставити вѣчьни мирь и любевь мегȣ краинанехь и мегȣ дȣбровьчанехь и сь сȣдьцѣ и сь кетьницн и сь свокь ѡпькина дȣбровьчька. вечьни мирь и любевь по клетька светаго евангелиꙗ потверьдихь и присегохь, да краинанѣ не пакосте дȣбровьчаномь ни людемь ни добитькȣ ни земли ихь ни ѡнемьь ки сȣ подь кнезьтво ихь, и паче по ньњи некои да нимь не чинимо пакостити и ȣ пределихь кнезьство ихь никомȣрѣ да не пакостимо. **И** да си имаю поити краинане пакостити некомȣ вень ѡдь кнезьтво дȣбровьчько, поидȣкѣ и придȣкѣ да не чинȣ пристаниште ȣ Дȣбровьникь, и да Дȣбровьчане поидȣ на Ѡльмишане, ми краинане никакорѣ да дамо Альмишаномь ни светь ни вѣкȣ, а дȣбровьчаномь да дамо керьмȣ, ако ю имȣть потребовати. Ако неки краꙗнинь пакостиль или има пакостити Дȣбровьчаномь или пределихь кнезьство дȣброьчькихь, ѡньзи краꙗнинь да приде ȣ Дȣбровьникь и ȣ дворь дȣбровьчьки чини правинȣ, даюкѣ за сѣ порȣчьникь, да правинȣ чини; ако исьпаде, да плати сь своимь добитькомь, што бȣде исьхабиль; ако не има чимь платити, да се да сам по герлȣ. А да неки краꙗнинь сь инимь некоѥ древо чини пре сѣ, што ѥст зде писано, и пакости, да ѡнь краꙗнинь приде ȣ Дȣбровьникь, и пред дȣбровьчьки дворь чини правинȣ, како ѥст зде преписано; ако ли ѡньзи краꙗнинь не приде ȣ Дȣбровьникь чинити правинȣ, да га ми ѡдь нась ѡдьверьжемо, и што бȣде пакосгиль, да платимо. **И** сь Ȣльцинатомь хоштемь имети любевь и мирь, до коле ѡни стоѥ подь столь дȣбровьчьки. и вьси краꙗне на вьсако .Є. (5.) годиште да поновимо сизи роть, и вьсаки краꙗнинь ѡдь .ДI. (14.) годиште напредь вьсакь за сѣ да сѣ ȣ си мирь присеже: а ки краꙗнинь се ȣ семь не роти, да га не примемо мегȣ нась ȣ векȣ, не да бȣде свень нась, и паче вьсѣ ѥгово да затирамо.

✝ А ми сȣдьци, ветьници и вьса ѡпькина града дȣбровьчьска кельнемо сѣ ȣ свето боже еваньгелиѥ, да ми сами за нась ни по дрȣзи за нась да не пакостимо тебе **Ѡдолѣ Предениќȣ** слȣ ни твоими стариими ни прісьнимь ти ни краꙗниномь ни пределехь вашихь, не паче да имамо сьс вами вечьни мир. и да неки краꙗнинь ма што искати на дȣбровьчанина, ѡдь то што ѥсть минȣло или ѡдь селѣ напреть, приди ѡнь краꙗнинь ȣ Дȣбровьникь

предь нашь дворь, да мȣ чинимо правинȣ ѡдь ѥговь добитекь или ѡнога самога граданина дамо по герьлȣ, да га правипа повали.

Сь поклонениемь кнеза Дрьжимира от братие его Дѣдомирищь и оть Ѥжебодьщь и оть Тврьдѣнищь и оть Бѣлимира и оть Стоанищь и оть Градише Ходимирища и оть сыновьщь его и Разьмѣнь Вльккасищь любимо вашь мирь и вашȣ добротȣ, и одь все опьщине приде Одола брать нашь и Грьгȣрь оть кнеза дȣбровьчькога, и ȣгьнаше ны в клетьвȣ, и пристасмо пȣ тȣ клетьвȣ и вѣрȣемо ȣ нȣ.

Na rubu:

Capitulare hominum Crayne. 1247.

Miklosich Mon. Serb. 31—32 br. 38. — Kukuljević Reg. br. 519.

276.

1247, 22. marta. Kod Bara.

O pokornosti crkve barske dubrovačkoj.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, indictione quinta et die decimo exeunte mense martio. Nos Paulus diaconus et Geruasius clericus, canonatii (!) Ragusiane (!) ecclesie et procuratores Blasii presbyteri et Mathei diaconi uicariorum domini Johannis archiepiscopi Ragusine ecclesie et capituli eiusdem. Sentientes ecclesiam grauari per uos capitulum Antiuaresem (!), eo quod cum uos ecclesie nostre de iure subditi esse debetis tamquam metropolitane, in preiudicium ecclesie nostre uos de facto subtrasistis (!). Ponentes nos et iura ecclesie nostre sub protectione domini pape, romanam sedem appellamus, terminum adscignantes (!) festum absumptionis (!) beate virginis Marie proxime uenturum. Actum apud Antiuarim presente Qualterio abate (!) de sancto Michaele de Pecega et dompno Gregorio abate Melede Irtegna (!) de Dobra, Marino de Calenda, Vitali Teofile, Radi Debuti et Marino de Tecla et aliis testibus rogatis.

(Signum notarii.) Ego Andreas Ugolini imperiali autoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus a dictis procuratoribus scripsi et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

277.

1247, 13. aprila. U Lyonu.

Inocencije IV. papa potvrdjuje kaptolu čazmanskom posjede darovane mu od biskupa.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis (Zozime) preposito et capitulo Chasmensis ecclesie Zagrabiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Solet sedes apostolica annuere piis votis et honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ex parte siquidem vestra petitio nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noster (Stephanus) Zagrabiensis episcopus ecclesie vestre, quam propriis, ut asseritis, fundavit sumptibus, de dote competenti providere intendens, terras, possessiones, redditus et alia bona de rebus ecclesie Zagrabiensis, prout ei licuit iuxta canonicas sanctiones, eiusdem ecclesie capituli Zagrabiensis accedente consensu, contulit absque gravi Zagrabiensis ecclesie detrimento, presertim cum alias donationem de bonis Zagrabiensis ecclesie aliquam non fecisset. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo provide factum est in hac parte, ratum habentes, terras, possessiones et alias res predictas, sicut eas iuste ac pacifice possidetis et hoc in grave detrimentum Zagrabiensis ecclesie non redundat, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Datum Lugduni idibus aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 381. str. 204. Iz reg. orig. an. IV. ep. 531. fol. 374. — Farlati Illyr. Sacr. V. 365. — Katona Hist. crit. VI. 107. — Fejér Cod. dipl. IV. 1, 463. — Potthast Reg. pont. II. br. 12474. — Kukuljević Reg. br. 520.

278.

1247. 17. aprila. U Lyonu.

Inocencije papa IV. opominje svećenstvo spljetsko, zadarsko i dubrovačko, da slušaju njegova legata.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus (Ugrino) Spalatensi, (Laurentio) Jadrensi et (Johanni) Ragusino archiepiscopis ac eorum suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Quia corporali presentia non possumus locis singulis iminere de hiis, quos in executione plene potestatis assumimus nonnunquam in partem solici-

tudinis destinamus, exemplo eius instructi qui pro salute humani generis de supremis celorum ad ima mundi descendens, discipulos quos elegit in universum orbem transmisit omni creature euangelium predicare. De vestra itaque salute paterna diligentia cogitantes, dilectum filium nostrum O(ctavianum) sancte Marie inviolate diaconum cardinalem, virum sciencia preditum et morum honestate decorum, ac in consiliis circumspectum, ad partes illas commisso sibi plene legationis officio, ut euellat et dissipet, edificet et plantet, sicut uiderit expedire. duximus destinandum. Quia vero ipsum inter alios fratres nostros specialis dilectionis brachiis amplexamur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus eum imo potius nos in ipso benigne recipientes et honorifice pertractantes, eidem tamquam apostolice sedis legato intendatis humiliter et devote ipsius monita et precepta, et que vobis ex parte nostra mandaverit, efficaciter adimplendo, alioquin sententiam, quam idem tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino inviolabiliter obseruari. Datum Lugduni XV. kalendas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Suvremeni prijepis u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII. Ima i »Bullarium Ragusinum« pag. 430.

Farlati Illyr. Sacr. VI. 101. — Fejér Cod. dipl. Hung. V. 5, 270—271. — Kukuljević Reg. 521. — Potthast. Reg. pontif. no. 12.479.

279.

1247. 7. maja.

Bela kralj ugarski i hrvatski dozvoljuje Farkašu Tominu Zagorskomu za zasluge u vrijeme Tatara stečene da gradi grad.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Circumspectio regum provida condignis premiis sibi obsequentibus occurrere consuevit, ut alii eorum exemplo ad fidelitatis opera forcius accendantur. Ad universorum igitur noticiam tam presencium quam posterorum harum serie volumus pervenire, quod cum Farcasius filius Thome de Zagoria multiplicia servicia nobis impendisset, maxime tempore Tartarorum maiora fidelitatis opera nobis exhibuit, in cuius compensacionem concessimus, ut castrum, quod in terra sua edificare inceperat, edificet ipsum et tam ipse, quam sui successores possint et valeant in perpetuum possidere. Ut autem huius nostre concessionis series inconcussa in posterum permaneat. nec unquam aliquo successu temporum queat retractari, vel in iritum revocari, ad eius firmam stabilitatem presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli

nostri munimine roboratas. Datum anno domini M^{0} CC^{0} quadragesimo septimo, regni autem nostri anno duodecimo, nonis maii.

Iz izv. potvrde kralja Karla I. od god. 1322. 10. dec. u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 309. (Stara sign. N. R. A. fasc. 1597. no. 3).

Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. p. 224—225. — Kukuljević Reg. no. 539.

280.

1247. 12. maja U Baru.

Radi se bez uspjeha, da barsko svećenstvo prizna nadbiskupa dubrovačkoga za svoga metropolitu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis madii, duodecimo die intrante, die dominico, indictione quinta, Antivari civitate. Ego quidem diaconus Matheus Theophili canonicus Ragusine ecclesie, procurator et sindicus venerabilis patris domini Johannis dei gratia archiepiscopi Ragusini et eiusdem capituli testificor, quoniam secundum preceptum procurationis dicti domini archiepiscopi et capituli Ragusini, assumptis mecum canonicis Ragusine ecclesie, presbytero videlicet Helia Uiuiani, clerico Johanne Dobroslavi et presbytero Pascale iurato notario, perexi Antivarum, apud cuius portum applicuimus die sabbati preteriti et inde misimus duos homines Zavinnam Uitalis et Johannem de Dabrana et archidiaconum Petrum ad capitulum Antibarense, nuntiando eis de adventu nostro et quod vellemus ire ad ipsos. Qui per eosdem Zavinna et Johannem miserunt dicendo quod libenter reciperent nos. Predicto vero dominico die ivimus ad ipsos, ad dictam civitatem Antivarensem, usque ad ecclesiam sancti Georgii episcopatus eorum, ubi iam missam cantabant, et ibi in ecclesia idem archidiaconus erat cum aliquantis canonicis, qui personaliter venit ad nos, ubi extra chorum dicte ecclesie stabamus, quem ex parte dicti domini nostri archiepiscopi et capituli salutavimus, et ipse nos de adventu nostro et ad quid venerimus interogavit. Ego autem dixi, quod ex parte domini nostri archiepiscopi et capituli Ragusini ad ipsum et ad capitulum Antivarense cum litteris et verbis veni et rogavi ipsum, ut coadunaret capitulum et ipse cum suo capitulo audiret litteras et verba predicta. Qui dixit: ite ad comitem Johannem Antivarensem, ut convocet populum et ego statim post missam cum capitulo veniam ad vos. Ego autem diaconus Matheus sic feci et ivimus ad ecclesiam sancti Petri, ubi idem comes Johannes convocavit

seniores et populum Antivari et ibi expectabamus dictum archidiaconum cum capitulo, prout promiserat qui debebat venire. Et post missam diutius expectavimus ipsum et non venit. Unde ipsum dictum comitem rogavimus, ut ex nostra et sua parte mitteret vocando ipsum archidiaconum, ut, sicut promiserat, veniret cum suo capitulo. Et idem comes per ydoneum hominem, per vicarium videlicet sue curie misit pro ipso arhidiacono, qui archidiaconus per ipsum vicarium misit dicendo: iam ad prandium sedeo, venire non possum. Nos autem hoc audito expectavimus et iterum idem comes pro se et pro senioribus et populo et pro nobis misit ad ipsum, ut secundum quod promiserat veniret ad nos et si ad nos venire nollet, nos ad ipsum si placeret veniremus. Qui misit dicendo, quod venire non poterat, eo quod clerici ipsius prandebant et habere illos non poterat. His autem taliter peractis, dictus comes dixit: eamus ad prandium et post prandium cum senioribus conveniemus et pro archidiacono et capitulo mittemus, quod et fecimus, et post prandium tertio ex parte nostra et comitis et seniorum et populi Antivarensis per diaconem (!) Theodorum sancti Petri de Antivari misimus ipsum rogando, ut veniret. Et idem archidiaconus per ipsum diaconum Theodorum et per alium subdiaconem (!) suum Petrum de Tanusio misit dicendo: miror de vobis, ad quid ad nos venistis, nullam cartam vestri archiepiscopi, nec capituli, nec vos recipio, nec verba vestra audio. An illis scriptis confecimus et scripsimus, nos et vos per manus notarii nostri et vestri, cum prioribus vestris nuntiis ad nos designatis stamus, de quibus scriptis vos et nos habemus scriptum. Nos autem his auditis, quarto misimus rogando ipsum archidiaconum per predictum clericum Johannem cum Marino de Calenda, Vitalem Theophili, Bistio Gataldi, ut pro reverentia romane ecclesie ipse cum suo capitulo reciperet litteras domini nostri archiepiscopi et audiret verba nostra. Qui pergentes ipsum non invenerunt, sed quidam de clericis dixerunt eis, quod idem archidiaconus ierat ad venandum. Nos autem videntes et audientes, quod sic se excusabat et negavit nobis suum adventum, ante ecclesiam sancti Petri in conspectu dicti comitis, seniorum, populi et aliquantorum clericorum Antivarensium, qui ibi inter ipsos erant, dixi: ego diaconus Matheus secundum usum sancte ecclesie invoco romanam ecclesiam in hoc et sic legi litteras, quas idem dominus archiepiscopus Ragusinus capitulo Antivarensi miserat et alias litteras procuratorias, quas dictus dominus archiepiscopus super his mihi direxerat legi. Quidam autem laycorum et clericorum, qui ibi aderant, hiis auditis dixerunt nobis uillanias et minationes. Et quidam laici dicebant, quid est papa, dominus noster rex Urosius est nobis papa. Et sic nos licentia a dicto comite Johanne et senioribus populi accepta, reversi sumus ad hospicium et ibi audiuimus et intelleximus, quod quidam Antiuarenses consilio clericorum parabant se in via, ut

facerent nobis iniuriam. Unde nos petiuimus a dicto comite Johanne guidam usque ad mare, qui dedit nobis filium suum Dabronem cum Bosimo et cum aliis iuuenibus, qui conduxerunt nos usque ad mare et sic ipso dicto die dominico recessimus ab ipsis. Facta sunt hec apud Antiuarim predicto mense et die.

† Ego prenominatus presbyter Helias his omnibus interfui et testis sum †

† Ego prenominatus clericus Johannes his omnibus interfui et testis sum †

Ego prenominatus presbyter Pascalis iuratus notarius his omnibus interfui, compleui et roboraui et solito meo signo signaui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

281.

1247, mjeseca maja. U Dubrovniku (?)

O pokornosti crkve barske dubrovačkoj.

† In nomine domini amen. Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis madii, die *(ostao prazan prostor)*, indictione quinta. Ego Matheus Teophili diaconus canonicus Ragusinus, procurator et sindicus uenerabilis patris domini Johannis dei gratia archiepiscopi Ragusini et totius ipsius capituli nomine et uice eiusdem domini archiepiscopi, capituli et ecclesie Ragusine, in presentia et testimonio subscriptorum testium dico et protestor procuratorio nomine uobis capitulo Antibarense, quod cum de antiqua et approbata consuetudine, nec non et multis romanorum pontificum priuilegiis, ecclesia Ragusina uestra in omnibus existat metropolis et magistra. Unde si contingat uos ad pontificis electione procedere, uos uice et auctoritate memorati domini archiepiscopi, capituli et totius ecclesie Ragusine moneo, rogo et obsecro in domino Jesu Christo et sicut de iure possum, duxi uobis firmiter iniungendum, ut examinationem a dicta matre uestra Ragusina ecclesia petere debeat, prout ius postulat et ordo rationis requirit, alioquin uice auctoritate et procuratorio nomine eiusdem domini archiepiscopi et ecclesie Ragusine apostolicum subsidium duxi humiliter inplorandum. Actum est hoc apud *(dalje ostaje prazno.)*

Dva eksemplara na jednoj pergameni, nisu dogotovljeni i kod jednoga i kod drugoga primjerka notar je svoje ime istrugao. Nalazi se u dubrovačkom arkivu. Čini se, da nisu nikad objelodanjena bila.

Originalni koncept na pergameni. (Zbirka saec. XIII.)

282.

1247, 19. juna. U Lyonu.

Inocencije IV. papa oprašta nekim izopćenicima.

(Marcellino) episcopo Aretino Marchie Anconitane rectori. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli clerici et laici in Sclavonie et Dalmatie et Istrie partibus constituti, pro violenta manuum iniectione in clericos et alias religiosas personas excommunicationis vinculum incurrerunt, quorum clericorum quidam sacros receperunt ordines et divina celebrarunt officia sic ligati. Quare nobis humiliter supplicasti, ut cum eis difficile sit propter maris pericula etiam personam tuam adire, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Gerentes igitur de tua circumspectione fiduciam in domino pleniorem, presentium tibi auctoritate nostra concedimus, ut talibus quamdiu Marchie Anconitane rector extiteris, valeas per te vel alios absolutionis beneficium iuxta formam ecclesie impertiri, nisi eorum excessus fuerint adeo difficiles et enormes, quod sint merito ad sedem apostolicam transmittendi, ac dispensare cum illis qui exinde irregularitatem aliquam contraxerunt, iniuncta eis penitentia. Proviso, ut possis, iniuriam congrue satisfiat. Datum Lugduni XIII. kalendas julii.

Innoc. IV. an. IV. ep. cur. 132. (1047.). Reg. Vat. n. 21. p. 435.

283.

1247, 22. juna. U Fermu.

Raspra izmedju Ferma i Dubrovnika.

† In nomine domini amen. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die nono exstante iunio, indictione quinta. Nos Gualterius de Aquaviva, imperiali mandato Firmane civitatis potestas, assidentibus et consulentibus nobis iudicibus nostris dominis Galgano de Yterampne et Alberico de Zuigulo, visis peticionibus Palmerii, Petri, Gualterii, Tebaldi, Andree, Stephani, Johannis, Deutarde socii et procuratoris Johannis Capozii procuratorio nomine ipsius Johannis Capozii Firmanorum civium de licentia eis et unicuique eorum danda accipiendi et habendi de bonis et rebus hominum de Ragusia, pro solutione et satisfactione etiam et unicuique eorum facienda pro bonis et rebus omnibus

ipsis Firmanis et unicuique eorum ablatis et toltis in ligno et navi quondam Zansii de Ragusa et eius filii Michaelis sub securitate, fiducia et protectione ipsorum Ragusorum. Recquisitione vero facta per comune Firmi et dominum Bernardinum praedecessorem nostrum olim potestatem Firmii de comune Raguse; quod facerent ipsis Firmanis restitutionem facere de ablatis dampnis datis eisdem Firmanis in navi predicta, quod facere non curarunt, nec responsalem miserunt ad faciendam eis Firmanis rationem de ablatis. Viso et inspecto tenore capitularis Firmi ex cuius forma tenemur debito surg . . . indenitati (!) Firmane providere, ne negligentes videamur in recuperandis bonis et rebus ablatis Firmanis. Firmanis dictis Palmerio, Thebaldo et Johanni et unicuique eorum procuratori et cui(cunque) damus licentiam et liberam potestatem accipiendi, retinendi, habendi de rebus et bonis hominum Ragusii, ubilibet in forma et districtu Firmane civitatis tam in mari quam intra inventis, quamdiu eis et unicuique eorum plene satisfactum et solutum fuerit de rebus ablatis, eis et unicuique eorum in navi predicta et in dampnis habitis ipsa occasione. Contradictores et rebelles impedimentum facientes ipsis Firmanis in recuperando res perditas et ablatas eisdem pene subicimus, iudicio capitulari constituti Firmane civitatis comprehense.

Actum in curia comunis Firmi . . . . . dominì Petrozzioli Parmisani magistri, Gualterii notarii, Girardini Machesselli, Georgii Guarnerii, domini Matthei Gisaforis, Philippi Thome Bucconis, Petri Gualterii et Mangutti, Jacobi, Alberti, Alexandri testium vocatorum.

Ego Thomas Baredelli notarius mandato et auctoritate dicte potestatis scripsi et publicavi.

(Signum notarii.)

Original u arkivu jugoslav. akademije u Zagrebu.

284.

1247, 27. jula. U Spljetu.

Slava, udova Andrije Sagarelle ostavlja iza svoje smrti benediktinskom samostanu u Spljetu polovicu zemlje kod »Callis strictus«.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis iulii die quinto exeunte, indicione quinta, Spalati, presidentibus domino Hugrino venerabili archielecto et comite Spalatensi, nobili uiro Buticha potestate. Ego quidem Slaua relicta Andree Segarelle pro anima dicti uiri mei et mea nostrorumque decessorum do et trado

monasterio sancti Benedicti post obitum meum meam mediam terram positam ad Callem strictum, ut faciat ex ea totam suam uoluntatem in perpetuum. Set dum uixero ipsa terra erit in mea potestate. Testes sunt Desa de Roçe, Codimir filius Bogodani, (S)abe Traualia. Ego Martinus Crisogoni examinator manum meam mitto.

Ego magister Gregorius Spalatensis notarius, vt audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram notarovi.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu.
Kukuljević Reg. no. 523.

285.

1247, 26. augusta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa biskupu gjurskomu i priorima ugarskim, neka biskupiju bosansku podvrgnu kaločkoj nadbiskupiji.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Artolpho) episcopo Jauriensi et dilectis filiis abbati de Egres Cisterciensis ordinis ac . . . priori Predicatorum Albensis, Cenadiensis et Vesprimiensis diocesium, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri (Benedicti) archiepiscopi Colocensis et (Ponse) episcopi Bosnensis fuit propositum coram nobis, quod cum tam ecclesia quam diocesis Bosnensis, que ad romanam ecclesiam nullo medio pertinet, totaliter lapsa sit peccatis exigentibus in perfidiam heretice pravitatis, licet idem archiepiscopus et bone memorie predecessor eius, ad extirpationem huiusmodi vitii non sine magna effusione sanguinis, strage hominum et dispendiis rerum Colocensis ecclesie, que temporale ibi dominium obtinet, magnam partem illius terre abductis inde hereticorum multis millibus expugnarit; quia tamen ecclesie munitiones et castra non fuerunt ibidem ita firmata, quod possent ab aggressionibus et obsidione defendi, terra illa in puritate fidei non potuit retineri. Quare prefati archiepiscopus et episcopus et etiam carissimus in Christo filius noster (Bela) rex Ungarie illustris nobis humiliter supplicarunt, ut, cum nulla spes sit, quod ad fidem terra illa voluntarie revertatur et Colocensis ecclesia, per cuius et aliorum cruce signatorum auxilium reduci speratur ad unitatem ecclesiasticam, non parum in prosecutione ipsius negotii sit exhausta, eandem Bosnensem ecclesiam ei subicere paterna diligentia curaremus. Quocirca mandamus, quatinus si rem, vocatis qui fuerint evocandi, inve-

neritis ita esse, predictam Bosnensem ecclesiam cum omnibus suis iuribus subiciatis auctoritate nostra ecclesie Colocensi. Contradictores etc. Non obstante constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, aut indulgentia, qua fratribus tui ordinis, fili prior, dicitur esse concessum, ne de causis, que per litteras sedis apostolice committuntur eisdem, inviti cognoscere teneantur, nisi littere ipse plenam fecerint de indulgentia huiusmodi mentionem. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Datum Lugduni septimo kal. septembris, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 382. str. 204. (iz reg. orig. an. V. ep. 155. fol. 456.) — Pray Hierarch. II. 424. — Ripolli Bullarium praedicat. I. 175 no. 180. — Katona Hist. crit. VI. 89. — Fejér Codex dipl. IV. 1, 467. — Potthast Reg. pontif. II. no. 12.664. — Fermendžin Acta Bosnae br. 74. str. 13. — Kukuljević: Reg. no. 526.

286.

1247. 11. septembra. U Zvolenu.

Bela kralj ugarski i hrvatski poklanja kaptolu zagrebačkom brdo Gradec kod Zagreba, da ondje sagradi kakovo branište.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex universis Christi fidelibus presentium noticiam habituris salutem in eo qui regibus dat salutem. Oculi sedentis in throno regio digne considerare debent, quid sit utile, quid necesse, cuius circumspeccio in ea pocius prouisionis specie delectatur, que extra id, quod reipublice utilitatem respicit, opus eciam pietatis noscitur importare. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedentes ad presenciam nostram Fyle prepositus Zagrabiensis, magister Job prepositus Bachiensis comes capelle nostre et canonicus Zagrabiensis, Zoym prepositus Chasmensis, Petrus cantor archidiaconus Zagrabiensis, Mychael lector et Ladislaus decanus Zagrabiensis, Petrus Camaricensis et Petrus de Kemluk archidiaconi et alii de capitulo Zagrabiensi nomine ac vice capituli, nobis humiliter supplicarunt, quod cum formido, que specialiter ex terribili seuitia Tartarorum seu aliorum hostili incursu ipsis in futurum imminere timetur, munitionem aliquam pro recipiendis, tuendis et defensandis suis et suorum personis ipsos querere seu condere impellat, montem quendam nomine Gradyz, in comitatu Zagrabiensi iuxta Zagrabiam existentem, cuius montis partem quandam ad uillam hospitum de Grez, quandam uero ad Wan-

legen(!) nouimus pertinere, eis conferre et tradere dignaremur, cum non habeant in tanto uento turbinis, ymmo tam generali metu mortis, ubi sua et suorum capita ualeant reclinare uel bona ecclesie Zagrabiensis ac sua tuto munimine defensare. Nos igitur, quibus ex suscepti regiminis officio incumbit uniuersis nostre corone fidelibus, maxime in tanto necessitatis articulo manum auxilii porrigere, considerantes, quod talis prouisio in corpore et anima nos hedificat ad salutem, dictum montem cum terra circumadiacente, sufficiente usui et commoditati unius magne uille, eidem capitulo in perpetuum dedimus et contulimus pleno iure; hoc expresso, quod in eodem monte dictum capitulum assumat pro se, hoc est pro communitate, decentem porcionem, que muniatur optime per expensas tocius capituli, cuius municionis septa tempore discriminis uenture, quod absit, illis pateant illosque suscipiant, qui sibi per se specialiter hedificare noluerint, uel fuerint impotentes. Persone uero supradicte uel alie de eodem capitulo, que potentes fuerint hedificare sibi turres speciales, assumant ex uoluntaria et speciali collacione capituli loca arearum, in quibus hedificent turres et muros pro suis specialibus familiis atque rebus, secundum quod uniuscuiusque porcionem contingit; que quidem hedificia suis heredibus, heredumque successoribus uel quibuscumque uoluerint ualeant dare, donare, concedere et perpetuo legare, iuxta sue beneplacita uoluntatis, dominio tamen ipsius castri dicto capitulo per omnia reseruato. In cuius montis et terre circumadiacentis corporalem possessionem per fidelem nostrum Abram comitem de Moroucha ipsum fecimus introduci. Ne igitur sepedictum capitulum super dictis monte et terra temporum curriculo per quempiam inquietari ualeat seu aliquatenus molestari, sed eis pocius perpetuo et irreuocabiliter perseuerent, presentes in perhennem nostre collacionis stabilitatem concessimus et tradidimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine in ius perpetuum roboratas. Datum in Zolum anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, tercio idus septembris, regni autem nostri anno duodecimo.

Original u arkivu nadb. zagr. Privilegialia. Bijelo-žuta svilena vrvca visi bez pečata.

Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 88—89 i Monum. civit. Zagr. I. 20—22. — Kerchelich Hist. eccl. Zagr. 83. — Farlati Ill. sacr. V. 370. — Fejér Cod. dipl. IV. vol. I. 472—3. — Potpuno: Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 346—8. — Kukuljević Reg. no. 531.

287.

1247, 11. septembra. U Zvolenu.

Bela kralj ugarski i hrvatski, na molbu izaslanika kaptola zagrebačkoga potvrdjuje crkvi zagrebačkoj dar Mutimirove matere, učinjen nekoč pred njim kao hercegom hrvatskim.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentium noticiam habituris, salutem in eo qui est uera salus. Accendentes ad presentiam nostram fideles nostri Fyle prepositus Zagrabiensis, magister Job prepositus Bachiensis comes capelle nostre et canonicus Zagrabiensis, Zoym prepositus Chazmensis, Petrus cantor archidiaconus Zagrabiensis, Michael lector et Ladislas decanus Zagrabiensis, Petrus Camaricensis et Petrus de Kemluk archidiaconi et alii de capitulo Zagrabiensi, nomine ac uice capituli priuilegium tempore nostri ducatus concessum et nostro ducal-sigillo impressum, nobis exhibuerunt, quod uidimus et manu nostra tenuimus, ac inuenimus nec in cera, nec in carta, nec in aliqua sui parte aliquatenus uiciatum, quod uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus in hac forma: *(Slijedi listina Belina od god. 1225. Vol. III. br. 220. pag. 245—7. ovoga zbornika.)* Petentes humiliter et attente, quatenus dignaremur illud regie auctoritatis insigniis confirmare. Nos igitur iustis petentium desideriis assensum facilem adhibentes, dictum priuilegium auctoritate regia confirmamus, statuentes, ut possessiones in eodem priuilegio expresse eadem gaudeant per omnia libertate, qua cetere possessiones eiusdem ecclesie seu capituli gaudere noscantur. Ne igitur huius nostre confirmacionis series ualeat processu temporum a quolibet infirmari, sed perseueret iure perpetuo illibata, presentes litteras dupplicis sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum in Zolum anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo XLVII., tercio idus septembris, regni autem nostri anno duodecimo.

Original u arkivu kapt. zagreb. fasc. 52. br. 5., svilena vrvca visi bez pečata.

Potvrdjena je od Ljudevita kralja 1358. 26. maja, od bana Leustachija god. 1360. i Sigmunda kralja 1427. 11. novembra.

Tkalčić: Monum. episcop. Zagr. I. 90. — Wenzel: Cod. dipl. Arp. XI. 348—9. — Kukuljević: Reg. no. 529 i 530.

288.

1247, 18. septembra. U Lyonu.

Inocencije IV. papa nadbiskupu kaločkomu i biskupima erdeljskomu i čanadskomu, kamo da se prenese kaptol »de Ku« (Banoštor), jer su njegovi posjedi od Tatara sasvim poharani.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus (Benedicto) archiepiscopo Colocensi, (Gallo) Ultrasilvano, (Basilio) Cenadiensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri (Innocentii) episcopi et dilecti filii prepositi et capituli cathedralis ecclesie de Ku fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum ipsi destructis penitus partibus illis per Tartaros, non habeant locum ubi necessitatis tempore valeant se tueri, tuque frater archiepiscope habeas in eorum diocesi sancti Gregorii et sancti Demetrii monasteria ordinis sancti Benedicti ad castra in eis construenda idonea, transferendi ad alterum monasteriorum ipsorum episcopalem sedem cum omnibus libertatibus et immunitatibus suis licentiam concedere curaremus, mandamus, quatenus, an hoc expediat, inquiratis diligentius veritatem, nobis quod inveneritis fideliter rescripturi. Datum Lugduni XIIII. kal. octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Monum. Hungariae I. br. 383. str. 205. (iz reg. orig. an. V. ep. 212.) — Pray Hierarch. II. 133. — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 1, 475. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 199. — Potthast Reg. pont. II. no. 12.691. — Kukuljević Reg. no. 532.

289.

1247, 19. septembra. U Kotoru.

Biskup kotorski posvećuje crkvu sv. Gjurgja.

Anno salutiferae incarnationis domini MCCXLVII., mense septembris die duodecimo astante, indictione V. Ego Deodatus episcopus ecclesiae sancti Tryphonis de Catharo ad petitionem capituli ecclesiae eiusdem, communitatis eiusdem civitatis, ac Georgii abbatis coenobii sancti Georgii, dedicavi ecclesiam sancti Georgii ad laudem dei et honorem sanctae Mariae, necnon aliorum sanctorum, quorum reliquiae hic continentur: sancti Georgii, Abdon et Sennen martyrum, ac sanctorum innocentium. Quae ecclesia praedicti loci erat praedecessorum totius communitatis Catharinae. Venerabilem dei ecclesiam gubernante Innocentio aposto-

lico, domino autem Uroscio regnante. Quod praesens scriptum fieri feci per diaconum Micham de Gigna notarium praedicte communitatis, cum manu propria et signo consueto.

Farlati Ill. sacrum. VI. 439. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. VII. 252—3. — Kukuljević Reg. no. 528.

290.

1247, 23. septembra. U Spljetu.

Sud spljetski izdaje odluku u parnici izmedju nadbiskupa spljetskoga Ugrina i Ivana, sina Dujma Formina, zbog mlinova u Saloni.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis septembris die octavo exeunte, indicione sexta, Spalati, presidentibus domino Hugrino venerabili arhiepiscopo et comite Spalatensi, nobili uiro Buticha potestate. Nos siquidem iudices Duimus Forminus et Miha Madii Jorre et consiliarii Spalatenses per hoc instrumentum facimus manifestum, quod super causa coram nostro iudicio uentilata et cognita inter prefatum dominum archiepiscopum et Johannem predicti Duimi Formini filium de quodam molendino ipsius Johannis sito in Salona talem diffinitiuam sententiam promulgamus: quia predictus Johannes cum suis heredibus prenominato domino archiepiscopo et eius successoribus de ipso suo molendino reddere rationem et agraticum in perpetuum teneatur, sicut alia molendina Salonitana. Huius sententie testes sunt: Johannes Çigaida, Srehia de iupano Caçeta, Stanicha de Uentaro et Jorra filius Madii Jorre. Et ego Martinus Crisogani(!) examinator manum meam mitto.

Ego magister Gregorius Spalatensis notarius iussu dictorum iudicum et consiliarium, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u arkivu kaptola u Spljetu a. 1247.

Nalazi se na istoj pergameni s prijepisom listine od godine 1203. 16. novembra.

291.

1247, 2. oktobra. U Dubrovniku.

Prisega kneza Jakoba Delfina.

† In nomine dei eterni amen. Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis octubris secundo die intrante,

indictionis quinte, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Ego quidem Jacobus Delfini dei gratia de mandato domini Jacobi Teupuli illustrissimi ducis Venetie comes Ragusine ciuitatis, iuro *(sad slijedi prisega)*. Hii sunt testes: Grubessa Gundule, Michael Pezane, Grubessa Ballislaue et Goyslauus Theodori Crosii iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus Ragusii, scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu iznad teksta prerezana pismena. (Zbirka saec. XIII.)

292.

1247, 7. novembra. U Veneciji.

Pismo dužda mletačkoga Jakova Tiepola savjetnicima u Zadru, da Dominikance ne uznemiruju u njihovim posjedima.

Jacobus Theupulus dei gratia Venetiae, Dalmatiae atque Croaciae dux, dominus quarte partis atque dimidiae totius imperii Romaniae, nobilibus et sapientibus viris Angelo Mauroceno et eius consiliariis Marino Mauroceno, Stephano Justiniano, Raynerio Geno et Joanni de Canali, ambasciatoribus suis dilectis fidelibus salutem et dilectionis affectum. Ex parte conventus fratrum Praedicatorum de Jadra fuit coram nobis expositum conquerendo, quod concessiones quarumdam possessionum de Jadra, quas nobilis vir Leonardus Quirinus tunc comes Jadrae de nostro mandato fecit conventui supradicto et nos postmodum simili modo eidem concessimus, per nostras patentes litteras confirmantes; quidam Jadertini, quibus dictae possessiones olim spectabant, impediunt toto posse, petentes tunc sibi restitui memoratas. Verum quia nobilis vir Joannes Badovarius fidelis noster dilectus, qui nobiscum, Rayneri Geno, interfuit in tractatu concordiae Jadertinorum et Gabriel cancellarius curiae nostrae, qui praesens fuit, interrogati a nobis dicunt et asserunt, quod in tractatu concordiae antedictae mentio facta fuit de possessionibus nominatis, ut ipsas habere et tenere debuissent fratres Praedicatores secundum concessiones factas a nobis et a comite memorato et quod super hoc responsum fuit a magistro fratrum minorum, qui erat tractator pro nunciis Jadertinorum, quod pro ipsis possessionibus restitutio fieret personis, quibus spectabant ab universitate Jadertinorum, prudentiam vestram Rayneri Geno requirimus attentius et rogamus, quatenus, si praedicta sunt in memoria vestra, nobis vestris litteris hoc quam cite

poteritis, significetis, etiam si vobis videbitur, viros nobiles Papum de Petrogna et Grisogonum de Mauro nuncios Jadertinorum interrogare et inquirere debeatis, scientes dictum magistrum fratrum minorum abesse; unde ipsum super his interrogare minime potuimus. Datum in nostro ducali palatio die 7. intrante novembris, indictione 6.

Farlati Ill. sacrum V. 76. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. VII. 251. — Kukuljević Reg. no. 534.

293.

1247, 13. novembra. U Zadru.

Vera, žena pokojnog Radovana iz Zadra, prodaje komad zemlje Radinu, sinu Tomane i drugima.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis nouembris die tercio decimo intrante, inditione sexta, Jadre. Cum aliquid alicui perpetuo iure uenditur, dignum est scripture uinculo memorie annodari, ne decursis temporibus quod inde statuitur obliuioni tradatur et iurgia uel scandala oriantur. Quapropter ego quidem Vera uxor quondam Radoani defuncti de Jadra, cum meis successoribus, ab hoc die in antea in Christi nomine do, uendo atque transacto vobis namque Radin filio quondam Tomane atque Prefoche uxori tue filie Petri Brecoue et uestris heredibus et successoribus in perpetuum ad possidendum, uidelicet quandam meam peciam de terra siue pastinem (!) super insulam de Eçe positum; quod firmat uersus austrum in terris seu uineis Rastiche archipresbiteri Jadrensis et ab omnibus aliis partibus firmum in comuni Jadre. Hanc autem suprascriptam atque determinatam terram et pastinem me per omnia exinde faciens de foris vobis do, vendo atque transacto in uestra plenissima potestate amodo in antea intromittendi, habendi, tenendi, vendendi, dandi, donandi, comutandi et in perpetuum possidendi et donandi et quicquid ex ipsa terra seu pastine uobis placuerit faciendi, cum omni uidelicet longitudine et latitudine sua., cum capitibus et lateribus suis, cum callibus quoque et uiis suis, cum accessibus et egressibus suis atque cum omnibus suis habenciis et pertinenciis ac adiacenciis intus et foris, per terram et per aquam, sicut a me et ab auctoribus meis possessa fuit dicta terra et pastem, atque cum omni vigore et robore omnium cartarum tam ueterum quam nouarum ipsi suprascripte terre et pastini pertinencium, nemine vobis contradicente. Precium autem poro inde a uobis recepi, silicet libras quattuor denariorum

ueneticorum. Vnde promittens promitto cum meis heredibus vobis et uestris heredibus et successoribus, quod ab omnibus hominibus dictam terram et pastinem uobis semper defendere et discalumpniare super me et omnibus bonis meis debeam. Insuper autem plenam et irreuocabilem securitatem cum meis successoribus uobis et uestris heredibus et successoribus facio, quatinus de tota iamdicta terra et pastine et omnibus suis habenciis et pertinenciis et de toto predicto eius precio semper securi et quieti permaneatis, quia nichil de predictis omnibus remansit, vnde uos amplius requirere aut conpellere ualeam per ullum ingenium, quod si contra hanc dacionis, vendicionis, promissionis atque securitatis cartam ire temptauero, uel aliquid inde subtrahere, uel minuere presumpsero et uos inde, ut dictum est, defendere et discalumpniare noluero, uel non potuero, per quoduis ingenium componere debeam cum meis successoribus uobis et uestris heredibus et successoribus in perpetuum auri libras quinque. Et hec vendicionis, promissionis atque securitatis carta cum predicta discalumpniacione et defensione semper in sua firmitate permaneat.

† Signum suprascripte Vere que hoc fieri rogauit.

† Ego Micha de Lemeso manum misi.

† Ego Pape de Petronia testis.

Ego Benuenutus Bonacena canonicus Clugiensis acolitus et notarius conpleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

294.

1247, 19. decembra. U Dubrovniku.

Radi se o medji posjeda općine dubrovačke.

Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis decembris tertio decimo die astante, in presentia nobilis uiri domini Jacobi Dalfini comitis Ragusii. Nos quidem Bubanna Petri, Bosinus Goyslaui et Velcassus Johannis iurati iudices, hoc quod per presentiam legis iudicauimus, testamur, nostra enim coram presentia Grubessa de Ballislaua et Andreas de Zreua, aduocati comunis Ragusii, pro ipso comuni Ragusii interpelauerunt super Petrum Michaelis de Tunio dicentes: fecisti ortum in terra comunis Ragusii, que est extra portam ciuitatis Ragusii, iuxta calcaram tuam, unde uolumus, ut ipsam terram

cum ipso orto dimittas apud comune Ragusii. Qui prenominatus Petrus respondens dixit: Ille ortus et illa terra in qua est idem ortus mea est, quia mei antecessores illam dictam terram et dictum ortum dimiserunt mihi. Nos autem prenominati iurati iudices diximus eidem Petro: Si de hoc aliquid poterat ostendere, prout ipse dicebat. Et idem Petrus non potuit ostendere hoc quod ipse dicebat. Unde nos auditis eorum questionibus et audito testimonio ueteranorum hominum Ragusii et uiso ipso loco, iudicauimus per sententiam legis, ut prenominata calcara usque ad petram uiuam, que est suptus uinea Nyciforii de Marzo, que prenominata petra habet tales litteras sculptas comunis Ragusii, illud quod uadit ad partem pelagi uersus ciuitatem Ragusii remaneat apud comunem Ragusii in perpetuum sine questione. Et post hec prenominati Grubessa et Andreas aduocati comunis Ragusii pro ipso comuni interpelauerunt super prenominatum Nyciforium de Marzo et super Marinum de Zuinizza dicentes: Uolumus ut dimittatis illas terras, quas de comuni Ragusii tulistis, qui prenominati Nyciforius et Marinus dixerunt: nos non uolumus terras comunis Ragusii. Nos autem iuimus ad predictas terras extra portam ciuitatis et uisis dictis terris et audito ibi testimonio ueteranorum hominum Ragusii, iudicauimus per sententiam legis, ut a prenominata signata petra recto tramite usque ad aliam petram que est ad primum capud (!) suacerie (!) de uinea Dragi quondam uxoris Theodorii Crosii que fuit Testii. Que prenominata altera petra habet litteras sculptas COIS (comunis) Ragusii, totum illud, quod a prenominatis petris signatis uadit ad partem pelagi uersus ciuitatem Ragusii remaneat sine questione apud comune Ragusii in perpetuum. Hec carta nullo testimonio rumpi possit. Quod iudicium prenominatorum iuratorum iudicum in presentia prenominati domini comitis ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.).

295.

1247, 31. decembra. U Dubrovniku.

Dozvoljuje se Pavlu Vučini kupovati i prodavati morsku sol.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mensis decembris ultimo die, Ragusii, ordinata curia cum sonitu

campane. Nos quidem Jacobus Dalfinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus et consiliariis de paruo et magno concilio et cum populo Ragusii comitentes comittimus tibi namque conciui nostro Paulo de Uelcinna, ut per opus nostri comunis Ragusii habeas plenam uirtutem et potestatem super comuni Ragusii conparandi et ad imprestitum et in credantiam tollendi et naulizandi usque ad decem milliaria de sale, secundum quod melius illa habere poteris. Hec autem carta comissionis in sua firmitate permaneat et nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Bubanna Petri, Rosinus Goyslaui, Theodorus Bodatie, Pascalis Theodori Crosii et Uelcassus Johannis iurati iudices et Uelcius Johannis Bladimiri, Grubessa Gundule et Petrus Mathei Dabrane cosiliarii Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu (Zbirka saec. XIII.).

296.

1247. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje župan Mihajlo svoju zemlju Obrež Martinu Nezdaši.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Michael comes frater Buzad comitis ex una parte et Martinus filius Nezdese ex altera, protestatus est idem Michael coram nobis, quod quandam terram suam nomine Obris in priuilegio regali sub bulla aurea existentem, sitam iuxta terram dicti Martini, ut inter eos remota controuersia pax irreuocabilis firmaretur, uendidisset eidem Martino et suis heredibus heredumque successoribus pro uiginti marcis argenti perpetuo possidendam, quoniam ipsa terra Obris supradicto Martino adeo fuerat necessaria, ut sine ea esse nullatenus potuisset, totaque summa pecunie eidem Michaeli coram nobis est plenarie persoluta, ita tamen, quod si aliqua causa contra ipsum Martinum pro ipsa emergeretur et Michael comes eundem Martinum et eius successores sine dampno defendere teneretur. Preterea si processu temporis supradictus Martinus uel aliquis suorum heredum terram prescriptam uellet ponere uendicioni et cognati ipsius non emerent, nulli extraneo posset uendere, nisi Michaeli comiti, si iuxta rectam estimacionem uellet comparare. Cuius terre prima meta incipit ab oriente

in monte vbi sunt tres mete terree, una Michaelis comitis, altera Lodomerii, tercia uero Martini; et per uiam uadit ad occidentalem partem, ita quod pars meridionalis remaneat Michaeli comiti et septemtrionalis Martino; et inde de uia uadit ad occidentalem partem usque uineam Ztrelk, inde uero descendit de monte ad arborem que dicitur fagus et ad metam terream; et inde uadit directe in siluam per metas terreas ad unam arborem, que uocatur fraxinus, que est cruce signata et ad metam terream; et inde uadit ad unam paludem, que vocatur Chernyz et ibi ex utraque parte ipsius aque sunt due mete terree et due ilices cruce signate, dictus uero Chernyz tempore pluuiali est aquosa, tempore estiuo inaquosa; et inde per uallem Chernyz uadit per longum ad metam terream, exiensque de ipsa ualle uadit ad ilicem cruce signatam et ad aliam arborem crucesignatam, que uulgo gerthan dicitur; et inde parumper uadit per aridam et cadit in Plytvicham (!) et ibi est arbor egur crucesignata et meta terrea; in ipsa meta est ilex crucesignata et arbor gertan crucesignata; et ibi terminatur meta Martini et comitis Michaelis, ita quod uersus orientem est terra Martini, uersus occidentem terra comitis Michaelis; et de ultima meta uadit inferius in aquam Plytuiza per terram sepedicti Martini usque pontem Vichen et dictus pons est in terra Martini sepius memorati et sic terminatur. Quoniam igitur iuris consentaneum esse perhibetur, ut quidquid iuste agitur et legitime terminatur, nequeat per posteros in irritum reuocari, ad instanciam et peticionem parcium predictarum presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini millesimo ducentesimo XL^{0} septimo.

Iz potvrde kralja Bele »datum in Waska anno millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, kalendas aprilis (1. aprila), regni autem nostri anno tercio decimo«, što su je tražili »comes Michael frater Buzad ex una parte et Martinus filius Nezdese iobagio castri Worosdiensis ex altera«.

Na plavo-žuto-crvenoj svilenoj vrvci visi kesica u kojoj smrvljen pečat. U arkivu kneza Batthyányja u Körmendu. A. IV. L. II. n. 87.

Wenzel: Codex dipl. arpad. VII. 249—250. — Kukuljević Reg. no. 537.

297.

1247. U Baču.

Pred kaptolom Bačkim svjedoče Ambrozij i Benedikt, da su prodali svoju djedovinu u županiji Vukovskoj dvorniku Ivanu.

Nos capitulum Bachiense omnibus presentibus et futuris insinuacione presencium notum facimus, quod Ambrosius filius Sereguyl et

Benedictus filius Modorod coram nobis personaliter constituti, confessi sunt, ut hereditariam terram suam sitam in comitatu de Wlcou cum omnibus utilitatibus suis, pertinenciis seu edificiis super ipsam terram existentibus, conmetaneo suo, scilicet Juan magistro tavarnicorum venerabilis patris Benedicti dei gracia archiepiscopi Colochensis pro decem marcis argenti vendidissent integraliter, sibi et suis heredibus perpetuo habendam et possidendam et ipsam summam pecunie se plenarie recepisse. Porro vicini, confines seu commetanei terre predicte, scilicet custos et conventus monasterii sancti Demetrii per officiales suos, videlicet Tenkeu et Thomam fratrem Fuka nobis intimarunt, huic emcioni seu vendicioni suum consensum prebuisse; alii quoque scilicet Emsa quenesius populi de villa Yelun et Thomas frater Fuka premissus requisiti a nobis, emcioni seu vendicioni supradicte suum assensum ultronei (!) prebuerunt. In cuius rei memoriam presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Anno ab incarnacione domini M^{0}CC^{0} quadragesimo septimo; magistro Job preposito Bachiensi et comite capelle regie, Andree lectore, Symone cantore, Benedicto archidiacono Bachiensi, Symone archidiacono Syrmiensi, Adriano custode, Antonio archidiacono Sceguediensi, Nicola decano, ceterisque canonicis in eadem ecclesia deo feliciter ministrantibus.

Original u kr. ugar. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 313. (Stara sign. N. R. A. fasc. 603. no. 45.) Visi o svilenoj vrvci crvene i crne boje, dobro sačuvan kaptol. ovalan pečat. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII., 241. — Kukuljević Reg. no. 538.

298.

1248, 24. januara. U Draču.

Pogodba Dubrovčana sa Dračanima radi soli.

† Ego Paulus de Volcina procurator Ragusii hec firmo.

† In nomine domini dei eterni. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, die ueneris, uicesimo quarto mense ianuarii, indictione sexta. Ego quidem Paulus de Mileta ciuis Ragusii intus in ciuitate Dirrachii coram probis hominibus testibus subnotatis signum crucis superius propria manu feci et litteris afirmaui. Cum pro parte comitis et uniuerso consilio civitatis Ragusii constitutus procurator et certus nuntius ad emendum in Dirrachio milliaria salis decem ad opus comuni dicte ciuitatis Ragusii, manifeste declaro, me conuenisse tecum domino Pascali Sarippi Dirrachii recipere a te dicta decem milliaria salis hinc per totum mense(m) madii primo uenturum, pro

quo sale promisi et conueni tibi soluere et pagare dicto comunali hinc ad annum unum yperpera. quingenta, pro quolibet yperpero de denariorum grossorum tredecim et dicta decem milliaria salis bruno, uidelicet si non habueris ad preficiendum recipere debemus usque milliario uno de sale albo in eodem pretio; et si fortasse (infra) terminum supradictum prefatum salem totum auferri nequiverimus, tenemur soluere sedeturam secundum vsum ciuitatis. Et cum dictum sale uoluerimus recipere, teneris mesuratorem dare et conducere usque ad litum in tuis expediis, excepto modio, quod erit comunaliter, et nos recipere ipsum in lontriis siue in barcis in nostris expediis, et quot haberes necesse, fuerint dare excepto mensuratore, unde uoluntarie solenni stipulatione interposita guadiam tibi dedi per auctoritate(m) quam a dicto consilio ciuitate Ragusii animam datis(!) habeo, me ipso fideiussore posito, quatinus dicta quingenta yperpera ad terminum supradicto(!), et ut sine bene ad recipiendum ego uel mei heredes siue dicto communi tibi uel tuis heredibus siue tuo misso uel comisso aut cui hoc breuem(!) sanum uidebitur sine diminutione aliqua demus et persoluamus sine lege et aliquo interposito capitulo. Quod si contra prefata fecerimus et dicta quingenta yperpera a termino supradicto per me uel per certo misso seu comisso dicto comuni resoluissemus, pro uno quoque mense dare pro huius dicte pecunie yperpera uiginti, usque dum tua uoluntas fuerit dicta quingenta yperpera lasandi. Concedimus tibi potestatem et auctoritatem, si omnia supradicta tibi seu parti tue non obseruauerimus, cum auctoritate huius instrumenti capiendi homines et mercatores dicte ciuitatis Ragusii, tantum de suis rebus et mercimoniis recipi, quod tu fieri possis integre solutus et bene pagatus, dicta quingenta yperpera cum toto lucro nomine damni; et expensas quas feceritis in curia uel extra curia pro predicta pecunia recuperanda, et ad tuam cautelam tradidi tibi ego paululum predictus instrumentum procurationis, quam mihi comes Ragusii et suo consilio(!) fecit et tradidit plenaria potestate de facto supera memorato, obligantem me et dicto comuni(!) nomine pene dicta quingenta yperpera in duplum et quod iustum est in palatio curie componere, et post conpositionem ad prelecta omnia inuitos manere renuntiando omni legum et decretorum auxilio tam imperiali quam generali, discretos nos ipsos debitores, obligatores, fideiussores qui licitum dedimus tibi et tuis heredibus, pignorandi nos et nostros heredes per omnia nostra pignora licita et inlicita, sine causa et appellatione, donec prelecta omnia adimpleamus, que de nostro scripsit rogatu Nicolaus diaconus imperialis et publicus Dirrachii notarius anno, mense, die et indictione pretitulatis.

† Signum manus cur Cumani Scudrin qui testis est.

† Signum Nicolai Gadlithleto qui testis est.

† Matheus filio de Nicola Deiuacia.
† Signum manus Nicolai Casimera.
† Signum manus Martolus filius Johannis de Martoli qui testis est
† Ego Marcus de Sanso sum testes.
† Ego Marinus Julianus testis sum.
† Ego Johannes Lauzolo testis sum,
† Ego Nicolaus diaconus imperialis et puplicus Dirrachii notarius.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

299.

1248, 1. februara. U Zadru.

Angelo Mauroceno, knez zadarski daje samostanu sv. Krševana na temelju njegovih privilegija otok Maon.

In nomine domini eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo XLVII., die primo intrante februario, indicione sexta in presencia domini Laurencii archielecti Jadrensis, domino Henrico Fusculo et Andree Maynardi militis comitis Jadrensis Cum dominus Nicholaus Simiteculo dei gracia abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra petere[t] cum instancia a domino Angelo Mauroceno comite Jadrensi insulam Mauni, que ad ius et proprietatem ipsius monasterii spectare noscitur, sicut in eius privilegiis continetur, respondit ei et dixit, quod de uoluntate et consensu tam suo quam consiliariorum, silicet Johannis Ferreti et Rogerii Georgii dabat et restituebat dicto abbati et eius successoribus adatque(!) monasterium prefatam insulam in perpetuum possidendam et de ea faceret et disponeret sicut de re sua et ad ipsum monasterium pertinente. Actum est hoc iuxta portam ferream ciutatis Jadre.

Ego Petrus publicus notarius, ut audiui scripsi, compleui et signo consueto signaui

(Signum not.)

Original u gubern. ark. u Zadru (odio sam. sv. Krševana capsula XVIII. no. 429.

300.

1248, 3. februara. U Trogiru.

Grgur opat sv. Marije uzajmljuje novaca i daje u zalog jedan primjerak sv. pisma.

Anno millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, indictione sexta, mensis februarii, die tertio intrante. Temporibus venerabilis domini episcopi Treguani, Stepconis comitis, Pauli, Nicolai Albertini et Joannis iudicum Traguriensium hoc actum est. Ego quidem Gregorius abbas monasterii sancte Marie de insula Melita confiteor, quia accepi a nobili Gervasio subdiacono et Desa Kasarizze procuratoribus operis ecclesie sancti Laurentii de Tragurio quadraginta libras denariorum parvorum venetorum mutuo, pro quibus portionem unam biblie eiusdem monasterii memorate ecclesie sancti Laurencii tali tenore pignoris nomine obligo et assigno, ut quousque pretaxata pecunia per me vel successores meos eidem operi plene non fuerit persoluta, predicta eeclesia memoratum librum in sua teneat potestate. Dictam namque pecuniam, teste deo, expendi in reparatione vinearum obedientie de Jadra, que hiis temporibus inculte relicte fuerant, discordia inter Jadratinos et Venetos imminente. Testes sunt Thomas archidiaconus Spalatensis, Prodanus presbyter, Vitus et Savinus diaconi et eiusdem ecclesie canonici, Jacobus archidiaconus, Dragus et magister Georgius canonici Tragurienses. Ego Joannes Casioto examinator manum meam mitto; et ego Gausinna primicerius et Traguriensis iuratus notarius verbo predicti Gregorii abbatis hanc cartam scripsi et signo consueto signavi.

(*Monogr. notar.*)

Original u ark. kaptola u Trogiru.

Farlati: Ill. sacrum. IV. p. 365.

301.

1248, 25. februara.

Bela kralj ugarski i hrvatski, u parbi mošonjskoga župana Benedikta proti knezu Hudini, radi posjeda Medjurečja, dosudjuje, da isti posjed ne pripada županiji grdjevačkoj.

Bela dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus salutem in omnium

saluatore. Cum donaciones regie ex liberalitate animi debeant prouenire, ut is, qui eas ex suis meritis assequitur, in pace eciam illis ac tranquillitate fruatur, et quod semel regio stabilitur robore, perhenni duret stabilitatis uigore. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam posterorum peruenire uolumus presencium per tenorem, quod cum Huduna ad nostram presenciam a Benedicto comite Musuniensi citatus esset sub eo pretextu, quod terram Wizguz ad comitatum Kordua asseruit pertinere; nos comperta ueritatis serie, cognouimus, quod eadem terra Wizguz ad predictum comitatum non pertinuit, et eciam si pertinuisset, tamen quum memorato Huduna sepedictam terram Wizguz ex liberalitate regia priuilegiatam contulimus antea, quam prefato Benedicto comiti comitatum Kordua donassemus, predictum Huduna ab actione Benedicti super illa terra Wizguz esse uolumus et decernimus omnimodis absolutum, dicto Benedicto super illa querimonia siue actione de cetero silencium imponentes; quia quod ex munificencia regia donatur cuiquam, a nullo debet per decursum temporis infirmari. Hac consideracione ducti, non immerito et propter Huduna fidelia, quibus coram oculis excellencie nostre multis temporibus studuit complacere et maxime quia donaciones regie, si esse debent gratuite, consequenter et firme, nec debent ullis unquam dubietatibus uacillare. Sicut ipsi Hudune prenominatam terram antea nostro priuilegio confirmauimus, sic eidem ipsam iterato ad maiorem confirmacionis cautelam presenti scripto duximus roborandam. Vt autem dicta terra Vizguz prefato Huduna suisque heredibus heredumque successoribus permaneat stabilis atque firma, nec per processum temporis liberalis nostrą tradicio ualeat irritari, sed omnis scrupulus uiolencie seu calumpnie conquiescat, presentem litteram sic dedimus in testimonium et cautelam duplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno gracie MCCXL octauo, sexto kalendas marcii, regni autem nostri anno XIV.

Liber priuileg. eppatus. Zagrab. list. 57—8.

Tkalčić: Monum. episc. Zagr. I. 90—1. — Wenzel: Codex dipl. arp. IX. 361. donosi kratki regest. — Kukuljević: Reg. no. 459.

Godina vladanja nije ispravna.

302.

1248, 9. marta. U Lyonu.

Papa Inocencije IV. nalaže skradinskom biskupu Bartolu, da preda nadbiskupu spljetskomu Ugrinu palij.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri B(artholomeo) episcopo Scardonensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum

palleum insigne uidelicet pontificalis officii fuisset a nobis ex parte dilecti filii U(grini) electi Spalatensis cum instantia postulatum, nos eius supplicationibus annuentes, ipsum de corpore beati Petri sumptum, sibi assignandum, per te duximus destinandum. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus illud ei assignes sub forma, quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam; et ab ipso nomine et romane ecclesie sub forma, quam sub eadem bulla tibi dirigimus, fidelitatis recipias iuramentum. Formam autem iuramenti, quod ipse prestabit, de uerbo ad uerbum nobis per eiusdem patentes litteras sub sigillo signatas per proprium nuntium quantocius studeas destinare. Datum Lugduni VII idus martii, pontificatus nostri anno quinto.

Original u ark. kaptola u Spljetu. Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Farlati Illyr. sacrum III. 272. — Wenzel Cod. Arpad. VII. 268—9. — Kukuljević Reg. no. 541.

303.

1248, 10. marta. U Dubrovniku.

Potvrdjuje se listina od godine 21. maja 1177. u poslu zemljišta kraj močvare.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mensis martii, decimo die intrante. Nos quidem Jacobus Dalfinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus Bubanna Petri et Pascali Theodori Crosii et Velcassi Johannis, hoc quod per sententiam legis iudicauimus testamur. Nostra enim coram presentia comune Ragusii per suos aduocatos Grubessam Ballislaue et Goyslauum Crosii et Andream de Zreua interpelauit super Michaelem Pezane et Calendam Trifonis Lampino dicens: uolumus, ut secundum quod iudicatum fuit per dominum Johannem Teupulum quondam comitem Ragusii et per iuratos iudices includatis illam cloacam, que est inter domos uestras in paludo, que fuerunt predicti Dabrisii et Berlezi et Mangeri. Qui Michael et Calenda per suum aduocatum Petrum Mathei Dabrane respondentes dixerunt, nos nolumus, ut sit ibi cloaca, sed uolumus, ut sit ibi locus mundus et comune Ragusii nihil habet ibi ad faciendum. Nos autem prenominati comes et iudices auditis eorum questionibus, uisa predicta carta domini Johannis Teupuli et iuratorum iudicum et uisa altera carta que sic incipiebat: in anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, indictione decima, uicesimo primo die mensis madii. Nos in Christi nomine

iudices Pancratius Grubesse et Uitalis Bodatie, Picinagus Nicolai sub sacramento iure constituti et cetera, prout in ea continetur, iudicauimus, ut sit firmum, sicut in ipsa antiqua carta continetur, et prenominati Michael et Calenda per totum primum mensem madium unusquisque de ipsis per se sub pena decem perperorum adimpleant, secundum quod in ipsa antiqua carta continetur. De hac autem sententia sunt due carte, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Quod iudicium predictorum domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Ispod teksta pismena prerezana. (Zbirka Saec. XIII.)

304.

1248, 16. marta. U Spljetu.

Potvrdjuje se i ovjerovljuje testamenat Dujma Črnehe od prošle godine.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, m . . . . to decimo die intrante, indictione quinta, Spalati, presidente Ugrino uenerabili archielecto et comite Spalati, nobili uiro Petro . . . . rectore. Ego quidem Duimus filius Cerneche metuens . . . . aliquid humanitus, quod testamenti mei impediat factionem, uolo nunc, licet eger corpore, tamen sana mente integraque memoria de meis rebus taliter disponere, qualiter post obitum meum desidero et precipio obseruare. In primis uolo, quod pars . ea de terris quas habeo ad diuidendum cum heredibus Dabralis detur ad sanctum Benedictum, libras uiginti denariorum paruorum dentur fratribus minoribus, uiginti libras fratribus Predicantibus, de(cem libras ad) sanctum Stephanum, decem libras ad sanctam Mariam monialium, uiginti libras . . . . (Drag)ostis et sit libera, triginta libras in muro nouo, decem libras in campanili, quinque libras Lucaro Stesii, duas libras . . . . matri Dragii, quatuor libras Jardine sorori et duas, libras clericis, unam libram Bino presbytero, libras quatuor Tiche, quadraginta libras ad missas celebrandas pro anima mea et debitum ad Thomam Traguriensem et predicta Dragosti cum suis heredibus sint liberi. Hec omnia frater meus Petrus distribuat, ut dictum est, scientibus Marco canonico sancti Domni et Micha Madii Jorre at . . . am nutricem

meam libras quinque et unum bolum, Russa cum heredibus suis sit libera. Et omnia alia mea bona remaneant in potestate dicti mei fratris Petri, ut ipse teneat ad mentem animam meam, sicut ei melius uidebitur. Huius testamenti testes sunt Marcus clericus filius Cernoslaui, Stephanus et Jorra filii Madii Jorre. Ego Dragus Marii examinator manum meam misi. Ego magister Gregorius Spalatensis notarius, ut audiui hanc cartam testamenti scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, (mens)e marcio sexto decimo die intrante, sexte indictionis, presidente domino Hugrino uenerabili archiepiscopo et (in) ciuitate Spalati Formino Feste, Andrea Michacio et Gregorio Grubce iudicibus. Nos siquidem supradicti iudices magistro Bisancio tabellioni precepimus, ut testamentum prenominati Duimi scriptum per manus magistri Gregorii quondam Spalatensis notarii de verbo ad uerbum trascriberet, quod et fecit et in presencia nostra et aliorum proborum hominum exempla relegens nichil plus, uel minus inuentum est in utroque . . . . primum silicet originale suprascripto Petro Cerneche redidimus et secundum Nicolao Dese procuratori monasterii sancti Benedicti dedimus.

Testes sunt Duimus Forminus, Micha Madii, Paulus Tritini, magister Dragona et Johannes de Vitale.

Ego Pece examinator manum meam misi.

Et ego magister Bisancius comunis Spalatensis iuratus notarius ex precepto supradictorum iudicum, consiliariorum et tocius curie Spalatensis hanc cartam de uerbo ad uerbum ab originale instrumento sepedicti Duimi Cerneche, nichil addens uel minuens, scripsi, roboraui et consueto signo compleui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

305.

1248, 27. marta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa nadbiskupu kaločkomu, da ne postupa proti banu Ninoslavu.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Benedicto) archiepiscopo Colocensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut intelleximus, nobilis vir Ninoslaus banus de Bossena a fide nequaquam deviet orthodoxa, sed tamquam catholicus vivat sub religionis observantia

christiane, licet olim necessitatis tempore ab hereticis contra suos inimicos auxilium et favorem recepisse dicatur et eidem insuper nobili per quorumdam fidedignorum litteras, licet antiquas, laudabile perhibeatur testimonium super fidei sua puritate, mandamus, quatenus provide pensans, quod animarum lucrum attendendum est potissime ac obtandum, contra prefatum nobilem et terram suam, presertim cum super eo, quod a prefatis hereticis interdum iuvamen habuit, satisfacere, sicut dicitur, sit paratus et nos de vita, fama et conversatione ipsius per venerabilem fratrem nostrum (Philippum) episcopum Signensem et dilectum filium . . . ministrum fratrum minorum Spalatensem, mandamus diligenter inquiri, aliquatenus non procedas. Datum Lugduni sexto kal. aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 378 str. 206. Iz reg. orig. ann. V. ep. 699. fol. 527. — Sbaralea Bullar. Francisc. I. 511. br. 270. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 28. — Potthast Reg. pont. II. br. 12876. — Fermendžin Acta Bosnae br. 76. str. 14.

306

1248, 27. marta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa biskupu senjskomu i prioru spljetskomu male braće, da istražuju o životu bana Ninoslava.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Philippo) episcopo Signensi et . . . . . ministro fratrum minorum Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Presentium vobis auctoritate in virtute obedientie districtē precipiendo mandamus, quatenus de vita, fama et conversatione nobilis viri Ninoslai bani de Bossene sollicite inquirentes, quod super hiis inveneritis, nobis vestris litteris fideliter intimetis. Datum Lugduni sexto kal. aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 386. str. 205—206. Iz reg. orig. ann. V. ep. 700. fol. 527. — Sbaralea Bullar. Francisc. I. 511 nro. 271. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 29. — Potthast Reg. pont. II. 12877. — Fermendžin Acta Bosnae br. 74 str. 14. — Kukuljević Reg. br. 542.

307.

1248, 29. marta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa potvrdjuje glagolicu biskupu senjskomu.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Philippo) episcopo Sceniensi salutem et apostolicam benedictionem. Porrecta nobis tua petitio continebat, quod in Sclavonia est littera specialis, quam illius terre clerici se habere a beato Ieronimo asserentes, eam observant in divinis officiis celebrandis. Unde cum illis efficiaris conformis et in terre consuetudinem, in qua consistis episcopus, imiteris, celebrandi divina officia secundum dictam litteram a nobis suppliciter licentiam postulasti. Nos igitur attendentes, quod sermo rei et non res est sermoni subiecta, licentiam tibi in illis dumtaxat partibus, ubi de consuetudine observantur premissa, dummodo sententia ex ipsius varietate littere non ledatur, auctoritate presentium concedimus postulatam. Nulli ergo omnimo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Datum Lugduni quarto kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 98. str. 78. Iz reg. an. V ep. 753. fol. 522. — Raynaldi Ann. ad an. 1248. §. 52. — Erben Reg. Bohem. I. 558 nr. 1204. — Wenzel Cod. Arpad. XII. 267. — Potthast Reg. pontif. I. br. 12.880. — Kukuljević Reg. br. 543. — Jelić: Fontes glagol. 9.

308.

1248, prije aprila.

Pred banom Stjepanom mire se župan Jakša itd. i Nikola i Abram glede zemlje Maloga Kalnika.

Stephanus banus tocius Sclauonie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in eo qui dat uitam omnibus et salutem. Ad universorum noticiam presencium ac posterorum harum insinuacione uolumus fieri manifestum, quod cum Jaxa filius Jacobi, Joan filius Chakan, Preusa, Adrianus et Tyburcius filius Tyba cum fratribus suis a parte una et Nicolaus et Abram comites coram nobis fuissent constituti Joxa(!), Joan, Tyburcius et fratres sui et Preusa et Adrianus proposuerunt antedicti, quod cum terra minor Kemluk uocata esset ipsorum hereditaria, ipsi Nicolaus et Abram comites indebite emptam detinerent, litteras Ochuz

comitis, ut illa terra eorum sit, presentando. Ad quod iidem Nicolaus et Abram comites respondentes, ipsam terram a Philippo et Ditrico comitibus emisse coram domino rege precio pleniter persoluto se asseruerunt, alicuius contradiccionis impedim[ento] tunc non obstante. Interim tamen partes inter se ne ulterius grandis inimicicia in ipsis duret ad composicionis et concordie condescendentes unionem se fo ... pro celebranda forma composicionis ductis secum ad hoc quam plurimis uiris ydoneis a nobis diligenter pe[tentes], quod nos pro bono ipsis reputantes suas laudauimus voluntates in hac parte postmodum cum ad nos compositores equanimiter cum partibus accessissent ip[sa]m utramque partem in normam perpetue pacis ipsis ratum habentibus asserentes deuenisse et formam composicionis inter ipsos facte narauerunt in hunc modum, quod Joxa, Joan, Tyburcius et fratres sui Preusa et Adrianus sepedicti memoratam terram Nicolao et Abram comitibus reliquerunt iure perpetuo possidendam, nichilominus tamen iidem Nicolaus et Abram comites soluerent eisdem octo marcas, quas sicut intelleximus persoluerunt; in porcione autem nostra iidem Nicolaus et Abram comites nobis satisfecerunt, in porcione uero pristaldi aduersa pars satisfacere tenebitur tamen, ut de cetero iidem Joxa, Joan, Tyburcius et alii prenominati illam terram non possent aliqua racione requirere litteras Ochuz comitis, per quas ipsam terram suam esse affirmabant, Nicolao et Abram comitibus reddiderunt, in quibus distincciones metarum terre dicte prout eciam protestate sunt partes, plenius exponentur. Incipit enim meta eius retro domum Wlkazlay sacerdotis et ibi est meta in arbore, hinc uersus orientem tendit gertean uocatam in qua est meta; inde procedendo secus quandam siluam uenit ad duas arbores, castaneam scilicet et fagum, in quibus sunt signa pro metis, inde uersus aquilonem uenit ad ylicem stantem in meta, inde cum quadam uia uersus orientem tendit usque ad aliam uiam et ibi est quadruuium; inde uersus aquilonem per siccam uallem ad duas arbores ihor uocatas in quibus est meta et ibi tenet uicinitatem cum Descyla et cognacione eius; inde ad finem minoris Kemluk, inde uersus aquilonem secus magnam siluam ascendit ad monticulum in quo est meta de uertice monticuli ad occidentem ad puteum Iuba vodice, hinc uersus meridiem ad uiam tenentem metas cum Tosm[ir]io, hinc ad uerticem montis, hinc uersus orientem ad rupem et ibi est meta scilicet signum, hinc uersus meridiem ad quandam aquam cum qua uenit ad priorem metam. Vt autem huius rei series salua semper consistat, litteras nostras concessimus sigillo nostro roboratas, anno domini MCCXLVIII.

Iz potvrde kralja Bele od g. 1248. 3. aprila. Potonja potvrda u arkivu jugoslav. akademije u Zagrebu; diplom. a. 1248.

Kukuljević Reg. no. 544.

309.

1248, 3. aprila. U Vaški.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na molbu župana Nikole i Abrama listinu bana Stjepana, kojom se izmiruju s Jakšom itd. glede Maloga Kalnika.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam fideles nostri Nicolaus et Abram comites humiliter supplicarunt, ut litteras dilecti et fidelis nostri Stephani bani tocius Sclauonie super composicione inter ipsos ex una parte et Ioxam(!) filium Iacobi, Ioan filium Chakan, Preusa, Adrianum et Tyburcium filium Tyba cum fratribus suis ex consensu et uoluntate parcium super terra minoris Kemluk, pro qua questio inter eosdem uertebatur, confectas ex altera nostro dignaremur priuilegio confirmare; quarum tenorem nobis presentatum diligenter inspicientes, presentibus de uerbo ad uerbum duximus inserendum, quarum tenor talis est:

Vidi prediduću listinu bana Stjepana od god. 1248.

Nos igitur iustis eorum peticionibus consensum prebentes et fauorem quia omnia legitime et racionabiliter fuerant contracta, ne processu temporum per quempiam in irritum ualeant retractari, sed robur perpetue firmitatis obtineant, predictam composicionem et litteras prenotatas presentibus fecimus confirmari et dupplicis sigilli nostri munimine roborari. Datum in Waska anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, tercio nonas aprilis, regni autem nostri anno tercio decimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu (diplomota a. 1248.) Na listini visi svilena vrvca crvene, žute i modre boje, pečat je otpao.

Kukuljević: Reg. no. 544.

310.

1248, 4. aprila. U Vaški.

Bela kralj ugarski i hrvatski preporuča Trogiranima bana Stjepana, koji ima urediti i njihove prilike.

Bela dei gratia rex dilectis et fidelibus suis iudicis et vniuersis ciuibus ciuitatis Traguriensis salutem et gratiam. Quando diuturna in uobis fidelitas per successiones temporum continuum circa nos suscipit incrementum, sicut per opera uestra patuit et nunc claret, dignum ducit excellentia regia uobis gratiarum actionibus simul et operibus occursare. Super molestiis, siquidem uobis, ut ex querimoniis uestris suscepimus irrogatis, quamque mentem quietudinis nostrae quedam turbatio immutarit ad presens tam propter successus diuersos prosperos et iucundos, quibus pius deus animum regium egregiis sue benignitatis muneribus illustrauit, celsitudinis regie dexteram multiformiter roborando, non putauimus uobis aliquod iuuaminis impertiri, reputantes, uos quantotius reputare, si propter insignia negotia nostra et ardua uestri minores articuli retardentur, quod nostra sollempnitas, cuius amminiculo uestris et aliorum subditorum nostrorum utilitatibus potentius prospiciemus, foret propter queuis modica sibi dilata. Verum super his et aliis, que nostris incumbunt humeris reformanda, ecce predilectum et fidelem nostrum Stephanum banum totius Sclauonie, quem profecto uirum secundum cor nostrum inuenimus, ad partes maritimas transmisimus, dantes ei plenam auctoritatem reedificandi et plantandi honestos et probos, ac etiam reprobos destruendi, qui profecto non destructor, sed potius constructor, non dispersor, sed congregator, nec raptor erit, sed magis innate fidelitatis et prudentie studio magnificus conseruator, cui tamquam nobis in omnibus pareatis eidem discretionis uestre consiliis, uiriumque uestrarum auxiliis occursando studiosissime, ut soletis, cui etiam specialiter precepimus, ut uos diligat specialius confouendo; nos quoque circa partes confinii huius moram concedente domino trahemus et eidem Stephano bano, qui iam nunc est in uestra (vicinia) et uobis proximus et expedierit nos per grata subsidia exhibere. Datum in Waska II nonas aprilis.

Po svoj prilici g. 1248., jer je ove godine baš početkom aprila boravio kralj Bela u Vaški. — Gl. i našu iz originala crpljenu listinu br. 309.

Lucius: De regno Dalm. l. IV. c. 9. — Lucius: Memorie di Traù 71—72. — Katona: IV. 68—9 (pod g. 1245). — Fejér: IV. 1. 382—383. (po Katoni). — Kukuljević: Reg. no. 548 (pod god. 1248), 583 (1250).

311.

1248, 6. aprila. U Spljetu.

U pravdi izmedju nadbiskupa spljetskoga Ugrina i opata sv. Stjepana Leonarda radi mlinova, dobiva pravo opat svetoga Stjepana.

Cum inter Hugrinum (archiepiscopum) et Leonardum abbatem sancti Stephani controuersia esset de quibusdam molis frumentariis, quas uterque intra suarum possessionum fines contineri dicebant, ad eam dirimendam quatuor delecti sunt arbitri, Thomas archidiaconus, Prodanus canonicus, Doimus Forminus et Michael Marcius, qui cum in rem presentem uenissent, diligenter inspectis notatisque confiniis, que archiepiscopatus et monasterii fundos dirimebant, moletrinas illas sitas esse repererunt in iis locis, que ad sanctum Stephanum pertinebant. Eas itaque Leonardo abbati, eiusque monachis adiudicarunt. Arbitrium sive iudicium testibus adhibitis, pronunciatum est, relatumque in tabulas, que adhuc extant in codice priuilegiorum et instrumentorum cenobii sancti Stephani. Hec uero acta sunt, ut ibidem notatur, anno incarnationis domini nostri Jesu Christi 1248., mense aprili intrante die VI., indictione VI., temporibus domini Hugrini uenerabilis archiepiscopi et comitis Spalatensis, Formini Feste, Andree Michaelis et Gregorii Grube iudicum.

Farlati Ill. sacrum III. p. 272.

312.

1248, 8. aprila. U Zadru.

Laurencije, zadarski nadbiskup daje Dominikancima samostan i crkvu sv. Platona za obitavalište.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mensis aprilis die octavo intrante, indicione sexta, Jadre. In presencia subrogatorum testium quorum nomina inferius inseruntur, dominus L(aurentius) dei gracia sancte Jadrensis ecclesie electus taliter in scriptis pronunciauit dicens: Nos Laurencius dei gracia sancte Jadrensis ecclesie electus vniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in Christi sanguinis aspersione salutem. Vniuersitati uestre presentibus innotescat, quod, cum uiri religiosi fratres ordinis Predicatorum iam dudum per uenerabilem patrem bone memorie Dominicum Francum predecessorem nostrum, nec non clerum et populum Jadertinum ad nostram ciuitatem liberaliter aduocati, propter diuersos euentus, qui ibidem acciderunt, locum

suo ordini congruentem non fuissent hactenus assecuti et hec scientes illustris uir Jacobus Teupulus dei gracia dux Venecie, ac venerabilis pater L(eonardus) Quirinus eadem gracia Gradensis electus et Dalmacie primas, nobis suas litteras transmisissent, preces et mandata continentes, ut eisdem fratribus in loco competenti et honesto infra muros ciuitatis prouidere deberemus. Nos attendentes eorundem fratrum presenciam nobis et populo dei esse perutilem, eo quod incorruptum legis lumen seculo prebeant verbo predicacionis et exemplo, nec non predictorum uirorum illustrium, ducis scilicet et patriarche preces exaudicionis gracia priuari non debere, de bona voluntate nostra, consilio et assensu tocius capituli nostri, comitis, consiliariorum, fundatorum et ciuium aliorum ecclesiam sancti Platonis, in qua pauce moniales residebant cum domibus, orto et certis circumadiacenciis ad monasterium pertinentibus in giro, prout ipse possidebant, ipsis sponte cedentibus et renunciantibus omni iuri et accioni, que tam abbatisse quam monialibus nomine monasterii competebat uel competatur, in futurum ipsaque abbatissa que pro tempore fuerat cum suis monialibus, de uoluntate et mandato domini patriarche decenter et honeste prout comode fieri poterat alibi collocatis et locum pro loco competenter assecutis, ut ex tali translacione nichil possit ecclesie matrici ex parte monialium diminui uel deperire, que debite recipere consueuit, predictis fratribus Predicatoribus contulimus perpetuo possiden[dum]. Verum quia locum effluencie largitatis requirit influencia gratitudinis, ut illic se dirigat graciarum ac[cio], unde beneficiorum se extulit magnitudo, iam dicti fratres nobis renunciantibus omni iuri, quod in eodem monasterio uidebamur habere et precipue correccioni, uisitacioni, procuracioni cathedratico et similibus, singulis annis in festo sancte Anastasie nobis soluent quinque libras incensi et duos cereos, quorum quilibet libram cere continebit et duas angastarias uini puri liberaliter et deuote. Et ut omnis processus malignandi penitus auferatur et fratribus quies contemplacionis augeatur, presentes litteras nostri sigilli et capituli munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, scilicet domino S[tephano] Iustiniano comite Jadre, Johanne Gradonico et Matheo Cornario consiliariis, Marino Bono milite dicti comitis et aliis multis.

(Signum notarii.) Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius, hiis predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubern. ark. u Zadru (odio p. Dominika no. 2176.)

Na listini vise o pergamenim uzicama 2 pečata: ovalni dobro sačuvani (kaptola zadarskog) i okrugli istrošen (nadbiskupov).

Farlati: Ill. sacr. V. p. 608. — Kukuljević: Reg. no. 546.

313.

1248, 22. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Butku Julijanovu posjed Pruneg polje u županiji grdjevačkoj za mnoge zasluge.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Circumspeccio regum provida condignis premiis sibi obsequentibus sic debet occurrere, ut alii eorum exemplo provocati, ad servicia et fidelitatis studia forcius accendantur. Hac igitur studiosa concideracione salubriter inducti, ad universorum presencium ac posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod fidelis noster Butka comes, filius Juliani, nobis adherens grata et omni accepcione dignissima fidelitatis obsequia, non solum circa maritima, verum eciam ubique locorum nobis exhibuit tam fideliter, quam devote erga omnia sibi iniuncta se taliter exhibens studiosum, tam laudabiliter, quam plurimum utiliter cuncta peragendo et maxime in observacione castri nostri Clych, ut ex hoc merito sibi titulum fidelitatis cumulavit ampliorem. Verum quia universa ipsius servicia, quamquam omnia sint digna memorie, longum esset enarrare per singula, pauca tamen de plurimis, quibus idem coram oculis nostre maiestatis excellenter effulsit, ad informacionem succedentium in medium deducamus. Igitur cum Nynyzlaus banus Boznensis, nec non et omnes cives de Spaleto a debita nobis fidelitate exorbitantes, in obsidionem castrorum nostrorum Clych et Tragurie ausu temerario insurrexissent, dictus Butka comes ob fidelitatem nobis et corone debitam exponens se fortune multiplici circa eosdem viriliter dimicavit adeo, ut quibusdam de suis consanguineis multis etiam collateralibus ibidem in pugna interemptis, ipsos in fine deficientes in agone, auxiliante domino potenter effugavit, rebus omnibus spoliando et quam plures ex ipsis meliores captivando. Ad hec, cum processu temporum Veneti ad impugnandum et capiendum castrum nostrum Nonense in prelio navali advenissent, sepedictus Butka, fidelitatis zelo accensus, non absque dubiis persone ac rerum eventibus se accingens in eosdem, accepta nichilominus ibidem in suo corpore non modica vulnerum cicatrice, dictos Venetos, cum se prospicerent nichil posse proficere, per viam qua leti venerant, tristes redire coegit cum rubore. Ceterum quanta idem bonorum actuum exercicia circa nostra obsequia egerit incessanter, non solum non plene, sed nec semiplene poterunt enarrari. Nos igitur, quibus ex officio regie dignitatis incumbit metiri merita singulorum et singulis

pro meritis respondere volentes ut decebat, tantam fidelitatis constanciam gratis prosequi donativis, terram quandam nomine Pruneg-mezey, in parochia de Gordwa existentem, ad comitatum Simigiensem quondam pertinentem, cum vineis et omnibus aliis suis pertinenciis sub eisdem metis et terminis, prout ad ipsum castrum pertinuerunt ab antiquo, sibi et per eum suis heredibus, heredumque successoribus perpetuo ob recompensacionem sue fidelitatis et servicii duximus conferendam. Ut igitur hec a nobis facta donacio robur obtineat perpetue firmitatis, nec aliquo protractu temporum valeat aliquatenus per quempiam perturbari, presentem concessimus paginam dupplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, decimo kalendas maii, regni autem nostri anno tercio decimo.

Iz originalne potvrde kralja Sigismunda god. 6. aprila 1419. u arkivu jugoslavenske akademije (diplomata 1248.) — Crveno-bijelo-žuta svilena vrvca visi bez pečata. — God. 1419. ovu je povelju potvrdio kralj Sigismund, kada ga za to zamolio bio »fidelis noster strenuus miles Demetrius, filius Nicolai dicti Korlath de Butkafelde«.

Kukuljević: Borba Hrvata s Mongoli i Tatari pg. 89—90. — Kukuljević Reg. br. 561.

314.

1248, 25. aprila. U Veneciji.

Dužd mletački zaštićuje svoje podanike u Senju.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, die sexto exeunte mense aprili, indictione sexta, Rivoalti in palatio ducatus Veneciarum, presentibus testibus rogatis nobilibus viris dominis Nicolao Donato et Marco Cornario procuratoribus sancti Marci, Philippo Contareno, Johanne Gradenico, Andrea Dolfino, Johanne Teupolo et aliis multis. Hec est concordia inita inter dominum Jacobum Teupolum dei gratia inclitum ducem Veneciarum ex una parte, suo nomine et communis Veneciarum, et fratrem Jacobum de Turrisellis ex altera, nuncium venerabilis fratris domini Guilielmi de Sonai magistri domus milicie templi, ad hanc concordiam faciendam transmissum atque co(n)stitutum, ut apparebat per litteras sigillatas dicti magistri, presentibus et consencientibus fratre Harmanno de Burgo preceptore in Campania et marchia Tarvisina et fratre Jordano preceptore Oranie et Sennie. Videlicet quod dictus magister per se vel nuncios suos pro satisfactione et restitucione dampnorum, que data et illata fue-

runt mercatoribus Venetis, Veglensibusque et Arbensibus in ciuitate Sennie, olim tempore captionis et combustionis ipsius civitatis, dari et solvi faciet hic in Veneciis dicto domino duci vel eius successori seu nuncio recipienti pro mercatoribus memoratis usque ad summam librarum quinque millium et ducentorum quinquaginta denariorum veneticorum parvorum, dando et solvendo solidos viginti denariorum veneticorum grossorum, minus denario uno pro libra viginti sex denariorum veneticorum parvorum per tres annos, ita quod tercia pars suprascripte summe pecuniarie persolvatur omni occasione remota, omni anno in festo beati Petri, mensis iunii et terminus huius solutionis non in isto festo proximo sancti Petri, sed in alio festo sancti Petri proxime venturo incipiatur, et in ipso termino tertia pars persolvatur, et sic sub pena dupli huius summe peccuniarie debeat observari in solucione pecunie memorate, cum dampnis et expensis restituendis, que fierent inde a domino duce vel mercatoribus supradictis. Vnde dictus dominus dux nomine suo et comunis Veneciarum et nomine comitatus et hominum Vegle et comitatus et hominum Arbe, predicto fratri Jacobo recipienti, nomine et vice predicti magistri et domus milicie templi, fecit finem et remissionem de omnibus dampnis et iniuriis que peti possent occasione dampni dati dictis mercatoribus in civitate Sennie, quando capta et combusta fuit tempore fratris Rambaldi de Carono, magistri Hungarie, currente anno domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense decembri, indictione tercia decima, et ab illo tempore usque ad hodiernum diem, dum tamen observetur a dicto magistro et domo milicie templi hoc quod in presenti carta concordie continetur. Et e converso prenominatus frater Jacobus nomine et vice prefati magistri et domus milicie templi fecit finem et remissionem prefato domino duci et communi Veneciarum et universis hominibus Vegle et Arbe de omnibus dampnis et iniuriis, datis seu factis ipsi domui milicie templi et fratribus eiusdem a communi vel hominibus Veneciarum, seu a comitatibus et hominibus Vegle et Arbe usque ad presentem diem, exceptis de dampnis datis per homines Beske fratribus, qui fugiebant a Tartaris ex monasterio sancti Georgii, de quibus dictus dominus dux precipiet per iuramentum comiti Vegle et consiliariis, ut cognoscant et ut ius faciant, ita quod si ostendere poterint homines Beske, quod de hiis fuerit satisfactum vel remissum, vel facta securitas, id quod factum est teneatur, et in racione quam fecerint dicti comes Veglensis et consiliarii eisdem fratribus et monasterio sancti Georgii, de hiis maneant contenti. Ad maiorem autem certitudinem et evidentiam pleniorem, predicti fratres Jacobus de Turiselis, Harmanus de Burgo preceptor Campanie et marchie Taruisine et Jordanus preceptor Oranie et Sennie fecerunt presens publicum instrumentum suis sigillis propriis

sigillari. Insuper enim prefatus dominus dux in huius rei testimonium et ad maiorem firmitatem hoc instrumentum fecit suo sigillo plumbeo communiri.

Ego Gabriel Paulinus notarius et ducalis aule Veneciarum cancellarius, predictis interfui et rogatus scripsi, complevi et roboravi.

Prijepis bibliotekara Jos. Valentinellia u Marciani cl. XIV. Mis. lat. fol. 20.

Kukuljević Borba Hrvata s Mongoli i Tatari p. 87.—89. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. 361. — Ljubić Listine I. 76. — Kukuljević Reg. br. 574.

315.

1248, 1. maja.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje Herbertu Oslovu za velike zasluge Rasinju.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie Lodomerie, Comanieque rex, universis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem et omne bonum. In partem cedit sollicitudinis nostre, circumspectionis regie aspectibus, nostrorum merita subditorum et quos continue fidelitatis nexus et serviciorum eminencium frequencia stringit nobis, uberiori nostre gracie munere confouere. Proinde ad universorum presencium et posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod animo revolventes dilecti et fidelis nostri comitis Herborti, filii Osl comitis continue fidelitatis obsequia, que a tenera adhuc etate nostra pariter et sua, in nostra curia laudabiliter educatus, sine intermissione nobis exhibuit; tum etiam mente statuimus eum provehere munificentie regie donativis. Et ut quedam de multis fidelitatis eius obsequiis, que longum foret omnia enarrare, presentibus exprimamus. Vice quadam in Russia sub magna porta Gallicie, que vocatur Hungarica, nobis nostrisque baronibus in expeditione presentibus laudabiliter dimicavit. Dehinc eciam super fluvium Denisztur viriliter coram nobis perstitit in conflictu. Reversus autem nobiscum in corpus Ungarie, sepius legaciones nostras detulit extra regnum. Processu vero temporis, cum regnum nostrum divino iudicio, cui resisti non potest, invasit gens pestifera Tartarorum, ipse tam possessiones, quam omnes fratres consanguineos suos et alios caros relinquens, in nostro servicio nobiscum ad partes maritimas transivit; ubi cum nostro lateri per suum conti-

nuum servitium adhesisset, custodie charisimi primogeniti nostri Stephani regis illustris, eum cum grandi fiducia duximus deputandum, statuendo eum ad habitandum in castro Clyz, in domo proxima eundem charissimum primogenitum nostrum antedictum, ut ipse periculi tunc imminentis eum lateri suo velut quoddam propugnaculum habeat proximum atque fidum; ubi fidelis eius nitor precipue claruit coram nobis, qui tam terra quam mari nobis eo tempore impendit laudabiles famulatus. Redentibus autem nobis de partibus maritimis duce Christo, accidit contra ducem Austrie nos bellum commovere, in quo sicut et in aliis conflictibus nobis honorifice deservivit. Demum vero sub castro Kuszugh, ubi cum suis, tam caris quam familia commendabilibus actis exstitit triumphator, decem numero de suo consortio sunt lethaliter vulnerati; per quorum victoriosum conflictum nobis idem castrum reddidit vis celestis. In memoriam igitur tot et tantorum servitiorum eius, non tamen in plenam compensationem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in premium, quam que ob eo suscepimus, indecidue fidelitatis et eminentium servitiorum munera frequentata possessionem quamdam nomine Razna (!) ultra Dravum in comitatu Zaladiensi existentem, eidem Herbortho comiti et suis heredibus heredumque successoribus, sic pure et plene contulimus iure perpetuo possidendam, ut tam donandi quam vendendi, seu dimittendi in ultimo testamento cuicunque voluerit liberam et absolutam habeant facultatem, sub eisdem terminis, sive metis, et cum omnibus pertinentiis, quibus fratri suo bonae memoriae Benedicto quondam episcopo Jauriensi, quo defuncto eadem possessio ad nostras manus exstitit devoluta, contuleramus eandem. Termini autem possessionis ipsius, sicut per litteras dilecti et fidelis nostri Dionysii palatini et comitis Posoniensis, tunc bani totius Sclavoniae, nobis constitit, hoc ordine distinguntur: Incipit igitur ab oriente ex parte terrae Beryuoy, ubi duo rivuli iunguntur, qui Ilsench vocantur et ibi est meta terrea; et ibi tenet metam cum ipso Beryuoy filio Vidus; et parum inferius descendendo tenet cum Opoy et ibi est meta terrea; et inde descendit ad unum rivulum, qui vocatur Mortunpotoka et inde descendit ad alterum rivulum, qui vocatur Culbazunk et ibi est meta; et per eundem rivum tendit inferius ad minorem Razinam et ibi transit minorem Razinam ad quamdam pyrum in qua est crux et sub eadem meta terrea; inde ascendit ad unum monticulum, qui beerch dicitur, ubi est meta sub fago et in ipsa arbore crux, in consuetudinem metae; quae descendit in quamdam vallem, ubi duo rivi iunguntur et transit rivos et vadit ad unum monticulum, ubi est meta terrea; inde descendit in vallem, ubi est meta sub fago et in eadem crux continetur; et inde vadit ad magnam Razinam, ubi tenet cum Cornomero preambulo (!) metas;

inde in eadem Razina vadit superius ad partem meridionalem tenendo metas cum cruciferis sancti sepulcri. Et per eandem Razinam tendit superius et tenet metas cum castro Crisiensi, ubi est domus Zodislow et inde in eadem Razina vadit superius et pervenit ad caput ipsius Razina et ibi quidem rivulus nomine Vepernuck cadit in caput Razina; et inde in rivo Vepernuck vadit superius et tenet metas cum Cereaburda. Inde ascendit in montem ad partes occidentales et ibi est meta terrea sub arbore; et inde tenet metas cum magno Mochimerio in Toplica et inde descendit et vadit ad unum rivum, qui vocatur Verneuch: et inde vadit contra septemtrionem et tenet metas cum Zlowna et inde pervenit ad magnam viam et ibi in monte est meta et tenet cum Stephano filio Pathay; et inde per eandem viam tendit in caput Zeguna et tenet metas cum Wlchuk filio Wlchuk; et inde vadit per metas inter silvam et pervenit ad arborem cerasorum, et ibi est meta. Et inde transit unam parvam silvam et ascendit ad unum monticulum et ibi est meta sub arbore et crux in eadem arbore. Et inde in magnam viam et in eadem via eundo cadit in magnam silvam, ubi sunt cruces in arboribus pro metis et tenet metas cum Georgio comite filio Lukach. Et inde per eandem magnam viam pervenit ad priorem metam et sic terminatur. Ne igitur ipse vel sua posteritas temporum curriculo super eadem possessione a quocunque valeat inquietari, seu aliquatenus molestari, presentes in perpetuam stabilitatem nostre donationis concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum anno domini MCCXL octavo, kalendis maii, regni autem nostri anno decimo tertio.

Iz: Codex rerum hungaricarum Nicolai Istvanffy in fol. (mss. 16. stoljeća) u narod. muzeju u Budimpešti (sign. 2275 fol. lat.) p. 69—72.

Fejér: Cod. dipl. Hung. IV. 2. 31—35. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. VII. 262—265 iz prijepisa kaptola Vašvarskoga XV. v. u arkivu grofa Teleky. — Kukuljević Reg. br. 548 veli, da ima kopiju iz arkiva Sermageova u svojoj zbirci.

316

1248, 14. juna. U Senju.

Izmirenje izmedju Senjana i Dubrovčana u raspri radi grabeža na moru.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, indictione sexta, mense iunii die decima quarta intrante, tem-

poribus quidem uenerabilis Philippi Segnensis episcopi, Henrici preceptoris, Moisi archidiaconi, Mathei archipresbyteri, Stephani setinici, iudicibus Chirlouani ac Miriesce, in presentia testium quorum nomina inferius subscribentur. Nos quidem Clemens et Madius Arbenses iudices per hoc presens scriptum in scripturis testificamus atque in salute animarum nostrarum dicimus, quoniam Federicus filius quondam W(idonis) Uegliensis comitis et Damianus filius Zvane Crabune Jaderensis et Jacobus filius quondam Mathei de Budde Uegliensis, Stephanus de Lideniza et Petrus eius consaguineus et Dragonigus de Uinogrado setinicus et Andreas Bratosin ex una parte et Calenda de Cernecha et Grubessa de Balislaua et Gaislauo de Crosio et Andreas Çreua et Bocdanus Barsini et Rosinus Gaislaui ex altera uice comunis Ragu(si)ensis fecerunt pacem atque concordiam de omnibus iniuriis, maleficiis, contumeliis, quas alteri alteris uerbo uel factis inter se ad inuicem intulissent et de robaria, quam nostrique homines uestrisque nunc, ut dicitur, iam fecissent secundum posse nostrum, bona fide sine fraude procuratori uestro da Braza nomine restaurare faciemus. Quarum finem et pacem perpetuo firmam et ratam habere atque tenere ad inuicem stipulatione promittentes per se illorumque ciues de actione facta promiserunt, nec contra facere uel uenire et eam pacis obsculo(!) interueniente omni modo firmauerunt. Actum est hoc Segnie coram his ydŏneis testibus Icilino Tallineusis et Platone Jaderense et alii ad hec conuocati et rogati testes. Et ego Produs Uegliensis ecclesie diaconus atque Segnie notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, compleui et roboraui.

(Monogr. not.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

317.

1248, 16. juna. U Zadru.

Bona opatica samostana sv. Platona u Zadru daje svoj samostan kaptolu zadarskomu u zamjenu za drugo obitavalište na kopnu.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christo millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mensis iunii die sexto decimo intrante, indicione sexta, Jadre, in presencia subrogatorum testium quorum nomina inferius inseruntur. Bona abbatissa monasterii sancti Platonis de Jadra presentibus et consencientibus monialibus siue sororibus ipsius monasterii, sponte, libere et absolute resignauit siue

cessit ipsam abbaciam atque locum ipsum cum orto et omnibus adiacenciis suis circa monasterium, prout ipsa possidebat et omne ius eis competens in eisdem, uel aliquo casu competere posset, in manibus domini Laurencii dei gracia Jadrensis electi et eius capituli dicens, quod tam de abbacia quam de ipso loco seu monasterio et ipsius adiacenciis faceret et desponeret secundum sue arbitrium uoluntatis, renuncians litteris inpetratis et inpetrandis, appellacionibus factis et faciendis et omni iuri atque constitucioni defensionis et legum auxilio et omni priuilegio, quibus in hac parte se defendere posset. Quam cessionem seu resignacionem prefatus dominus L(aurencius) electus una cum capitulo suo ad hoc conuocato acceptauit et approbauit ibidem, prouidens ipsis in continenti de alio loco decenti. Ad cuius rei perpetuam firmitatem nos predictus L(aurencius) electus sigillo nostro et capituli Jadratini presens scriptum fecimus communiri. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, scilicet domino Nicolao abbate sancti Grisogoni, Marino de Calcina et Petro fratre Bene presbyteri sancti Petri Noui de Jadra et aliis multis.

(Signum not.) Ego Petrus Scandolarius presbyter sancti Appollinaris Jadre notarius, hiis predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru (odio sam. sv. Dominika no. 2162). Na listini vise o pergamenim uzicama 2 pečata: jedan okrugao, drugi ovalan. Na hrptu nešto kasnija bilješka: »Ipsa lettera(!) pertinet uoluntate abbatisse de sancto Plathone, quomodo donauit fratribus Predicatoribus monasterium.«

Farlati: Ill. sacr. V. p. 607. — Kukuljević: Reg. no. 550.

318.

1248, 10. jula. U Krku.

Popis krčkih plemića.

Privilegii et esenzioni de cittadini nobili di Veglia.[1]

Iussu nobilium Veglensium tempore magnifici domini Marci Contareni tunc comitis Veglensis confectum 1248.

In Christi nostri nomine. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, indictione sexta, die veneris, X. intrante

[1] Valjda da je Bartoli ovo dodao, kao što je za nekoja druga pisma talijanski dodano.

iulio. Quum esset discordia de nobilibus viris de Vegla et de sua nobilitate, nos Marcus Contarenus de mandato domini ducis comes Veglensis et eius consiliarii Ioannes Fuscarenus et Iacobus de Canali posuimus in presentia nobilis viri domini Ioannis Theupulo comitis Auxerensis[1] illustris domini ducis Venetiarum filii, quinque nobiles viros de Vegla ad sacramentum et iuraverunt ad sancta dei evangelia de dicere et inquirere omnes nobiles viros de Vegla.

Branicius[2] de Castromusculo[3] et Stephanus de Bano[4] et iudex Bora[5] et Sprecia de Dominico et Sprecia de Nicola sunt illi qui iuraverunt . . . . . per suum sacramentum. De progenie Dognanis, domo Branicii, sunt nobiles: Blasius de Chisa, Rabaldus nepos Branicii, Lassinus[6] frater Branicii et Petrus nepos Branicii. De progenie Subinich[7] sunt nobiles- Stephanus de Bano, Banus filius Bore, Nicola filius quondam Nicole, filius quondam Mile, Vido filius quondam Ioannis Bore . . . . . . De progenie Togomorich[8] sunt nobiles: iudex Bora, Dominicus eius frater, Petrus eius nepos, Iurislaus[9] eius nepos et Andreas eius nepos dicti Bore; Sprecia de Nicola, Lassinus filius dicti Spreciae, Jurislaus filius Nicolae, Sprecia de Dominico, Jurislaus frater dicti Spreciae, Andreas de Syzo, Milogne de Syzo. De progenie Sudinich sunt nobiles: Imina uxor quondam Simonis, Mattheus de Perano, Dominicus de Suzura et Iurislaus filius Slavogosti. — Et aduc nobiles: Vulcina de Dominica, Nicola eius frater, Dessa filius Rambaldi, Petrus Romanus, Barbanus de dicto Dessa, Priboslaus filius Iurislavii de Bescha et Amicus de Martinuso. Praeterea Branicius et Stephanus de Bano et iudex Bora et Sprecia de Dominico et Sprecia de Nicola per sacramentum, quod nos fecimus vobis domino Marco Contareno comiti Veglensi et vestris consiliariis domino Ioanni Fuscareno et Iacobo de Canali, dicimus omnes predictos viros damusque pro nobilibus vobis domino Marco Contareno comiti Veglensi et vestris consiliariis dominis Ioanni Fuscareno et Iacobo de Canali, dicentes predictus Branicius et Stephanus de Bano et iudex Bora et Sprecia de Dominico et Sprecia de Nicola, quod iidem omnes supradicti nobiles

---

[1] Vicinguerra: arbensis; no po krivu, jer, »Johannes Teupulus comes Absari . . . 1249«, kako Ljubić kaže u V. knj. ak. Rada na 89. str. [2] Valjda Branič ili Branko. [3] I sada latinski: Castromusculum, a tal.: Castelmuschio, a hrv. Omišalj. Usporedi »Oimuscle« Docum. hist. Chroat. per. antq. na 383. [4] Usporedi Ban u Vrbanskom zakonu od g. 1411. [5] Actum est hoc Vegle in plathea ante ianuam quondam Nicolai de Borre . . . . 1263.« Ark. za jug. povjest I. p. 60. [6] Isporedi: »Ego predictus (: Produs) . . . . Veglensis notarius . . . rogatus per . . . (dvornicum?) vlasinum . . . de Castromuscho . . . . 1263.« Isto Ark. za jug. povj. I. a u nekakvu pismu od 1496. g. ima: Ser Antonius de Vlasino dictus Busse, civis et habitator Vegle. [7] Valjda Zubinić. [8] Tugomerić? [9] Usp.: Ego Juresclauus subscripsi, 1153 u Coletovu pridavku k Farlatu V. p. 640.

nunquam dederunt aliquod tributum, nec dacia comitibus, qui fuerunt hinc retro in Vegla, specialiter tempore quondam nobilium virorum comitum Ioannis, Vidonis et Emerici de Vegla non solverunt dacia nec tributa.

Praeterea dicimus de magistro Luciano, quod nos scimus, quod nobiles viri comites Ioannes, Vido et Emericus de Vegla recep erun dictum magistrum Lucianum de Vegla per nobilem virum; et nunquam dedit aliquod tributum vel dacia predictis comitibus qui fuerunt hinc retro; sed de nobilitate magistri Luciani nihil scimus.

Praeterea dicimus de Andrea de Stregogne, quia scimus quod comites qui fuerunt hinc retro in Vegla habuerunt ipsum Andream per nobilem, quia scimus, quod comites qui fuerunt hinc retro receperunt (eum per) nobilem et nunquam dedit aliquod tributum vel dacia dictis comitibus qui fuerunt hinc retro; sed de nobilitate dicti Otubelli nihil scimus.

Praeterea dicimus de domo de Bonci de Tragomiro[1], quia scimus. quod comites, qui fuerunt hinc retro in Veglia, habuerunt ipsam domum per nobilem et nullum tributum uel dacia dedit dictis comitibus qui fuerunt hinc retro in Vegla; sed de nobilitate sua nihil scimus.

Praeterea dictus dominus Marcus Contarenus comes Veglensis et eius consiliarii domini Ioannes Fuscarenus et Iacobus de Canali. visis et auditis rationibus, secundum quod Branicius de Castromusculo et Stephanus de Bano et iudex Bora et Sprecia de Dominico et Sprecia de Nicola dicebant et testificabantur per suum sacramentum, quod omnes predicti homines erant nobiles et nullum tributum vel dacia dederunt dictis comitibus qui fuerunt hinc retro in Vegla; predictus dominus Marcus Contarenus comes Veglensis et eius consiliarii domini Ioannes Fuscarenus et Iacobus de Canali absolverunt omnes supradictos viros ab omni dacio et tributo, secundum quod fuerunt absoluti a comitibus, qui fuerunt hinc retro in Vegla.

Actum fuit Veglae in curia domini Marci Contareni comitis Veglae.

Ego Ioannes Matei de Cerdano de Padua imperiali auctoritate notarius interfui iussu dicti Branicii et Stephani et iudicis Bore et Sprecie de Dominico et Sprecie de Nicola, rogatus scripsi et corroboravi.

Ego Andreas Bragadinus comes Auzeri, ut vidi in matre, testis sum in filia et manum misi.

Ego magister Ioannes de Monte imperiali auctoritate notarius et cancellarius Chersii, rogatus huic exemplo me subscripsi et meo consueto signo signavi.

---

[1] No: »1186 . . . Ego Bonzo de Dragomero, a 1239 . . . . quondam Bontii Dragomiri: Farlati V. p. 641—643.

Ego Bartolus notarius et cancellarius Vegle[1] exemplavi et me subscripsi.

Ego Petrus Dinich, notarius et coadiutor cancellariae, suprascriptam instrumenti copiam fideliter exemplavi, feci et cum copia suprascripti notarii excultavi et quia concordare inveni, me subscripsi et sigillo sancti Marci sigillavi in premissorum fidem.

Ego Daniel de Terzago, publicus notarius[2] suprascriptam copiam sic sigillo sancti Marci munitam in presenti meo protocollo registravi praecibus et instantia nobilium Veglensium.

Arkiv I. p. 55—7. — Starine XX. p. 3—6. Donosimo i bilješke Crnčićeve. — Kukuljević Reg. no. 551.

319.

1248, 23. jula. U Zadru

Nikola opat samostana sv. Krševana daje Ivanu Družaku zemlju i dva mlina da pravi ulje masline.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mensis iulii, die nono exeunte, indicione sexta, Jadre. Manifestum facimus nos quidem dompnus Nicolaus abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra una cum fratribus et conuersis nostris, scilicet Theodoro, Donato, Luca, Nicola, Propheta de assensu et uoluntate venerabilis patris domini L(aurentii) dei gracia sancte Jadrensis ecclesie electi, ab hodie in antea in dei et Christi nomine cum nostris successoribus damus et concedimus tibi namque Johanni de Drusatio de confinio sancti Simeonis prophete de Veneciis, nunc uero Jadre comoranti et tuis heredibus ac proheredibus seu posteris tuis, vnam nostram peciam de terra, in qua sunt duo molendina ad faciendum oleum usque ad viginti nouem annos completos nomine libelario imperpetuum ad renouandum, que firmat ab uno suo capite super uiam puplicam ueniendam de sancto Grisogono ad portum; quod habet in sua latitudine pedes viginti, in longitudine uero habet pedes triginta quinque, posita super portum eundo ad castrum siue ad portum feriam (!), aliud suum latus est positum uersus sanctum Grisogonum predictum, ubi est quidam murus factus. Hanc autem suprascriptam et predesignatam peciam de terra que est de iure et pertinenciis suprascripti

---

[1] Bartholus bijaše krčkim bilježnikom 1407, 1410, 1418 i 1419. [2] Ovaj bijaše bilježnikom u Krku od 1488—1504.

nostri monasterii sancti Grisogoni cum omni longitudine et latitudine sua, cum capitibus et lateribus suis, cum callibus quoque et uiis suis, cum accessu et agressu suo per terram et per aquam atque cum omnibus suis habenciis et pertinentiis ac adiacentiis intus et foris, ita eam tibi damus et concedimus, ut ibidem potestatem habeas in latere posito super portum siue in capite, quod est positum super uiam publicam, facere portas et fenestras, secundum quod tibi melius apparuerit, ac in isto muro predicte terre tuas trabes ponere; super predictam quoque terram tibi damus plenissimam uirtutem et potestatem cum omni tuo precio et expendio laborare domus siue stationes, de petra uel de ligno circum circa et in culmine leuare, prout tibi melius uidebit(ur) expedire. Tu uero Johannes ac tui heredes nobis et successoribus nostris pro dicta parte terre et molendinis dare debes singulis annis tres libras denariorum Venecie, set in ea domo uel stationibus stare, habitare et permanere debeas, aut per te et tuos heredes concedere eciam et dare ad fictum uel ad pensionem cuicumque tibi placebit, saluo nostro iure. Verum tamen si ullo tempore tuum opus ac laborerium, quod ibidem feceris, ad uendendum uel alienandum ueneris, non debeas illud alicui uendere nec alienare, nisi mihi meisque successoribus, si ipsum comparare uoluerimus; quod si ipsum comparare noluero, nec tantum precium dare quantum habere poteris, uel apreciatum fuerit a legalibus hominibus et ualuerit, tunc liceat tibi ipsum uendere cuicumque uolueris, saluo suprascripto censu uel saluo mihi meisque successoribus in perpetuum redditu, quod superius dictum est. Quod si umquam ullo tempore contra hanc documenti cartam ire temptauerimus per aliquod ingenium, te recte obseruante que superius dicta sunt, componere promittimus cum nostris successoribus tibi tuisque heredibus auri libras quinque, et hec documenti carta in sua permaneat firmitate. Signum suprascriptorum abbatis, monachorum et conuersorum qui hec rogauit(!) fieri. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, silicet Mauro archidiacono Ueglensi, presbitero Bene de Jadra, Preste presbitero sancti Petri Noui de foro et Johanne Bono de Veneciis. Ego Laurentius dei gracia Jadrensis electus manum misi. Ego Micha de Lemeso examinator manum meam misi. Ego Petrus Scandolarius(!) presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius hiis predictis interfui, rogatus ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

† Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadrensis notarius, ut uidi in matre, testificor in filia.

† Ego Cosa Petrigne examinator, ut uidi in matre, testificor in filia.

Ego Marcus Mauro diaconus et notarius hoc exemplum exemplaui anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mensis nouembris, die quarto decimo intrante, indi-

cione septima, Jadre, nichil addens uel minuens, quod sententiam mutet, scripsi, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u ark. gubern. u Zadru (odio sam. sv. Krševana capsula IX). masso T. no. 8.)

320.

1248, 28. augusta. U Lyonu.

Inocencije IV. papa opominje Dubrovčane, neka živu u prijateljstvu s Baranima.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis comiti et aliis nobilibus et populo Aragusiensi (!) salutem et apostolicam benedictionem. Procurante paci contrario inter uos ex parte una et ciues Antiuarenses ex altera, grauis discordia, ut accepimus, est exorta. Cum igitur tam hiis qui longe quam hiis qui prope sunt, pacem omnimode affectemus, uniuerstatem uestram rogandam in domino duximus attentius et monendam, per apostolica uobis scripta mandantes, quatinus pro nostra et apostolice sedis reuerentia a predictorum ciuium molestia et iniuria desistentes, pacem cum eis et ueram concordiam habeatis, ut unum inter uos de cetero caritatis sit uinculum, quos deuincit hactenus discordie seminator. Datum Lugduni quinto kal. septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII. Pečat dobro sačuvan. Bullarium Ragusinum p. 14—15.

Farlati Illyr. sacr. VI. p. 101. — Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. 269. — Potthast Reg. pontif. 13.004. — Kukuljević Reg. br. 527 (1247). 553 (1248), 574 (1249).

321.

1248, 15. septembra. U Veneciji.

Dužd mletački Teupulo opominje Dubrovčane, da dadu svomu knezu, što duguju moralno i materialno.

Jacobus Teupulus dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romani, nobilibus uiris

iudicibus, consilio et comuni ciuitatis Ragusii fidelibus suis dilectis sue bone uoluntatis gratiam cum salute. Cum de uobis et negotiis uestris gerimus curam et solicitudinem, diligentem fidelitatem uestram inducimus, monemus attentius et rogamus, uobis utiliter consulentes atque mandantes, quatinus uobis placeat et uelitis pro bannis condempnationum adiungere addere nobili uiro Jacobo Delfino comiti uestro dilecto fideli nostro libras ducentas octuaginta uenetorum denariorum supra quadrigentos yperperos, quos sibi debetis et supra alia que habere debet, saluis in eo aliis datiis et dricturis et honorificentiis, et omnia banna remaneant in uestro comuni et quidem occasione dictorum bannorum nulla materia discordie aut scandali inter uos et ipsum comitem uestrum ualeat aliquatenus suboriri, super quo dicto uestro comiti respondere debeatis infra quindecim dies post receptionem presentium litterarum. Quod quidem si feceritis, id uos facturos credimus, gratum erit nobis et multimode complacebit et terre uestre poterit non modicum comparere; quod si hoc facere nolueritis . . . . remaneat secundum ueterem consuetudinem. Data in nostro ducali palacio die quinto decimo intrante, mensis septembris, indictione sexta.

Original u dubrovačkom arkivu dosta od vlage oštećen. Pečat duždev dobro sačuvan. Na ledjima ima adresa: »iudicibus, consilio et comuni Ragusii«. — Zbirka Saec. XIII.

322.

1248, 15. septembra. U Veneciji.

Dužd mletački preporuča kneza Jakoba Delfina.

† Jacobus Teupulus dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romani nobilibus uiris iudicibus, consilio et comuni civitatis Ragusii fidelibus suis dilectis salutem et gratiam suam. Cum nobilem fidelem nostrum dilectum Jacobum Delfinum uirum utique sapientem et honoratum in comitem et rectorem eiusdem ciuitatis Ragusii usque ad duos annos complectos postquam ibidem applicuerit duxerimus transmittendum, qui nouerit et poterit scientia et probitate uos utiliter regere et gubernare ad nostrum eiusque honorem et illius ciuitatis statum, commodum et salutem, auctoritate presentium litterarum uniuersitatem uestram monemus, rogamus et exortamur aut attenteque uobis districte precipiendo mandantes, quatinus dictum nobilem comitem uestrum, sicut decuerit, debeatis gratanter et deuote

recipere et honorare et sibi debitam reuerentiam exhibere et liberum arbitrium concedere ad faciendum regimen ciuitatis, quemadmodum a tempore Johannis Teupuli dilecti filii nostri hucusque uestris aliis comitibus concessistis, mandata et precepta eiusdem in omnibus et per omnia sicut tenemini fideliter obseruantes, ita quod fidelitatem uestram ualeamus proinde non immerito comendare. Datum in nostro ducali palatio, die quinto decimo intrante, mense septembri, indictione sexta.

Original u dubrovačkom arkivu. Na ledjima adresa: »iudicibus consilio et communi Ragusii«. — Zbirka Saec. XIII. — Rupe su za pečat, ali pečata nema; sa strane listina nešto oštećena.

323.

1248, 20. septembra. U Zadru.

Samostan sv. Krševana daje Milonji zemlju u dragi sv. Krševana, da nasadi vinograd.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mensis septembris, die undecimo exeunte, indicione septima, Jadre. Manifestum facimus nos quidem Nicolaus Simiteculo abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra una cum nostris fratribus presentibus, silicet dompno Donato et dompno Bartholomeo, Theodoro, Nicola et Propheta atque cum nostris successoribus ab hodie in antea in dei et Christi nomine damus et concedimus tibi namque Millogne filio Gostigne Jadre commoranti, in terra nostra posita ad Lemes, que Draga sancti Grisogoni appellatur, vineam plantare tali quidem modo et ordine, ut, dum ipsam habueris et ex ea fructum extrahere poteris, dare tenearis per te et heredes tuos nobis et successoribus nostris septimam partem de uino, conducendo eam usque in monasterium nostrum propriis tuis expensis et cum nuncio monasterii; de oleo quidem et omni alio fructu ex ea habito similiter septimam partem nobis dabis; et si de aliquo fructu ex ea habito similiter recenti uel sicco uendideris, septimum denarium nobis paccabis; si uero ficus recentes domum portaueris ad commedendum, cum sporta seu cum alio uase, septima uice cum eodem uase nobis portabis. Si autem diabolo suadente aliquo tempore in fraude contra nostram iusticiam inuentus fueris, amittere debeas totam tuam racionem illius anni. Ceterum si paupertate uel aliqua alia necessitate ullo tempore tu uel heredes tui uites ipsas uendere uolueris, primo ad nos et succes-

sores nostros uenire debes et declarare nobis illam uendicionem. Et si eas hemere (!) uoluerimus, dantes tibi ex illis, quod ab uno et alio habere poteris, illas nobis et non alicui alii dare tenearis, quod si tunc ipsas hemere noluerimus, liceat tibi eas uendere cuicumque uolueris, saluo tamen omni iure monasterii et habendo nos septimam partem, prout dictum est. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, silicet Geminiano plebano sancti Guidonis et Johanne Drusaceo, atque Aluyno murario.

† Ego Micha de Lemeso examinator manum meam misi.

Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius, per preceptum domini comitis, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum notarii.)

Original u gubern. ark. u Zadru (odio sam. sv. Krševana capsul. XVII. mas. S. no. 2. i 3.) — Nalaze se 2 exemplara.

324.

1248, 1. oktobra. U Lyonu.

Inocencije IV. papa daje ispitivati o izboru Filipa kraljičina kancelara za biskupa zagrebačkoga.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus (Basilio) Cenadiensi et (Innocentio) Sirmiensi episcopis et dilecto filio . . . abbati de Pelis, Cisterciensis ordinis Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius Albertus archidiaconus Zagrabiensis ecclesie in nostra proposuit presentia constitutus, quod cum capitulum eiusdem ecclesie pastore vacante haberent de pontificis substitutione tractatum, idem archidiaconus sciens nonnullos de ipso capitulo fore maioris excommunicationis sententia innodatos et considerans, quod propter eos scienter ad eligendum admissos fieret electio vitiosa in ipsius ecclesie non modicum detrimentum, vos in commune diligenter admonuit, ne iidem excommunicati deberent ad eligendum admitti, aut ipsi electioni se ingererent sic ligati; sed ipsi huiusmodi admonitione contempta, illicitis illecti promissionibus, non sine labe simoniace pravitatis ipsum archidiaconum de capitulo turpiter eiecerunt, eoque contempto, post appellationem ipsius ex premissis causis ad sedem apostolicam interiectam, Philippum carissime in Christo filie nostre illustris regine Ungarie cancellarium, patientem in etate defectum, per laice presumptionis abusum

contra libertatem canonicam in episcopum eligere ac recipere presumpserunt, absolutionis beneficio non obtento; qui cum huiusmodi eorum processum a venerabili fratre nostro (Benedicto) Colocensi archiepiscopo loci metropolitano peterent confirmari, dictus archidiaconus proposuit coram ipso, quod cum iidem excommunicati et simoniaci, eo contempto, qui volebat, debebat et poterat, eis non impedientibus, interesse ad electionem huiusmodi post appellationem eandem temere processissent, ipsa confirmari de iure non poterat, nec debebat, sed potius irritari tanquam contra sanctiones canonicas attentata. Ut ne ad confirmationem procederetur huiusmodi, prefatus archidiaconus iterato duxit ad nostram audientiam appellandum: cuius appellatione contempta, dictus archiepiscopus et talem electionem confirmare et eidem Philippo sic intruso consecrationis munus impendere propria voluntate presumpsit. Quare dictus archidiaconus provideri super iis a nobis ex circumspectione apostòlica postulavit. Cum igitur nostrum sit prava dirigere, ac directa fovere, mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi et inquisita super premissis et cognita plenius veritate, quod canonicum fuerit, si de partium voluntate processerit, infra quatuor menses post susceptionem presentium appellatione postposita, decernatis, facientes, quod decreveritis, auctoritate apostolica firmiter observari: alioquin causam sufficienter instructam ad apostolice sedis remittatis examen, prefigentes partibus peremptorium terminum competentem, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, iustam dante domino sententiam recepture. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Datum Lugduni kal. octobris, pontificatus nostri anno sexto.

Theiner Monum. Hung. I. br. 389. str. 206—207. Iz reg. orig. an. VI. ep. 177. Bibl. reg. Gall. br. 4039. — Baluze Miscel. (ed. Mansi I. 209). — Farlati Ill. Sacr. V. 370 i VII. 549. — Katona Hist. crit. VI. 116. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 29. — Potthast Reg. pont. II. 13.034. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 22—23. — Kukuljević Reg. br. 554 (1248), 576 (1249).

325.

1248, 2. oktobra. U Dubrovniku.

Sud o zemlji koja bi imala pripasti crkvi sv. Stjepana.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mensis octobris secundo die intrante. Nos quidem Jacobus Dalfinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus Bubanna Petri, Rosino Goyslaui

Theodoro Bodatie, Pascali Theodori Crosii, Velcasso Johannis, hoc quod per sententiam legis iudicauimus testamur. Nostra enim coram presentia dominus Geruasius Petri Teodori nomine ecclesie sancti Stephani de Ombula per aduocatum suum Petrum Johannis Bogdani interpelauit ser Balium filium ser Martoli dicens: tu tenes uineas et terras dicte ecclesie sancti Stephani que sunt super Toploberdza in Ombula super uineam que fuerat terra Silueri et uadunt uersus (Raca)tum usque ad maceriam uinearum Jacoue et uadunt in sursum uersus montem, secundum quod continetur in meis cartis, unde uolo, ut predictas uineas et terras dimittas ad dictam ecclesiam sancti Stephani. Et idem dominus Geruasius predictas terras ostendit et idem Balius per aduocatum suum Blasium Rosini respondens dixit: illas prenominatas uineas et terras, quas tu domine Geruasii queris nomine dicte ecclesie, fuerunt meorum ueteranorum, uidelicet aui mei Balii et patris mei Martholi et ipsi possederunt illas et dimiserunt eas mihi, quoniam idem prenominatus auus meus Balius emit eas a Stani de Yaciti . . . . . cartam habeo. Unde non est ratio, ut inde tibi respondeam. Et inde Ballius ostendit ipsam cartam. Unde nos prenominati comes et iudices, auditis eorum questionibus et uisis dictis cartis eorum, iudicauimus per sententiam legis, ut idem dominus Geruasius cum duobus hereditariis dicte ecclesie in medio ipsorum cum cruce ambulet per prenominatas terras et uineas, secundum quod committitur ad . . . . . quas idem dominus Geruasius ostendit, et sicut nos iudicauimus, idem dominus Geruasius tertius se cum cruce ambulauit. Unde prenominate uinee et terre, secundum quod contingeret in dictis cartis domini Geruasii, remaneant apud dictam ecclesiam sancti Stephani et pro parte dicte ecclesie sancti Stephani idem dominus Geruasius nullam causam possit querere super ipsum Ballium filium Martoli de terris ipsis Ballii, nisi tantum illas prenominatas uineas et terras secundum quod in hac sententia prelegitur. De hac autem sententia sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Quod iudicium prenominatorum domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu, ispod teksta slova prerezana. Zbirka Saec. XIII.

326.

1248, prije 13. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski rješava parbu radi posjeda koji je nepravo bio priklopljen Varaždinu.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmachie (!), Choroacie (!), Rame, Seruie, Gallichie (!), Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Quoniam succedentibus variis etatum temporibus collaciones seu disposiciones regum solent sepius oblivionis cinere sepeliri, maiori consilio provisum est, eas apicibus litterarum perhennare. Hac igitur consideracione inducti, ad uniuersorum presencium et futurorum noticiam uolumus peruenire, quod accedentes in presenciam nostram Stephanus frater Jhoannis pugillis filii Rodus et Jhoannes filius eiusdem Jhoannis, conquesti sunt nobis, quod medietatem cuiusdam terre eorum Budawelge nomine, quam ab antiquo tempore pater eorum Rodus antedictus et auus pacifice semper possederant, Michael comes frater Buzad comitis existente comite Worosdiensi ab eis abstullisset et eidem castro statuisset asserendo, fuisse terram castri antedicti, et iidem humiliter nobis supplicarunt, ut dictam terram eisdem restituere dignaremur. Nos ergo, qui ex suscepti regiminis officio iura universorum tenemur confouere: considerantes, quod per instrumenta Demetrii comitis de genere Aba et capituli Zagrabiensis nobis plenius constitit, ipsos ab antiquo dictam terram possedisse, maxime autem, quod eum ad maiorem cautelam dedissemus in mandatis dilecto et fideli nostro Ecoy comiti de Worost inquisicionem super ipsa terra faciendam, rediens idem ad nos retulit uiva uoce, quod usque ad tempus, quo dictus Michael comes sine iuris ordine ipsam terram ab eis abstulerat, facta diligenti inquisicione constitisset sibi, in antea semper pacifice possedisse eos et quiete. Vnde tot et talibus assercionibus ac precibus eorum inclinati, licet illam terram sciverimus esse castri memorati; tamen quia constiterat nobis, tam ab antiquo eos possedisse, et in neutra generali revocacione perpetuitatum ius possidendi amisisse, terram iam dictam eisdem Stephano scilicet et Johanni duximus restituendam, ut tam ipsi, quam heredes eorum heredumue uero successores per eosdem perpetuo iure debeant possidere. In cuius terre possessionem corporalem per fidelem nostrum Balad filium Martini comitis eos fecimus introduci. Ut autem hec per nos facta restitucio robur perpetue firmitatis obtineat, nec ullis unquam temporibus per quempiam in irritum ualeat retractari, pre-

sentes eidem concessimus litteras duplicis nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, regni autem nostri anno tercio decimo.

Original u arkivu knezova Batthyány u Körmendu. A. V. L. III. no. 243. Na crvenoj svilenoj vrvci visi u kesici smrvljen pečat.

Wenzel: Cod dipl. arpad. VII. p. 253—254. — Kukuljević Reg. no. 564.

327.

1248, prije 13. oktobra. U Vaški.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Filipu biskupu zagrebačkomu posjed Zolona.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo qui regibus dat salutem. Provida regum circumspeccio, etsi cunctis sibi famulantibus se exhibeat liberalem, uberiori tamen gracia et ampliori provisione illis tenetur prospicere, quorum obsequiosa fidelitas a suis progenitoribus cepta usque in novissimam progeniem est sine interrupcione qualibet propagata. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos memores fidelium et utilium serviciorum Joachini comitis quondam patris dilecti ac fidelis nostri venerabilis patris Philippi Zagrabiensis episcopi, patri nostro felicissime recordacionis Andree regi Hungarie illustri, nobis ac toto regno opportune nec non multifarie impensorum intuitu quorum terra Zolona, excepta de castro Zaladiensi, in Sclavonia, cum omnibus suis pertinenciis et utilitatibus ei collata fuerat et donata animadvertentes eciam et memoriter retinentes, quod memoratus Philippus episcopus et frater ipsius Thomas nobis continua fidelitate a puericie sue temporibus adheserint et multimoda servicia impenderint, predictam terram Zolonam exceptam de castro Zaladiensi, in cuius eciam possessione nunc existunt, cum omnibus suis pertinenciis et utilitatibus, prout pater ipsorum a patre nostro optinuerat et possedit, sub eisdem terminis et metis eisdem fidelibus nostris episcopo et fratri suo Thome et omnibus heredibus heredumque successoribus contulimus et conferimus iure pleno pacifice et quiete in perpetuum possidendam et collacionem patris nostri inclite recordacionis, collacionis a nobis facte testimonio confirmamus. Ut sicut eorum fidelitas patris fidelitati est

continua, ita et perpetuitate possessionis continuis et sempiternis temporibus perfruantur. Ut autem hec a nobis facta collacio sew collacionis a patre nostro facte confirmacio robur optineat firmitatis, nec ullis unquam temporibus valeat in irritum revocari, presentes nostras litteras super ipsa collacione seu confirmacione de nostro mandato confectas in privilegium perpetuum dupplicis sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum apud Waska anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, regni autem nostri anno terciodecimo.

Iz ogromne sudbene listine kralja Matije od g. 1486. 13. decembra u kr. ug. drž. ark. u Budimpešti. M. O. D. L. no. 335. (Stara sign. N. R. A. fasc. no. 4.)

Wenzel Cod. dipl. Arpadianus continuatus VII. p. 255—256. — Kukuljević Reg. no. 563.

328.

1248, poslije 14. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje nagodu glede kupa nekog zemljišta izmedju palatina Loranda i nekih članova od plemena Borića bana.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Quod semel iudiciario ordine legitime diffinitur, firmum debet et inconcussum permanere et (ne) in recidiue questionis scrupulum relabatur, auctoritate conuenit regia confirmari. Hinc est, quod (ad) vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Lorandus palatinus et comes Posoniensis ab vna parte, Odola, Chelk et Borich, filii Borich de genere Borich bani ex altera, personaliter coram nobis constituti; qui quidem Odola cum fratribus suis confessi sunt oraculo viue vocis, quod quasdam possessiones suas hereditarias Golgoa et Pethna vocatas in comitatu de Pos(e)ga existentes, eidem Lorando palatino pro quatuorcentis marcis vendidissent; Benedictus scilicet, Bor(ic)h dictus, Marcellus et Michael filii sui, qui personaliter ibidem coram nobis astarunt, tam pro se, quam eciam pro filiis suis minoribus, similiter de genere eiusdem Borich bani, eundem Odolam et fratres suos supradictos a vendicione predicte terre, similiter eundem Lorandum palatinum ab empcione possessionum antedictarum, causa proximitatis seu commetacionis ac vicini-

tatis prohibuerunt et inhibuerunt; quia possessiones prenominatas dictus Odola et fratres sui prenominati eidem Lorando palatino legitime et ordine iudiciario vendere seu tradere non possent, quia magis ac magis eidem Benedicto et filiis suis prefatis congruerent, sicut iamdictas possessiones suas esse hereditarias asseruerunt et secundum consuetudinem regni approbatam coram nostra maiestate eundem Lorandum palatinum devenerant, quod absque voluntate et sine permissione eorundem dictas possessiones idem Lorandus palatinus emere siue comparare non potuisset. Ob hoc eundem Lorandum palatinum coram nobis emere permiserunt, quia sepedictus Lorandus palatinus cum eisdem talem fecit ordinacionem. Hoc tamen adjecto interposito, quod dictus Lorandus palatinus quandocumque et qualitercumque vel filii sui aut suorum heredes possidere seu obtinere nollent, extunc nemini, nec alicuipiam, nec proximis eiusdem tradere seu vendere possit, nisi Benedicto et filiis siue heredibus suorum; si prefati Benedictus et filii sui emere non possent, commētanei et vicini alieni, qui non sunt de generacione eorundem, libere possint comparare iusticia mediante. Quia Lorandus palatinus prefatam ordinacionem coram nobis eisdem concessit, predictas possessiones eidem emere permiserunt. Cuius mete possessionum supradictarum in litteris capituli de Pos(e)ga plenius continentur. Vt igitur huius facti series per nos rite et legitime conseruata robur perpetuum optineat, presentes contulimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Symaragdi prepositi Albensis aule nostre vicecancellarii anno domini millesimo CC° quadragesimo octauo, regni autem nostri anno decimo quarto.

Original na pergameni, pečat visi na crveno-žutoj svilenoj vrvci u arkivu kneza Esterházyja u Željeznom — Rep. 43. Fasc. A. No. 1. — Wenzel VII, 260—261. — Kukuljević Reg. no. 560. — S dosta znatnim pogrješkama.

329.

1248, 26. oktobra.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje zemlju Pokoj i Pruzlov (Prišlin) u Zagorju Androniku sinu Andrije od plemena Kadarkaluz.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Circumspeccio regum prouida condignis premiis sibi obsequentibus sic debet occurrere, ut ex digna

remuneracione premiorum alios eciam exemplo consimili ad maiora fidelitatis opera reddat merito prompciores. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam peruenire volumus presencium per tenorem, quod cum nos consideratis probitatis operibus fidelis nostri magistri Andronici filii Andree de genere Kadarkaluz, quasdam terras castri de Zegueria, Pocoy uidelicet et Pruzlou, prope confinium regni nostri existentes pro terra descensuali, ut idem in custodia confinii regni nostri uigilem et prouidam adhiberet diligenciam, de plenitudine gracie nostre sibi duxissemus conferrendas et eas per dilectum et fidelem nostrum Ekch comitem filium Ekch sibi iussissemus assignari; quia tamen idem confisus de operibus sue probitatis super detencione illarum terrarum nostrum priuilegium tunc recipere pretermiserat, credens propter sui valenciam ipsas terras per suam industriam posse commode detinere, dilecti et fideles nostri Stephanus banus tocius Sclauonie et Phylippus episcopus Zagrabiensis, quibus terras ipsius castri indebite occupatas restituere preceperamus, predictas terras castro restituerunt antedicto, cum idem Andronicus nullum exhibere munimen potuerit, quo titulo ipsas possideret. Set quia nos ex suscepti regiminis officio tenemur nostram donacionem nequaquam minuere, set eam pocius augmentare aut saltem eam irretractabilem conseruare, considerantes maxime continua fidelitatis obsequia, que idem nobis tam circa maritima quam alibi studuit iugiter exhibere, attendentes insuper, sicut eciam nobis ex insinuacione predicti bani et multorum aliorum innotuit, quod idem propter tuicionem confinii illius plurimum fructuosus ymo pocius necessarius habeatur, cum propter suam probitatem et confinii illius commoditatem maioribus esset merito remunerandus donatiuis, predictam donacionem nostram super ipsis duabus terris quinque aratrorum cum omnibus utilitatibus et pertinenciis a memorato castro penitus exemptis ratam habentes atque firmam et ipsas terras eidem denuo de plenitudine gracie nostre conferentes, ymo magis donatas iam pridem et collatas presentibus duximus confirmandas. Quarum mete, prout nobis per litteras ipsius Ekch comitis constitit, hoc ordine distinguntur: — primo incipit ab oriente apud arborem tilie, sub qua est meta terrea habens vicinam terram castri de Cubul; inde procedit post montem uersus meridiem diu et venit ad cacumen montis ad metam terream ibique metatur cum filio Jordani, inde post eundem montem uenit ad duas metas subtus nyrfa et ibi uicinatur terre Crisanic castrensis et descendet in uallem et uenit per metas, ubi uicinatur cum alia terra filii Jordani, extunc procedit uersus occidentem per nemus et uenit ad metam antiquam ibique cadit in riwum Vrbuna in qua procedit aliquantulum et uenit in fluuium Seuniche et ibi est meta terrea et metatur cum terra Marethay, inde uadit in

lucum qui in duo diuidetur et secus Semicham (!) uadit in longum et cadit in Seunicam iterum et ibi metatur cum terra Gure filio O(chuz?) bani, inde contra septemtrionem in eodem fluuio et reflectitur per nemus uersus orientem et uenit ad metam terream subtus montem ibique adheret terra Segura et cadit in riwum Vrbuna, extunc ascendit montem ad metam terream, inde contra septemtrionem vadit diu post montem et per metas uenit ad bikfa et ibi metatur cum Salamone, inde descendit in uallem uersus orientem et ascendit montem et uenit ad arborem dumus, in qua est signum in modum crucis et subtus meta terrea, inde uersus meridiem post eundem montem et uenit ad primam metam. Vt autem hec a nobis facta donacio robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit ab aliquo processu temporum in irritum reuocari, presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M°CC°XL° octavo, septimo kalendas nouembris, regni autem nostri anno quartodecimo.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1248. — Vrvca i pečat su otpali. — Kopija ove listine od g. 1616. u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti N. R. A. fasc. 180. no. 30.

Fejér Cod. dipl. Hung. VII. vol. 5. 274—277 (izdao dobro). — Wenzel Cod. dipl. Arpad. cont. XI. 359—361. (izdao loše po kopiji od g. 1616.) — Kukuljević Reg. no. 557.

330.

1248, 7. novembra. U Veneciji.

Jakob Teupolo dužd mletački nalaže knezu zadarskomu i njegovim savjetnicima, da ispitaju, što je istine u sporu Dominikanaca i Zadrana glede posjeda dominikanskih.

Jacobus Teupulus dei gratia Venecie, Dalmatie atque Chroacie dux, dominus quarte partis et dimidii totius imperii Romani, nobilibus et sapientibus viris Angelo Mauroceno et eius consiliariis: Martino Mauroceno, Stephano Justiniano, Rainerio Geno et Johanni de Canali, ambaxatoribus suis, dilectis fidelibus, salutem et dilectionis affectum. Ex parte conuentus fratrum Predicatorum de Jadra fuit coram nobis expositum conquerendo, quod concessionem quarundam possessionum de Jadra, quam nobilis vir Leonardus Quirinus tunc comes Jadre de nostro mandato fecit conuentui supradicto et nos postmodum simili modo eidem concessimus nostras patentes litteras confirmantes; quidam Jadretini quibus dicte possessiones olim spectabant, inpediunt toto posse petentes

nos sibi possessiones restitui memoratas. Verum, quia nobilis vir Johannes Badouarius fidelis noster dilectus, qui uobiscum Rainerio Geno interfuit in tractatu concordie Jadretinorum et Gabriel cancellarius curie nostre, qui presens fuit, interrogati a nobis dicunt et asserunt, quod in tractatu concordie antedicte mencio facta fuit de possessionibus nominatis, ut ipsas habere et tenere debuissent fratres Predicatores secundum concessiones sibi factas a nobis et a comite memorato et quod super hoc responsum fuit a magistro fratrum minorum, qui erat tractator pro nunciis Jadretinorum, quod pro ipsis possessionibus restitucio fieret personis quibus spectabant ab vniuersitate Jadretinorum; prudenciam uestram Raineri Geno requirimus attencius et rogamus, quatinus, si predicta sunt in memoria uestra, nobis uestris litteris hec quam cito poteritis significetis; eciam si uobis uidebitur viros nobiles Papum de Petrogna et Grisoganum (!) de Mauro nuncios Jadretinorum interrogare et inquirere debeatis, scientes dictum magistrum fratrum minorum abesse, unde ipsum super hiis interrogare minime potuimus. Data in nostro ducali palacio, die septimo intrante nouembri, indictione VI.

Original u gubern. ark. u Zadru (odio sam. sv. Dominika no. 2167). Na listini nalazi se trag, da je listina bila pečatom zatvorena.

Na hrptu: »nobilibus viris Angelo Mauroceno comiti Jadre et eius consiliariis: Marino Mauroceno, Stefano Justino, Rainerio Geno et Johanni de Canali«.

Lucius De regno l. IV. c. VII. — Farlati Illyr. sacr. V. 76. — Kukuljević: Reg. br. 534 (1247) i no. 558 (1248).

331.

1248, 22. decembra. U Spljetu.

Pred spljetskim sudom odsudjuje se Ivan Dujmov, da plaća nadbiskupskoj kuriji od svoga mlina, kao što plaćaju drugi mlinari u Solinu.

Anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi MCCXLVIII., mense decembri, die XXII. intrante, indictione VII., praesidente domino Joanne Spalatensi archielecto, tempore Desae Michelis, Joannis Vitalis et Dobri Brasich iudicum. Cum nos siquidem supradicti iudices ex iniuncto officio sederemus in curia generali ius suum cuique tribuendo, supervenientes Desa Corbi canonicus et Desa Ivani procuratores curiae archiepiscopalis, conquesti sunt coram nobis de Joanne Duimi, qui sibi dare denegabat de quodam molendino suo iustitiam debitam sancti Domnii, sicut et alia

molendina Salonae solvebant; qui cum per contrarium responderet dicens, nihil sibi dare debere et nihil aliquid certum ostenderet; et dicti procuratores in continenti ostenderunt quamdam sententiam definitivam, latam per iudices Duimum Formini patrem ipsius Joannis et Micham Madii Soppe super ipsius molendini placito olim etiam promulgatam. Qua perlecta et a nobis plane intellecta, concorditer cum comuni consilio ipsam taliter approbavimus et ipsi Joanni praecepimus, ne de caetero similia praesumeret attentare. Testes sunt Joannes Buccasius et Joannes Cindri.

Farlati Illyricum sacrum III. 273. — Fejér IV. 2. 37 ima samo izvadak. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. 280. — Kukuljević Regesta no. 559.

332.

1248. Na Zečjem otoku.

Marija kraljica potvrdjuje Virovitici sloboštine i označuje teritorij.

Maria dei gracia regina Hungarie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam posteris presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nos hospitibus nostris de Wereuche congregatis et congregandis eandem libertatis condicionem duximus ordinandam, quam hospites de Segust ex regie benignitatis gracia fauorabiliter optinuerunt, ita tamen, quod ipsi singulis annis racione census quadraginta marcas in monetis domini regis cum eadem celebritate secundum magis et minus, sicut se qualitas temporis optulerit, in festo sancti Michaelis homini nostro ad hoc a nobis pro tempore constituto soluere teneantur. Preterea racione victus annuatim nobis debent dare sexcentos panes, sex boues pascuales, centum gallinas, vinum sexaginta cubulos, centum cubulos annone cum cubulo quatuor palmarum. Nos siquidem prememoratis hospitibus, ut congregati oseruentur et congregandi securius ualeant sustentari, terram ipsorum certis metis circumquaque duximus distingendam. Cuius terre prima meta incipit a parte meridionali de magna uia que de Wascha ducit uersus Wereuche, ubi est terrea meta sub ilice; inde progreditur uersus torrentem, qui dicitur Malacka potoch et transiens tendit ad quoddam virgultum ubi est meta terrea; hinc protendendo per metas terreas per quandam planiciem uadit ad viam que ducit in Wereuchem et ibi iuxta ipsam viam est meta terrea et

transiens directe tendit ad siluam nomine Kabonak ad uiam que est iuxta siluam Rawn, et transiens directe per eandem siluam uadit ad quandam arborem que uulgo gyrtian dicitur, ubi est terrea meta; et hinc ad quandam uiam que tendit uersus Wereuche, ubi est meta terrea sub arbore que ihor dicitur; et inde ad arborem que has uocatur; hinc ad arborem pomiferam super qua est meta cruce signata; et inde tendit ad torrentem que Scina potok dicitur; et hinc transiens iuxta siluam per metas terreas uadit ad unam uiam uersus occidentem et ibi est meta terrea; inde reflectitur uersus meridiem et in radice cuiusdam montis iuxta uiam est meta terrea; hinc ascendit ad eundem montem et in uertice eiusdem montis sub arbore cerasi est meta et descendit de monte uersus occidentem et in radice eiusdem montis sub arbore cerasi est meta terrea; et hinc tendit directe uersus fluuium Wereuche ad quoddam molendinum et in superiori parte ipsius molendini transit ad arborem piri, ubi est meta terrea; et inde ascendit ad montem in cuius supercilio est meta terrea; hinc descendendo ad quandam uallem ascendit ad unum . . . . . ubi sub arbore has est meta; et inde tendit ad vineam Pribuoy; hinc procedit ad arbores geminatas, quarum una est has et altera bik ubi est meta terrea; et inde ascendit ad unum berch et per eundem berch per metas ligneas descendit ad quoddam virgultum, ubi est meta terrea; et hinc reflectitur uersus septemtrionem ad uiam, per quam itur de Wereuche ad uillam Dus et transiens ipsam uiam directe uadit per saltus et planicies metis in arboribus signatis ad cheret, ubi super arbore yegune est meta; et inde tendit in Dumbro per ligneas metas peruenit ad quandam uiam, ubi sub ilice est meta; hinc transiens ipsam uiam tendit ad alliam (!) uiam que Kyriztvt dicitur, ubi est meta terrea et crux in arbore signata; et per eandem uiam uadit ad Lypocha et per eundem fluuium Lypocha uenit ad magnam uiam que ducit in Worost et iuxta ipsam uiam sub ilice est meta terrea; et per eundem Lypocha uadit inferius et cadit in fluuium Burzoch; hinc transiens tendit ad gurgitem Chodoycha et per eundem Chodoycha uenit iuxta Drauam et procedit inferius et peruenit ad terram ecclesie de Bobocha, ubi est meta in arbore yegna cruce assignata; et inde separando de Draua reflectitur uersus orientem et per quandam semitam uenit ad torrentem Donoch et procedendo ab eadem Donoch cadit in fluuium Pyechna in cuius fine fluuii est meta terrea; et inde per planicies eundo peruenit ad uiam que ducit in Belchev et transiens uiam directe tendit ad fluuium Sylacoycha, ubi sub arbore piri est meta; et per eundem fluuium uadit inferius et cadit in fluuium Wereuche et per ipsum Wereuche tendit inferius et exit de aqua ad arborem gyrtyan sub qua est meta; hinc procedit per magnam siluam per arbores

cruce signatas et uenit ad flumen quoddam Kopynna nomine et ab eodem flumine reflectitur uersus meridiem et tendit inferius ad quandam uiam in cuius transitu ex utraque parte aque sunt mete et uadit per siluam et in transitu silue est meta terrea iuxta viam et ibidem iuxta eandem siluam in quodam paruo loco reflectitur ad orientem, ubi est meta terrea; et inde procedit uersus Ebres ad meridiem, transit per uiam, ubi est meta sub uirgulto; et hinc tendit iuxta siluam Ebres uersus occidentem, ubi in arbore has est meta; et inde declinat uersus meridiem ad quandam uiam ubi est meta terrea; hinc per eandem uiam per metas terreas procedit uersus occidentem et uenit ad uiam que Kyristvt dicitur et ab eadem uia uersus orientem in quodam paruo loco reflectitur ad meridiem ubi sub arbore piri est meta; et inde procedit uersus Grabroch, metis terreis et arboribus cruce signatis peruenit ad uiam que est iuxta Grabroch et siluam Grabroch transit directe et iuxta siluam circuendo peruenit ad magnam uiam que de Waska ducit in Wereuchem et per eandem magnam uiam reflectitur ad priorem metam et sic terminatur. Ut igitur huius nostre ordinacionis series robur optineat firmitatis, presentes litteras dupplicis sigilli nostri munimine concessimus roboratas. Datum in Insula Leporum per manus fidelis nostri cancellarii magistri Acus thesaurarii Albensis ecclesie, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo.

Original u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti sign.: M. O. D. L. no. 33.406., stara signatura: N. R. A. fasc. 590. N. 29. — Na žuto-smedjoj svilenoj vrvci visio je pečat; sada manjka. — Postoji i prijepis ove listine po kaptolu požeškom od g. 1300. 19. maja.

Fejér Cod. dipl. Hung. IV. vol. 2. 35. (nepotpuno i skraćeno). — Wenzel Cod. dipl. Arp. II. 202—4 (iz prijepisa požeš. kaptola od g. 1300). — Kukuljević Reg. no. 556.

333.

1248. U Pečuhu.

Farkaš prepošt pečujski potvrdjuje kupovni list Ivanke od plemena Sudan od aprila 1232.

C B A

Farcasius Quinqueecclesiensis prepositus tociusque eiusdem loci capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Presenti conscripcione vestram ad noticiam volumus deuenire, quod Iwanka

comes filius Abraham de genere Sudan nobis presentauit quoddam priuilegium nostri appensione sigilli roboratum; cuius tenor est iste.

(Gl. listinu od aprila 1232. Vol. III. 357—358. br. 311. ovoga zbornika.)

Et quum istius priuilegii aliam particulam, que nostra remansit in camera cum pluribus aliis perdidimus in tempore Tartarorum, timentes, ne ipsi Iwanka comiti pro illa perdicione possit dampnum peruenire, ad ipsius peticionem iustam et honestam ipsum dignum duximus priuilegium renouari. Annus autem renouacionis est M⁰CC⁰XL⁰VIII⁰ ab incarnacione domini, mensis aprilis. Dictum itaque priuilegium, quod ipse comes Iwanka nobis presentauit, ad maiorem certitudinem, quamuis necesse non fuisset, cum alia particula presentis privilegii in camera ecclesie nostre fecimus conseruari. Jurkone cantore, Theodoro custode, Arnoldo decano, ceterisque ibidem quam pluribus existentibus. Datum per manus Petri lectoris Quinqueecclesiensis.

Original s kojeg se pečat izgubio u arkivu kneza Esterházija u Željeznom. Reposit. 47. Fasc. M. Nr. 1.

Wenzel VII. 273.

334.

1249, 11. januara. U Zadru.

Benvenuta udovica daruje svoje zemlje samostanu sv. Krševana.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense ianuarii, die undecimo intrante, indictione septima, Jadre. Manifestum facio ego quidem Benuenuta, uxor condam Grisogoni de Lastura, cum meis successoribus in dei et Christi nomine do, dono, atque transacto monasterio sancti Grisogoni de Jadra loco elemosine imperpetuum pro anima mea in remissione meorum delictorum meorumque antecessorum omnes meas staciones positas super uiam publicam in ruga magistrorum inter domum Desse Pizike et locum quendam Macuze, et uiam quandam stantem iuxta staciones Desse Pizike que fuerunt domini Gini. Vnde quidam alius abbas qui dicebatur de Torrens soluit Tebaldo Phylipi de Firmo octuaginta libras denariorum uenetorum et soluerat Vito Çadulini de Jadra centum libras denariorum uenetorum. Insuper do et trado eidem monasterio sancti Grisogoni unam meam peciam de terra posita in campo Corani, inter terram Miche Chachie et terram heredum condam Petri Calcine, cum

omni longitudine et latitudine earum, cum omnibus suis terminis et pertinenciis tam subter terram, quam super terram, ita quod amodo in antea predicta omnia perpetualiter ualeat possidere, que sibi teneor cum meis successoribus discalumpniare et defensare ab omni homine ea calumpniante super me et omnia bona. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, scilicet Moscardello et Stephano filio Polandi et Micha Chachi.

Ego Cosa Petrogne examinator manum misi.

Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius, hiis predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboravi et signo consueto signaui.

(Signum notarii.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru. Odio sv. Krševana. Masso B, Capsula I., nr. 8.

335.

1249, 12. januara. U Dubrovniku.

Ustanovljuje se način, kako bi se imao voditi dogovor izmedju barske i dubrovačke nadbiskupije.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense ianuario, die duodecimo intrante, indictione septima, Ragusii, in presentia fratris Benedicti prioris fratrum Predicatorum comorantium Ragusii et fratris Johannis et fratris Andree de ordine fratrum Predicatorum et fratris Alexii custodis fratrum minorum comorantium Ragusii et fratris Johannis de Vegla de ordine fratrum minorum et aliorum fratrum et in presentia Petri diaconi Antiuarensis et presbyteri Pascalis notarii Ragusini et diaconi Mathei Teophili Ragusini et in presentia Marci Salomonis de confinio sancte Marie Formose de Uenetia et Philippi Cassuli de confinio sancti Jacobi de Luprio de Uenetia et Danielis Darpo de confinio sancti Casiani de Uenetia et Marci Minio de confinio sancti Samuelis de Uenetia et aliorum plurium. Ego quidem frater Johannes de Plano Carpini de ordine fratrum minorum, archiepiscopus Antiuarensis, transiens per Ragusium pro parando ad meum archiepiscopatum Antiuarensem, occasione questionis que est inter ecclesiam archiepiscopatus Ragusini et ecclesiam Antiuarensem, non coactus, set propter bonum pacis, de mea bona uoluntate promitto uenire per me uel per meum suffi-

cientem procuratorem cum nuntiis capituli et comunitatis Antiuarensis et portare priuilegia ecclesie Antiuarensis Catare, uel ad sanctum Michaelem in culfo Catari, ubi melius uidebitur domino archiepiscopo Ragusino et illuc ueniet dominus archiepiscopus Ragusinus per se uel per sufficientem procuratorem cum nuntiis capituli et ecclesie Ragusine et comunitatis. Et si predicti domini scilicet frater Johannes archiepiscopus Antiuarensis et dominus archiepiscopus Ragusinus non possent personaliter accedere, procuratores eorum portent sigilla amborum, scilicet procurator archiepiscopi Antiuarensis portet sigillum archiepiscopale archiepiscopi Antiuarensis et procurator domini archiepiscopi Ragusini portet sigillum archiepiscopale domini archiepiscopi Ragusini et procuratores capituli Antiuarensis ecclesie portent sigillum capituli et nuntii ciuitatis portent sigillum comunitatis et procuratores capituli ecclesie Ragusine portent sigillum capituli et nuntii ciuitatis portent sigillum comunitatis. Et dicti domini archiepiscopi per se, si presentes, uel per procuratores, si absentes, cum procuratoribus capitulorum et nuntiis ciuitatum ad dictum locum accedentes cum sigillis, sicut supradictum est, legant priuilegia et ascultent rescripta et dominus archiepiscopus Antiuarensis uel eius procurator et procuratores capituli et comunitatis Antiuarensis apponent sigilla domini archiepiscopi et capituli et comunitatis ad rescripta priuilegiorum ecclesie Ragusine et dominus archiepiscopus Ragusinus uel eius procurator et procurator capituli et nuntii comunitatis apponent sigilla domini archiepiscopi et capituli et comunitatis ad rescripta priuilegiorum ecclesie Antiuarensis. Et si Antiuarense capitulum et comune uellent prohibere, quod dominus archiepiscopus Autiuarensis supradicta non faceret, aut non ueniret ad dictum locum, promittit dominus archiepiscopus Antiuarensis, quod eos per censuram ecclesiasticam cohercebit et in pena persoluenda domino pape et cardinalibus mille marcharum argenti tenebuntur, antequam terminus colocutionis adueniat, si rebelles fuerint. Item ambe partes promittunt plenam securitatem per se et capitula et comunitates, qui uenientes ad istam colocutionem nec per se nec per alios molestabunt, nec aliquam iniuriam facient in rebus et personis in pena mille marcarum argenti et hec pena domino pape et cardinalibus persoluatur, si quis contrafecerit. Et finita colocutione ambe partes ire debeant ad dominum papam uel eorum nuntii cum sufficienti procuratione cum rescriptis priuilegiorum et rationibus infra terminum quattuor mensium. Et si arhiepiscopus Antiuarensis et capitulum cum comune infra terminum quattuor mensium nollet mittere ad dominum papam, cogantur obseruare per censuram ecclesiasticam et in pena persoluenda domino pape et cardinalibus mille marcarum argenti teneantur. Et si dominus archiepiscopus Ragusinus et capitulum cum comune infra

dictum terminum quattuor mensium nollent mittere ad dominum papam, teneantur in pena soluenda domino pape et cardinalibus mille marcarum argenti. Et propter maiorem securitatem nuntii uadant simul. Et nuntii uel procuratores Antiuarenses transire debeant secure per districtum Ragusinorum in eundo et redeundo. Item promittit frater Johannes archiepiscopus Antiuarensis, quod non molestabit episcopum Ulcinensem, nec capitulum per excomunicationem uel interdictum, nec litteras domini pape faciet presentari, in quibus cogatur, usque ad octauam epiphanie ad duos annos. Et terminus collocutionis non possit prolongari ultra octauam epiphanie per annum. Et si domino archiepiscopo et capitulo Ragusino placuerit abreuiare terminum collocutionis, significabit arhiepiscopo Antiuarensi uel capitulo per mensem ante terminum collocutionis, ut comode predicto termino ualeat interesse. Et si non placeret domino archiepiscopo Ragusino, quod predictum collegium fieret, ambe partes apsolute sint a promissione, saluo super hoc omni iure utriusque partis. Actum est hoc in domo fratrum minorum comorantium Ragusii, uolente et consentiente utraque parte.

(Monogram notarov.) Ego Petrus Dente presbyter sancti Bassi et notarius hiis interfui rogatus compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu sa ostancima triju pečata. (Zbirka saec. XIII.)

336.

1249, 13. januara. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prodaje pet hiljada (funti) soli.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis ianuarii, tertio decimo die intrante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Jacobus Dalfinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus et consiliariis de paruo et magno consilio et cum populo Ragusii confitemur, quoniam de sale nostri comunis Ragusii uendidimus quinque milliaria salis Nyciforio Bontii, Michaeli Marcussii, Siluerio et Geruasio Damiani Bocinoli ad rationem de perperis centum octoginta ad tredecim denarios grossos, pro uno quoque perpero, pro uno quoque milliario salis, quos omnes dictos perperos dictorum quinque milliarium salis iam comune Ragusii accepit a prenominatis comparatoribus. Et ut ipsi dicti comparatores pacent se de dictis quinque milliaris ad tredecim denarios grossos pro unoquoque perpero et ut uendant dicta quinque

milliaria ad usum Ragusii ad pacandum se sine contrario et sine molestia, et nullus comes nec comune Ragusii, nec ullus homo in hoc possit eis aliquid contrarium facere, et ante uenditionem dictorum quinque milliariorum salis nullus alius salem uendatur (!), de quibus prenominatis quinque milliariis salis idem Niciforius comparauit unum milliarium et idem Michael comparauit unum milliarium et idem Geruasius comparauit duo milliaria. Et omnia hec ut sint firma, Depsa riuarius super animam comunis Ragusii per sacramentum sancti euangelii affirmauit. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Michael Pezane, Grubessa Ballislaue, Goyslauus Theodori Crosii et Dobroslauus Ranane iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et communis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu (Zbirka saec. XIII.)

337.

1249, 20. januara.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje neke posjede u vukovskoj županiji braći bivšega prepozita zagrebačkoga File.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallichie, Lodomerie, Comanieque rex omnibus Christi fidelibus ad quos presens littera peruenerit salutem in omnium saluatore. Fidelitatis uirtus tante consistit efficacie, ut non solum in uita, sed etiam post mortem sui domini merita uiuaci memoria relinquat posteris commendanda. Proinde ad noticiam vniuersorum tam presencium quam posterorum harum serie uolumus peruenire, quod cum Fila quondam Zagrabiensis prepositus bone memorie karissimo fratri nostro illustri Cholomanno duci et post obitum ipsius nobis et regno nostro tanta fidelitatis studia impendisset, ut eo mortuo memoria sui nominis grata et commendabilis penes nostram celsitudinem habeatur, ne liberalis nostra donatio quam dictus fidelis noster a nostra consecutus gracia momentanea uideatur, sed firma et durabilis in heredes suos perseueret et in fratres Thome comiti et Petro dicti File prepositi fratribus tam in recordacionem obsequiorum fratris, quam eciam in recompensationem seruiciorum suorum fidelium, que memorati Thomas et Petrus a primo puerili euo culmini nostro impendere multipliciter studuerunt, possessiones prefati fratris eorum, videlicet terram Derinemty, quam habebat pro concambio monasterii de

Buldua, cuius ius patronatus ex nostra donatione tenuerat, prout in priuilegio super hoc confecto plenius continetur; item terram Micola in comitatu de Wlcou et aliam terram sancti Martini in eodem comitatu existentem, que utraque ex morte quorundam nobilium sine herede decedentium ad manus nostras secundum regni consuetudinem fuerant deuolute et dictus Fila ipsas donationis nostre tytulo possidebat, necnon alias terras, quas sepedictus Fila uel empticias seu ex donacione prelibati fratris nostri Cholomanni ducis optinebat, eisdem Thome et Petro ex liberalitate regia relinquimus et contulimus iure perpetuo cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis possidendas, ut et iidem e uestigio fratris non declinantes nobis et heredibus nostris ad quelibet fidelitatis obsequia exhibenda forcius accendantur. Ut autem premissarum terrarum donatio robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporis possit ab aliquo in irritum reuocari, dictis Thome et Petro et eorum heredibus heredumque successoribus presentes concessimus litteras sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum anno gracie millesimo CC⁰ XL⁰ nono, tercio decimo kalendas februarii, regni autem nostri anno quinto decimo.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.566. Stara signatura N. R. A. fasc. 646 no. 26. Na listini visi nešto crveno-zelene svilene vrvce bez pečata.

Coll. dipl. Kaprinai sub B. Tom. II., 35. — Fejér IV. 2. 47—49. — Kukuljević Borba Hrvata s Mongoli i Tatari 90—91. — Kukuljević Reg. no. 566.

338.

1249, 21. januara.

Bela kralj ugarski i hrvatski nagradjuje Pavla župana zaladskoga i nabraja zasluge njegove.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in omnium salvatore. Aule regie fideliter obsequentes tanto largiori prosequendi sunt munere, quanto se bonis studiis ceteris preferunt ac serviciorum exhibicione. Proinde ad noticiam universorum tam presencium quam posterorum harum serie volumus pervenire, quod cum Paulus aule nostre iudex et comes Zalađiensis dilectus et fidelis noster omnibus suis diebus sibi penes nostram celsitudinem merita cumulavit, quod diversa virtutum suarum insignia postu-

lent ex condigno, ut non solum ex genere serviencium ex bonorum operum magnanimitate inter primos et precipuos regni nostri numeretur. Cuius ut obsequia ad informacionem succedencium in medium deducantur, opera ipsa nos ammonent et inducunt. Nam ut virtutes sue, quibus adhuc in iuvenili etate florescebat, elucescerent maturate, quemdam infidelem nostrum Boyzen nomine in insula inde ipse solus solum alium pugna sua viriliter obtinuit captivatum. Item in expugnacione castri Clich quendam fratrem eiusdem nomine Damald similiter captivatum abducendo, in absolucione eiusdem alios duodecim nobiles nostros de captivitate hostium liberavit. Preterea idem fidelis noster ad incrementum laudis regie semper aspirans in obsidione castri Rwthenorum Galich nomine, quandam aciem clam in nostrum exercitum irrumpere cupientem militari bello prohibuit, quod nostro exercitui non potuit quid nocere. Et iterum alia vice pedestrem aliam aciem Rwthenorum, dum super nostrum exercitum irruisset, plus ipse ceteris honoris nostri conservacioni vigilanter insudando, hostili pugna invadens, illam milicie sue viribus fugavit, secum tam acriter decertans, quod nobili et forti dextrario suo sub ipso occiso licet triumphasset de hostibus, se tamen ibidem vix de mortis periculo potuit liberare. Item ab omni latere ad elevacionem titulorum regni et corone fideliter elaborans, cum quodam tempore Teuthonici duo castra Peristhan scilicet et Landigh occupata tenerent, tanquam strenuus persecutor iniuriarum nostrarum et regni, de mandato nostro exercitu congregato, dicta castra obsedit et ipsa de manibus inimicorum eripuit vililer et potenter. Ad hec cum processu temporis Teuthonici aquam Mura perclusissent et pretextu ipsius clausure eadem aqua occuparet terras plurimarum villarum et submergeret, ipse ad partes illas veniens memoratam dissolvendo clausuram villas indemnitati pristine restituit, dictis Teuthonicis prohibentibus et invitis. Item in generali vastacione Tartarorum, quando communiter et nobiles et populares regni nostri pro conservacione vite sue ante faciem eorum fugiebant, zelo fidelitatis accensus, imo pocius virtute propria animatus, ad Danubium cum copiosa multitudine armatorum se preparando, tamdiu transitum prohibuit Tartarorum variis fortune casibus intrepide se subiiciendo, donec ab eorum impetu quisque sane poterat se salvare; post eorum autem recessum ipse prius pre ceteris nobilibus regni ultra Danubium veniens, tam in eisdem quam in Transsilvanis partibus fures et latrones, qui tunc in eisdem locis plures solito surrexerant, extirpando et iusto mediante iudicio condemnando dispersos undique populos recollegit collectosque et inventos manutenendo fideliter et conservando, salifodinas aperuit et cuncta perficere studuit que et reformacioni regni sciebat et usui regio expedire. Iusuper in exercitu nostro contra Austriam ducto, in quo

eciam dux Austrie a nostris fuit hostiliter interemptus, tam laudabiliter dimicavit una cum aliis fidelibus regni nostri, quod ibidem usque ad mortem wulneratus a Teuthonicis tandem extitit captivatus cum aliis septem nobilibus nostris et tam se quam prefatos septem nobiles secum captivatos mille marcis argenti redemit, quas sicut pater damno suo non modico conquisivit. Suorum autem excellencium meritorum memorie commendandorum in reconpensacionem preteritorum nobis et regno fideliter exhibitorum et ut habilior ad alia reddatur obsequia, que nobis in futurum exhibere poterit; sibi contulimus possidendas quasdam terras, quarum nomina sunt hec: in comitatu Byhoriensi terram ville Zwdan, Wkan, Keer, Belchyeo iuxta Crysium, item terram Borok iuxta medium Crysium et terram Zaram; et item terram Hewyo et terram Bekaly, item terram Fyld et terram Almas; item in comitatu Zolnokiensi terram Kazawar, Zomus, populorum Towtoloy et terram Zonuk hospitum castri Zonwk, item in comitatu de Karazna terram Zwan Nogffalw, Wolko. Istarum autem collacionem terrarum sibi fecimus sub hac forma; quod sicut donaciones consimiles factas a nobis aliis nobilibus regni nostri ratas servavimus atque firmas, memorato fideli nostro Paulo comiti et suis heredibus prescriptarum terrarum donacionem illibatam et firmam promittimus observare. In cuius rei evidenciam et testimonium presentes sibi concessimus litteras sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, XII. kalendas februarii, regni autem nostri anno quinto decimo.

Original na pergameni u arkivu kneza Batthyányja u Körmendu; pečat otpao.

Wenzel Codex diplom. Arp. VII. 282—4. — *Kukuljević Reg.* 562. i 567.

339.

1249, 21. marta. U Trogiru.

Grgur sin kneza Ilije daje svoje zemlje u najam.

1.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indic(ione) VIII, mense marcio die XI astante, temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis, Janiche et Valentini Kasarize iudicum Traguri(ensium) hoc actum est. Ego quidem Vilce filius Radouani Chotusse accipio a te Gregorio filio Helie quon-

dam comitis terram tuam sitam sub Ostrog, cui adiacet ab oriente terra filii Odolle, ab occidente murus eminet et a meridie uinea Jacobi Dabrane, ad plantandum in ea uineam; de cuius fructibus uniuersis agratici nomine tibi et heredibus tuis dabo annis singulis quintam partem et eam cum asino tuo et utribus tuis usque Tragurium deferre, debeo minare. Testes sunt: Janicha predictus iudex et Bucelone.

Ego Siluester de Urso examinator manum meam mitto.

Et ego Gausinna primicerius et Traguriensis iuratus notarius rogatus a predicto Vilce hanc cartam scripsi et signo consueto signaui *(monogr. notar.)*.

2.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indicione VIII, mense marcio, die XI astante, temporibus domini Treguani venerabilis episcopi, Stepconis comitis, Janiche et Valentini Kasarize iudicum Tragurien(sium) hoc actum est. Ego quidem Dragouinne olim Dobrenni Moysce filius confiteor me accepisse a te Gregorio Helie quondam comitis filio terram tuam in Podmorie sub loco qui dicitur Smoq(ui)niz ad plantandum in ea vineam; de cuius fructibus tibi accepturo in predicta uinea cum tuo asino dabo agraticum quintam partem. Testes sunt: Janiche predictus iudex et Petrus filius Dese de Cega.

Ego Siluester de Urso examinator manum meam mitto.

Et ego Gausina primicerius et Traguriensis iuratus notarius rogatus a pre(dict)o Dragouinno hanc cartam scripsi et signo consueto signaui. *(Monogr. not.)*

Originali obiju listina na istoj pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: DL, 35.828 (bivša zbirka Kukuljevićeva).

Kukuljević Reg. nro. 569. — Indikcija jamačno u obadvije listine kriva, zato g. 1249.

340.

1249, 30 marta. U Dubrovniku.

Klerik Rosin očituje, da imade neko zemljište izvan zidova kao dar od svoje babe Teoderate.

Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis martii secundo die astante, cura et precepto nobilis uiri domini Jacobi Dalfini comitis Ragusii ordinata est curia cum sonitu campane. Ostense fuerunt due carte notariales, quarum tenor talis erat.

и весь зле шисли, да ви стоимо у вечьни и тверднь мирь и у срьдьчене любьве и у вьсаку правьду. И по земле и по владание наше да си ходите свободьно и простран весь вьсаке десеттине и весь инкере иньне дание, и паче да наши кьмети и наши людие и наши владальци да вась любе и да ви хране ѡдь зла сь правовь веромь; и ако некьто ѡдь нашихь кьмети или ѡдь нашихь люди чине ви кривину, да се при предь мновь, и ꙗ да нмь сѣчу прави судь, и ако ви ꙗ правину не чину, то то ꙗ кривь. И ако се разьратите сь кралемь рашьки(м), да вась не дамь ни вашь добитекь, паче да ви ухранимо сь вьс(ѣ)мь вашимь добитькомь. И що се чинило пре и после, да се при, и да не изьма. И да придѣмо у Дуброврьникь, да на нась не устане никьторе, де ми сьмо у нашу землю, седа, кго хоще искати, нщи, де ꙗ смь радь правьду учине; ако пра(вьде) не учину, то ꙗ кривь. И сѣ ѡще: ако верчуе Сербллинь Влаха, да се при предь кнеземь дубровьчькимь; и ако верчуе Влахь Сербллина, да се при предь баномь; и ином у Влаху и ином у Сербллину да не исьма; и да не никере изьма на инаго Сербллина и на инаго Влаха лише на самога исьца. И да сѣ некоꙗ кривина меѣу ни чини, да та кривина сѣ сьс правиновь исьправи. И си мирь и си ѡбеть да се никакоре никимре деломь и никимре коньцемь да се не реши, ни да се подьперѣ, не паче да буде тверднь у веки. И хощемо, да вьсе, що зде писано, буде тверьдо у веки ѡдь нась самихь и ѡдь нашихь деть и ѡдь нашихь унучне и ѡдь нашихь кьмѣти и ѡдь нашихь люди. И кьто сие приломи, или ми сами или наши сиьь или наши унучне или наши кьмети или кьто годе нашь, да га богь сепьнѣ и света богородица и вьси свети, ки су зде писани. Мирь божи сь намь аминь. Си се су клели: кьнезь Угринь, кьнезь Радона, казньць Грьдомиль, казньць Семиюнь, воевода Пурьча, Грубѣша пехарьникь, казньць Бѣльхань, Ежь Обьченовичеиовичь, Домаслав Гунетичь, Хранислвь Сврачичь, Радое Друговичь, Берславь Баничь, Какьмужь Одрамьчичь, Вльвьча Вльвасовичь.

Pečat visi:

Печать велк . . . (великаго?) бана Нинослава.

Miklosich Mon. Serb. 32—34. br. 39. — Glasnik društva srp. slov. VI. 179. — Kukuljević Reg. br. 571.

*

342

1249, 22. aprila. U općini svetoga Elpidia.

Ugovor izmedju općine svetoga Elpidija u Romagni i Dubrovnika.

Quem stima egregia, memorabiles citaciones, uniuersum ad laudes proprias reccomendat et omnis probitas reddit clarum, uiro sapientia et nobilitate maxima comendando, domino Jacobo Delphyno comiti Ragusii, merito comendando et iudicii eiusdem terre ac consilio et comuni Licizarius civis Bononiensis nunc comunis castri sancti Helpidii et eiusdem terre consilium comunem salutem et optatorum omnium conplementum. Litteras uestre magnitudinis recepimus tota animi puritate et eisdem, sicut duximus, sub breuilegio respondendum uidelicet, quod fidanciam ab honorabili uiro Pongracio de Stepi pro uestro comuni a nobis et comuni sancti Helpidii postulatum ecclesie, quod comuni Ragusii de uoluntate et mandato consilii specialis et generalis comunis sancti Helpidii ad sonum campane, ut motis cum puritate animi et amoris constantia concessimus et concedimus sub hac forma, uidelicet quod omnes homines de Ragusia ueniendo' stando et redeundo ad ripam comunis sancti Helpidii in personis et rebus, securitatem et fidanciam firmam concedimus obseruandam ab hominibus et personis comunis sancti Helpidii memorati, uerum si ad dictam ripam ab ynimicis ecclesie atque nostris molestiam uel dampnum in personis uel rebus aliquid substinerent, teneri uolumus ad restitutionem uel modum aliquid faciendum, quia propter dei et ecclesie ynimicos non ualeremus nos deffendere ab eisdem. Et hec etiam duximus facienda saluis in omnibus mandatis venerabilis patris nostri domini Rayneri cardinalis et cui semper cupimus complacere et ut dictum est hec fidantia inlesa debeat conseruari, publicari fecimus per nostrum notarium nomine Michaelem, etiam sigillo nostri comunis munimine roborari. Data fuit hec fidantia et concessa sub annis domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragessimo nono, indictione septima, die nono exeunte aprili, in palatio comunis sancti Helpidii prefati, domino Ugolino socio dicti potestatis domino canonico, eius iudice domino Harmanino, eius notario Nicolao, domini Campioti Zani filio Zanini et Brunito Florentino et pluribus alliis. Ego Michael Berthami Bononiensis civis nunc dicti potestatis et comunis notarius subscripsi et interlineaui ab inimicis ecclesie et nostris.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIII.

343.

1249, 30. aprila. U Lyonu.

Inocencije IV. papa kaptolu spljetskomu, neka budu pokorni magistru Rogeriju postavljenu za njihova nadbiskupa.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis archidiacono et capitulo Spalatensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesia vestra pastoris solatio destituta, vos fratrem Johannem de ordine fratrum Predicatorum Scardonensem electum in vestrum archiepiscopum postulantes, dilectum filium Desam concanonicum vestrum et Dragum civem Spalatensem ad sedem apostolicam destina(s)tis, iniuncto eis, ut si postulationem huiusmodi a nobis contingeret non admitti, ab eadem sede de pastore ipsi ecclesie peterent provideri. Nos igitur, postulatione non admissa predicta, cupientes eidem ecclesie, utpote idoneo presule indigenti, de tali provideri persona, que tanto congrueret oneri et honori et attendentes, quod dilectus filius magister Rogerius capellanus dilecti filii nostri J(ohannis) tituli sancti Laurentii in Lucina presbiteri cardinalis, canonici Zagrabiensis, quem de dono scientie ac honestate morum et conversatione laudabili experta familiaritas et familiaris experientia reddunt multipliciter commendatum et nobis et fratribus nostris non indigne acceptum, erat utilis et sufficiens ad regimen ecclesie memorate, ipsum ei de fratrum nostrorum consilio prefecimus in archiepiscopum et pastorem, spe nobis proposita, quod auctore illo, qui dans virtutes premia elargitur, per diligentie sue studium dicta ecclesia grata in spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Cum autem apud ipsam sedem usque ad consecrationis tempus retineamus eundem, impensuri, tunc ei consecrationis munus et ad predictam ecclesiam cum plenitudine nostre gratie remissuri, universitatem vestram monemus et hortamur attente, mandantes, quatenus eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendatis et exhibeatis obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiendo devote ac irrefragabiliter observando, interim procuratoribus suis eius nomine de redditibus, proventibus et iuribus episcopalibus plenarie respondentes. Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit in rebelles etc. Datum Lugduni II. kalendas maii, pontificatus nostri anno sexto.

In eodem modo clero et populo civitatis et diocesis Spalatensis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. 78. — Iz reg. an. VI. ep. 492 fol. 227. — Farlati Illyr. Sacr. III. 273. — Mansi Coll. conc. I. 226. — Potthast Reg. pontif. II. br. 13.329. — Kukuljević Reg. br. 572.

344.

1249, 7. maja. U Zadru.

Stana žena Berislavova prodaje svoj vinograd na teritoriju ninskom Gjurgju sinu Matijinom.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri [Jesu] Christi millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis madii die septimo intrante, indicione septima, Jadre. Cum aliquid alicui perpetuo iure uenditur, dignum est scripture uinculo confirmari. Quapropter ego quidem Stana uxor Berislaui de Jadra cum meis heredibus ab hodie in antea in dei et Christi nomine do, uendo atque transacto tibi namque Georgio filio Mathe et tuis heredibus unam meam terram positam in territorio Nonensi supra sanctam Barbaram, uersus borream uidelicet, pro triginta solidis denariorum paruulorum, que est posita iuxta uineam Radoslaui filii Petriçe et ab alia parte iuxta terram Vi[ti] Figaçoli cum omni sua longitudine et latitudine, cum suis terminis et pertinenciis, tam subtus terram quam supra terram, ita, quod amodo in antea liceat tibi tuisque heredibus dictam meam terram libere habere, perpetuo possidere cum plena uirtute et potestate uendendi, dandi, donandi, colendi, plantandi, obligandi, pro anima iudicandi et totam tuam uolutatem de ea faciendi, nemine tibi contradicente. Vnde ego suprascripta Stana cum meis heredibus debeo et teneor dictam terram discalumpniare et defensare tibi prenominato Georgio et tuis heredibus, ab omni homine illam calumpniante super me et omnia mea bona. Actum est hoc et confirmatum coram his vocatis et rogatis testibus, scilicet Radi sartore et Theodoro filio Radouani et Budislauo calegario.

Ego Jacobus Filipi Petri mortui examinator manus misi.

Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius hiis predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: diplomata anni 1249.

Kukuljević: Reg. no. 568.

345.

1249, 8. maja. U Klisu.

Ban Stjepan odredjuje medje posjeda Posedarje.

Nos Stefanus banus maritimus et comes trium camporum et capitaneus Stirie significamus uniuersis quibus expedit per presentes, quod cum inter comitem Slauogostum de Possedaria et terrestres sibi uicinos frequenter respectu metarum controuersia et coram nobis questio et litis materia exorta fuisset, quarum quidem metarum pro reambulatione et de nouo ubi ingrueret erectione et assignatione earum, diem ex mandato domini regis comites Stephanum et Jacobum filios quondam comitis Stephani de Berberio et Renez comitem nostrum trium camporum ad facies terrarum de dicta Possedaria et aliarum sibi conuicinarum destinassemus; iidem exinde ad nos redeundo nobis infrascriptas ipsius terre de Possedaria metas per uniuersorum conuicinorum et commetaneorum suorum, ut asserebant, attestatione affirmata, et exquisitas reperissent et quasdam ex eis de nouo cum uicinis et cometaneis per easdem per ordinem procedendo erigissent atque assignasent. Quarum prima, ut in registro nobis descriptas attulerunt a plaga orientali quoddam(!) portus Masslina uocatus est; exinde itur et uenitur ad aliud ad portum Sdrilaz uocatum ad petram, que uocatur Oblascina; inde itur et peruenitur ad quendam locum Ternouizza ad fenile Blatce uocatum; inde graditur et peruenitur ad quemdam lacum Ograienizza loqua dictum; inde transitur et peruenitur ad uerticem montis Strasische uocati; inde uadit et peruenitur ad flumen Baschizza ad duas cruces in petra pro meta sculptas; inde transitur supra per medium ipsius fluminis Baschizza, de quo flumine descendendo peruenitur ad magnam stratam de Nona tendente; per quam satis longum eundo peruenitur ad fontem... appelatum, inde itur et peruenitur ad fontem Miraz Studenaz appelatum secusque hunc fontem Miraz stando, quantum longius homo poterit de arco uersus plagam meridionalem sagittare, ibi locus est pro meta deputatus; inde transitur et peruenitur, ubi ipsa terra Possedaria tenet metas cum nobilibus Catichi uocatis; inde itur et uenitur de supra villam Regiane uocatam, ibi est crux in lapide pro meta excisa; ab inde itur et peruenitur ad summus collis Volchya glaua nuncupati; deinde eundo uenitur ad quandam foueam ad quam limpha intrat; exinde eundo et uenitur ad collem Strichaz dictum ad metas, quas tenet ipse comes Slauogostus cum nobilibus Magorouichy; inde eundo uenitur ad

cruces quinque uiarum in uulgo petiputi nuncupatarum, deinde eundo uenitur ad ualliculam, quę in uulgo dicitur Draga Horuguenizza; exinde eundo uenitur ad quamdam foueam Badan nominatam, inde eundo uenitur ad uallibulam Vsprina Draga nominatam et ab inde transiendo peruenetur ad locum ubi est in mare signum crucis super quamdam petram pro meta excisę; ibique prenominatę metę terminarentur. Nos uero pręnominatam terram Possedaria cum uniuersis suis utilitatibus et pertinenciis sub conclusione et uallatu metarum prescriptarum mediante, quarum ab aliorum iuribus separatam prorsus et sequestratam de mandato ipsius domini regis . . . . comiti Slauogosto duximus relinquendam per ipsum et eius heredes, posteritatem et successores uniuersos iure perpetuo sincereque nobilitatis titulo possidendam atque tenendam eatenus sicut hactenus possessa. In huius itaque rei firmitatem, ne temporibus successiuis proinde quomodocumque scandalum seditionis oriatur, presentes concessimus litteras nostras pendenti sigillo nostro roboratas. Datum Clisii sabbato festiuitate beatorum Philippi et Jacobi apostolorum domini proxime subsequente anno eiusdem domini 1249.

Iz originalne potvrde kralja Bele od g. 1251., 23. nov. Ova potvrda dolazi i u kodeksu: Privil. di Possedaria u ark. grofova Begna u Posedarju: P. 602/a. 9—12.

Bullettino 1891, 93—95.

346.

1249, 13. maja. U Zadru.

Miha sin pokojnoga Matije Dušice daje Martinu sinu Prodanovom, zemlju, da nasadi vinograd.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis madii die tercio decimo intrante, indicione septima, Jadre. Manifestum facio ego quidem Micha filius condam Mathei de Duxica de Jadra, quia cum meis heredibus ab hodie in antea in dei et Christi nomine do et concedo tibi namque Martino filio Prodani in quadam mea terra uineam plantare, secundum quod presaliam fecisti usque ad uiam que est posita in starea supra meam uineam uersus austrum et supra uineam Andree Petriçe et uineam Volcigne Matafaro et ex altera parte uersus çer iuxta terram Creste de Micus et uersus borream ab alio capite iuxta quandam aliam terram predicti Creste et uersus trauersam iuxta terram heredum condam Cosme de Pande Melio, tali quidem ordine, ut dum eam habueris et

ex ea fructum extrahere poteris, dare tenearis per te et tuos heredes mihi meisque heredibus sextam partem de uino hic in ciuitate de Tina; de oliuis autem et omni alio fructu ex ea habito similiter sextam partem mihi dabis; et si de aliquo fructu ex ea habito recenti uel sicco uendideris, sextum denarium mihi dabis; si uero ficus recentes domum portaueris ad commedendum, ipsas habeas cum dei benediccione. Si autem diabolo suadente aliquo tempore in fraude contra meam iusticiam inuentus fueris, mihi soluere debeas sex yperperos; ceterum si paupertate uel aliqua alia necessitate ullo tempore tu uel heredes tui uites ipsas uendere uolueris, primo ad me et heredes meos uenire debes et declarare mihi illam uendicionem: et si eas emere uoluero, dando tibi tamen quod ab uno et alio habere poteris, illas mihi et non alicui alii dare tenearis; quod si tunc emere noluero, liceat postea tibi eas uendere cuicumque uolueris saluo tamen omni iure meo, ut predictum est et habenda sexta parte. Quam terram ab omnibus tibi discalumpniabo super me et omnia mea bona. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, silicet, Lemesse de Jacobo, Dessegna de Birfi, Johanne de Botauano et Çerna filio Viti Moruiçe et Micha Sapalino.

Ego Jacobus Filipi Petri mortui examinator manus misi.

Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius per preceptum domini comitis, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consignaui.

(Signum not.).

Original u arkivu gubern. u Zadru (odio samostana sv. Krševana caps. XVII. masso no. 33).

347.

1249, 13. maja. U Zadru.

Miha sin Mateja Dušice dozvoljava Bogdanu Petegal da nasadi vinograd na njegovoj zemlji.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis madii, die tercio decimo intrante, indiccione septima, Jadre. Manifestum facio ego quidem Micha filius condam Mathei de Duxiça de Jader (!), quia cum meis heredibus ab hodie in antea in dei et Christi nomine do et concedo tibi namque Bogodano Petegal in quadam mea terra uineam plantare, secundum quod presaliam fecisti usque ad uiam que est posita in

(sta)rea supra meam uineam uersus austrum et supra uinea Andree Petriçe et uinea Uolcigne Matafaro et ex altera parte uersus çer iuxta terram Creste de Micus et uersus borream ab alio capite iuxta quamdam aliam terram predicti Creste et uersus trauersam iuxta terram heredum condam Cosme de Pande Melio tali quidem ordine, ut, dum eam habueris et ex ea fructum extrahere poteris, dare tenearis per te et tuos heredes mihi meisque heredibus sextam partem de uino hic in ciuitate de Tina; de oliuis autem et omni alio fructu ex ea habito recenti uel sicco uendideris, sextum denarium mihi dabis; si uero ficus recentes domum portaueris ad comedendum, ipsas habeas cum dei benediccione; si autem diabolo suadente aliquo tempore in fraude contra meam iusticiam inuentus fueris, mihi soluere debeas sex yperperos; ceterum si paupertate uel aliqua alia necessitate ullo tempore tu uel heredes tui uites ipsas uendere uolueris, primo ad me et heredes meos uenire debes et declarare mihi illam uendicionem, et si eas emere uoluero dando tibi tamen quod ab uno et alio habere poteris, illas mihi et non alicui alii dare tenearis; quod si tunc ipsas emere noluero, liceat postea tibi eas uendere cuicumque uolueris saluo tamen omni iure meo, ut predictum est habenda sexta parte; quam terram ab omnibus tibi discalumpnibo super me et omnia mea bona. Actum est hoc et confirmatum coram his vocatis et rogatis testibus, scilicet Lemesse de Jacobo, Dessegna de Birfi et Johanne de Botauano et Çerna filio Viti Moruiçe et Micha Sapalino.

Ego Jacobus Filipi Petri mortui examinator manus misi.

Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadre notarius per preceptum domini comitis, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u arkivu jugoslav. akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1249.

Kukuljević Reg. br. 573.

348.

1249, 17. maja. U Spljetu.

Svjedoči se pred sudom, da je Meleja Radošević ostavila testamentarno neke zemlje samostanu svetog Benedikta u Spljetu.

Anno incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indictione septima, mensis mai die decimo quinto exeunte, tempore domini Johannis uenerabilis Spalatensis archielecti, Miche Madii, Gregorii Grube et

Nicolai Duimi forensium iudicum. Nos siquidem supradicti iudices uobis domine Chatene abbatisse monasterii sancti Benedicti et tuis sororibus presens facimus fieri instrumentum testificationis nostre, quomodo presbyter Stoiane et Sabbe Prodanco testati sunt in nostra presencia, quia Melea cognata Radosceviz moriens dedit ex testamento predicto monasterio sancti Benedicti vites suas, que sunt a Dilato in terra eiusd(em) monasterii prope ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani habendas et possidendas pro anima sua suorumque defunctorum, absque ullius contradictione. Test(es) Jurra Madii, Johannes Duymi forenses (iudices) et ... ca cognatus dicte Melee. Et ego Alberti examinator manum meam misi. Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius precepto supradictorum iudicum et curie scripsi et consuete roborationis signo compleui.

(Signum notarii).

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

349.

1249, 23. maja. U Fanu.

Trgovački ugovor izmedju Dubrovnika i Fana.

C. Millesimo ducentesimo quadragesimo nono, die nono exeunte mensis mai, indictione septima, Fani, in consilio generali Fani per campanam more solito congregato. Nos Marchisinus domini Aimerigi potestas Fani una cum consilio et per ipsum consilium totum damus, concedimus uobis Ginnanno Petro et Obrosio mercatoribus de ciuitate Raguse et omnibus aliis hominibus mercatoribus dicte ciuitatis Raguse, fidem nostram et securitatem in ciuitate Fani et suo litore, et assecuramus uos omnes predictos mercatores et omnes alios de ciuitate Raguse, in personis et rebus uestris, cum uestris mercimoniis omnibus, tamquam omnes alios nostros amicos uenientes ad hanc ciuitatem Fani ad negotiandum uel alio modo quocumque in eundo, stando et redeundo in dicta ciuitate Fani et eius litore et promittimus uobis dictis mercatoribus Raguseis et omnibus aliis mercatoribus uestre ciuitatis Raguse nullam offensam facere in dicta ciuitate Fani et litore nostro in personis nec in rebus uestris, uel in rebus mercatorum aliorum omnium uestre ciuitatis Raguse. Ideo uobis Raguseis dictis hoc facimus ad hoc, ut infra duos menses postquam de hoc ab hac ciuitate Fani absentaueritis, nobis de

ciuitate Fani eandem fiduciam et securitatem fieri facietis a uestra ciuitate consilio et comuni in personis et rebus hominum ciuitatis Fani ipsis hominibus Fani in dicta ciuitate Raguse, suo litore et portu et dictam fiduciam et securitatem intra duos mercatores predictos nobis de Fano per uos uel per aliquem alium nuntium uestre ciuitatis Raguse transmittetis, et quod si facere neglexeritis, nostra fiducia seu securitas uobis dictis facta nil ualeat ullo modo. Testes interfuerunt dominus Patermanus Osculdi, dominus Rainerius de Carpineto, domino Jacobo Bascoli, domino Fano Gilii et multi alii de consilio. Ego Benuegnatus Girardini imperialis aule notarius subscripsi et nunc comunis Fani rogatus de mandato dicti potestatis Fani et consilii prefati.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

350.

1249, 4. juna. U Draču.

Potvrdjuje se primitak novaca za sol.

† Signum manus Pascalis Sarippi qui hoc firmat.

† In nomine domini dei eterni. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, die sabbati, quarto mensis iunii, indictione septima. Ego Pascalis Sarippi ciuis Dirrachii coram probis hominibus testibus subnominatis, fateor me exigisse presencialiter et pro manibus recepisse a te Grubessa de Ballisclauo nuntio et procuratore pro parte totius comunalis ciuitatis Ragusii yperpera quingenta in denariorum grossorum venetorum, pro quibus dedi et credidi prefato comuni staros salis decem milliaria, quas recepit a me Paulus de Vulcigna secundum instrumentum ab ipso mihi facto(!) se continet et habetur, quem(!) instrumentum tibi tradidi et asignaui cum auctoritate et procuratione, quem(!) dictus Paulus abuit(!) a dicto comunali ciuitatis Ragusii, pro qua quidem manifeste declaro: esse quitus in integrum et pagatus de supradicta quingenta yperpera et nullo aduenienti tempore per me uel per meos heredes siue per aliquam personam dolo summisse(!), exinde ad causam traere(!) debeamus dicto comunali(!) prefate ciuitatis, nec aliquem ex illorum ciuium nec cum scripto uel sine scripto. Unde ad securitatem uestram et omnibus hominibus ciuitatis Ragusii de prefata quingenta yperperos deffensionem hanc yppodixin(!) autentica uobis fieri feci per manus Nicolai diaconi imperialis et puplicus(!) Dirrachii notarium, quod si aliquo tempore aliquod instrumentum apparuisset de prefato debito, per auctoritate(!) huius instru-

menti habeatur pro irrito et aut hoc scriptum securitatis fide ualtam(!) adhiberi, ipsum scribere rogaui dictum notarium sub affirmacione mea et subscriptorum testium roborari, ac eodem notarii signo munitum, qui interfuit anno, mense die et indictione pretitulatis.

† Ego Nicolaus Mauro consultor Venetorum in Durrachio testis subscripsi.

† Ego Benedictus Gralioni testis subscripsi.

† Signum manus Petri de Vrana qui testis est.

† Signum manus proprie Martini Basababa qui testis est.

† Ego Nicolaus diaconus imperialis et puplicus Dirrachii notarius.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

351.

1249, 18. jula.

Pred županom križevačkim i banovcem Dominikom prodaje Farkaš sin Isov Petru sinu Jakše bana posjed Raven.

Nos Dominicus comes Kirisiensis et vicebanus ad noticiam uniuersorum, quorum personis presens scriptum existens enucleatum etiam cordibus expedierit mancipari, volumus peruenire, quod cum super causis mundane uarietatis semel ac bis dispositis uolucione labili temporum per iurgia fraudulenti inpetu inbuta sev precio per introducta(s) altercaciones et controuersie soleant intromittti, hoc idem specialius enodamus, quod Petrus filius Iaxe bani ex una parte, Farcasius filius Isov ex altera, disposita inter semetipsos vendicione terre appellate Ravn, super eadem disposicione terre ad nostram accedentes presenciam diligenter a nobis nostrarum litterarum testimonium postularunt. Nos autem, cum dignis et iustis peticionibus ex iure acquiescere debeamus; a predictis partibus in nostra presencia constitutis cupientes specifice uendicionem inter ipsos factam percipere, interrogauimus ab ipsis, ut nobis uendicionem ipsam ore proprio testarentur; protestatus fuit predictus Farcasius lingua propria coram nobis constitutus, quod terram suam uocatam Ravn a patre sibi deuolutam Jaxe bano patri Petri adhuc eodem Jaxa bano viuente pro summa pecunie sexaginta marcis uoluntarie vendidisset, cuius pecunie summam, hoc idem Farcasius asseruit, quod Petrus iamdictus effectum finicionis sibi in soluendo, (quam) pater suus Jaxa banus non perfecerat in soluendo terminasset. Et cum Farcasius jam dictus responsionem illam fecisset fieri, quam predixit coram nobis astans presentibus Prelsa comite terrestre, per quem mete terre dicte fuerunt preuise et eadem terra esti-

mata, Zulga quondam centurione, Andrea filio Wlcoch Buza magistro, Hudina comite, Percone curiale comite de Kyris tunc existente, Iwano filio Chakan et aliis quam pluribus iobagionibus castri Crisiensis ac commetaneys iam dicte terre, quos in metis assignandis no(min)abimus, interrogatus super eodem facto idem Petrus per nos extitit, et cum dictus Petrus dictam terram per patrem suum emtam a predicto Farcasio fuisse profiteretur pro prenotata pecunie summa et se effectum dicte pecunie duxisse in soluendo, testimonium nostrarum litterarum iam prefato Petro concessimus, metas dicte terre facientes in hiisdem litteris assignari. Cuius terre uocate Ravn prima meta incipit a ponte uersus meridionalem partem ascendendo montem in magna via et coequatur terre episcopi Zagrabiensis, ubi perueniendo ad arborem cher separatur dicta terra episcopi a terra Crisiensi castro attinente; inde diuertendo in uet(er)i via uersus partem occidentalem pergens in eadem via iuxta metas dicti episcopi cadit in aquam Kemechnice apud arborem ilicem, a qua diuertendo uersus aquilonem iuxta dictam Kemechnice peruenit ad domus dicti Petri et inde eundo proficiscitur ad metas filiorum Togach ubi est meta terrea sub arbore pomi; et ibi de Kemechnice exiendo vadit ad partem orientalem, ubi exiendo de Chret fluuius constat currens iuxta quem est meta terrea; unde eundo ascendit montem in magna via, ubi iuxta viam magnam est meta terrea sub arbore quercu; et inde diuertendo a magna via uersus aquilonem prosilit in paruam viam, ubi sub arbore tilie est meta terrea; a qua arbore pergendo cadit in fluuium Tetreunch; ex quo exiendo peruenit ad montem ubi in monte est meta terrea et inde ad sinistram diuertendo pergit in eadem via et cadit in aquam Racosam, ubi iuxta locum ueteris pontis est meta terrea; a qua meta prosiliendo iuxta dictam aquam peruenit ad metas terre filiorum Radozlay, ubi est meta iuxta portum dicte aque, et inde diuertit uersus orientalem partem ad arborem tilie, ubi proximus est locus Putey; inde pergendo in eadem parte peruenit ad ducas salices, inde pergendo peruenit ad finem sylve, ubi sub arbore gortan est meta terrea, a qua eundo in eadem parte cadit in fontem Lescouec, ex parte alia cuius fontis terra est filiorum Borisk; inde descendendo peruenit ad arborem cher, sub qua est meta terrea et inde eundo peruenit ad arborem tremulam, a qua eundo uersus occidentalem peruenit ad puteum, ubi inferius est piscina, que piscina cadit in predictum fluuium Rakose, et ibi ad aquilonem pergendo cadit in locum pontis et inde exiendo ad ueterem viam uersus partem occidentalem peruenit ad unam viam, a qua diuertendo ad alciorem partem pervenitur ad arborem eruli(!) sub qua est meta terrea; et inde uersus occidentalem eundo peruenit ascendendo montem ad arborem hrast sub qua est meta terrea; inde eundo in alciori parte in via veteri

uersus occidentalem cadit in Chret, ubi descendendo adit fluuium Tetrevnc; a quo proficiscendo descendit ad priorem metam, ubi coniungitur terree filiorum predicti Borisk. Et cum dicte mete huius terre coram conmetaneys preuise fuissent et coram cognatis dictorum Petri et Farcasii, scilicet coram Georgio et Junkone filiis Isaac et aliis sub testimonio litterarum nostrarum confirmate extitissent, igitur ut huius rey(!) series illesa et inmobilis e lapsu temporum possit permanere et robur firmitatis obtinere nec incassum reuocari, litteras nostras eidem Petro nostri sigilli munimine concessimus roboratas; adiungimus etiam quod tota pecunia illa per manus Prelse comitis fuit soluta. Datum dominico die ante festum beate Marie Magdalene anno gracie M⁰CC⁰XL nono.

Original na pergameni u arkivu jugoslavenske akademije. Diplomata a 1249.

Pečat je otpao. Visio je na bijeloj svilenoj vrvci.

352.

1249, 17. septembra. U Dubrovniku.

Ustanovljuju se medje izmedju općine dubrovačke i Marina Petrova.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis septembris quarto decimo die astante. Nos quidem Jacobus Dalfinus comes Ragusii cum iuratis iudicibus Michaele Pezane et Goyslauo Theodori Crosii hoc quod per sententiam legis iudicauimus testamur. Nostra enim coram presentia Rosinus Goyslaui et Petrus Mathei Dabrane et Petrana de Bonda aduocatum ex parte comunis Ragusii interpellauerunt Marinum Petri Stefani, dicentes: Tu Marine perintrasti in terras comunis Ragusii et posuisti domos in terras eiusdem comunis; unde uolumus ut exeas. Inde qui Marinus per suos aduocatos Priasnium, Mathei Bodatie, et Petranam Dabronis respondens dixit: Ego Marinus pro meis ueteranis possideo illas terras et domos. Et idem Marinus aliud ostendere non potuit, et prenominati aduocati comunis Ragusii introduxerunt testes qui testificati sunt, quod a signis que signati(!) sunt in petra tali signo comunis ex parte orientis passus tredecim et dimidium uersus ciuitatem et ex parte occidentis ad latus uiam comunis que uadit uersus Ombulam, ab ipso signo passus tredecim uersus ciuitatem, sunt de dicto Marino. Et dimissis prenominatis passibus tredecim et dimidio passe(!) et dimissis aliis dictis tredecim passibus totum reliquum campum(!) et domus uersus ciuitatem sunt de comuni Ragusii. Unde nos prenominati comes et iudices, auditis eorum questionibus et auditis testibus,

iudicauimus per sententiam legis, ut dicti passus tredecim et dimidius et dicti tredecim passus remaneant apud prenominatum Marinum in perpetuum et dimissis prenominatis uiginti sex passibus et dimidio, totum reliquum campum (!) cum domibus remaneat in perpetuum apud comune Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Quod iudicium pronominatorum domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

353.

1249, 15. oktobra. U Dubrovniku.

Darovanje crkvi svetoga Ilije.

† Anno incarnationis millesimo ducentesimo quadragessimo nono mensis ottubris quinto decimo. Bernardus . . . . . (S)ergii . . . . . abbas ecclesie sancti Helie de la Fodo et clericus Glu . . . . . eiusdem ecclesie confitemur, quoniam sellam et terram dicte ecclesie cum ulnea . . . . . nauit que sunt in insula Jupane . . . . . as . . . . . Johannis tali ordine ut ipse . . . . . habeat et posideat et omnis reditus et fructus carum sibi habeat et ut idem omni anno det eidem clerico Bubane ad perperos tres et unum modium de ta . . . . . nominate possesiones deueniant ad dictum clericum Bubanna et si . . . . . te possesiones deueniant ad dictam ecclesiam et post mortem eiusdem . . . . . rebus uice sue omni anno in festo sancti Helie dabit eidem ecclesie unum quingum de oleo et duos cereos de una libra de cera, si autem dictus Johannes uenerit ad . . . . . idem clericus Bubana non dabit dicte ecclesie nec dictum quingum nec dictos cereos et nos prenominati diaconus Paulus et clericus Bubanna et . . . . . sacramenti nos autem Nicoliza et Jacobus Pecinagi et hereditarii prenominat . . . . De hoc autem facto sint tres carte, hec et alie due. Hec autem carta nullo (testimonio rumpi possit. Hii sunt) testes Andreas de Zreva iuratus iudex et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus testis sum et scriptor.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu postoji samo u dvije trećine. Iznad teksta prerezana slova.

Zbirka saec. XIII.

354.

1249, 17. novembra. U Zadru.

Testamenat Šimuše supruge Mihe Hahije.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense nouembri, die quarto decimo exeunte, indictione octaua, Jadre. Cum uite sue terminum quisque prorsus ignoret et nichil cercius habeamus, quam quod mortis non possimus euitare discrimen, recte cuique imminet precauendum, ne in occulto occumbat et sua inordinata et indisposita derelinquat. Idcirco ego quidem Scimusa uxor Miche Hachie infirmitate gravata, uolens quod premissum est euitare, feci itaque ad me uocari Petrum Scandolarium presbiterum et notarium, rogauique eum, ut hoc meum scriberet testamentum, in quo meos fidei commissarios esse constituo Paulum Lampredium, tunc temporis iudicem et Prestancium Madii Cotopagne, similiter tunc temporis aduocatum et Micham Hachie predictum uirum meum et dominum Pribam Maldenarii, qui tamen utentur in omnibus consilio fratris Andree de ordine fratrum Predicatorum, ut secundum quod hic ordinauero, dedero, darique iussero, sic ipsi post meum obitum de eius consilio faciant ac persoluant. Primo insuper dimitto pro anima mea monasterio sancti Damiani de Monte totam meam terram Tuclizani, secundum quod continetur in una manifesta carta facta hoc suprascripto anno et mense per suprascriptam indicionem, quam eidem monasterio fieri feci per manum notarii infrascripti. Item dimitto predicto uiro et commissario meo meam terram Gyliani et totum olei positum uersus domum condam Johannis de Lipa. Item terram meam de Berda et domum supra mare positam versus portum iuxta domum Viti Figazoli suprascriptis meis commissariis dimitto ad faciendum de eadem terra et domo totum bonum, quod ipsi poterunt pro anima mea et animabus omnium meorum defunctorum, secundum eorum discretionem cum consensu et uoluntate predicti fratris Andree. Item uineam meam positam super maceras iuxta uineam Viti Moruize cum omnibus suis pertinenciis statim post mortem meam dimitto pro anima mea fratribus Predicatoribus possidendam. Si uero prenominatus Micha meus uir et commissarius lectum possidere uoluerit, habeat in sua uita et possideat predictas domum et terram Berde. Et in his omnibus predictis ego memoratus Micha Hachie vir eius assencio et quiesco. Et sic hoc meum testamentum firmum ad-

iudico esse imperpetuum. Actum est hoc et confirmatum coram his uocatis et rogatis testibus, scilicet Dimino de Rigale et Micha Sapalino.

Nema notarske potvrde.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio sv. Dominika br. 2273.

Ova oporuka popunjena je 12. jan. 1250. br. 361. s nekim dopunjujućim ustanovama, zato obadvije priobćujem.

355.

1249.

Ban Stjepan vraća po nalogu kralja Bele sinovima Korle zemlju Odra otetu im po Ivanu Jaroslavljevu.

Nos Stephanus banus tocius Sclauonie significamus omnibus presencium noticiam habituris, quod cum nos de mandato domini Bele regis in toto regno Sclauonie terras post obitum regis Colomani felicis memorie a castro alienatas iudicaremus, tandem filiis Corla et omnibus iobagionibus castri Zagrabiensis a parte una et Iwan filio Irozlai ab altera coram nobis constitutis, filii Corla memorati terram quandam Odra uocatam suam esse hereditariam asserentes et per Iwan prenotatum filium scilicet Irozlai detentam et occupatam absque iuris ordine uoce publica sunt conquesti. Cum igitur Iwan memoratus nullam penitus causam uel racionem, qua terram supradictam poterat aut debuit detinere, coram nobis ostendere potuisset, considerata iusticia filiorum Corla, que tam euidenter patebat, ipsam eandem terram Odra a Iwano recipiendo, ut ius volebat, restituimus filiis Corla pacifice ac perpetuo possidendam, metis certis uallatam et distinctam. Cuius terre mete sicut a pristaldo nostro Martino filio Gordos et ab aliis commetaneis cognouimus, in hunc modum distinguuntur: incipit igitur prima meta terre eiusdem de plaga orientali iuxta fluuium Odra apud metam terream et tendit uersus meridiem, et multum eundo per continuas metas peruenit ad viam fundatam, que vttewen dicitur et ibi conterminatur terre Mortun, inde ad fluuium Haranichnik, post hec descendit ad fluuium Chernech, inde ad arborem ilicis, exinde ad fluuium Mozechine et ibi sub ilice est meta, inde ad fluuium Lomnicha, inde ad partem occidentalem, post hec per fluuium Odra reuertitur ad priores metas. Vt igitur ista restitucio per nos legitime facta inconcussa semper permaneat, litteras presentes nostro sigillo roboratas filiis Corla supradictis duximus

conferendas. Datum ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono.

Iz potvrde kralja Bele od g. 1264. — Potonja potvrda u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1249.

Kukuljević Reg. no. 580. — Laszowski Spomenici Turopolja I. 9.

356.

1249.

Stjepan ban ustanovljuje posjede u županiji podgorskoj.

Stephanus banus tocius Sclavonie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam harum serie presentibus et futuris volumus pervenire, quod dominus Bela illustris rex Hungarie dedit nobis in mandatis, ut vice et pro persona sua terras castri per totam Sclavoniam a tempore Colomani regis felicis memorie a castro alienatas iudicaremus et castro restitueremus terras, quas sciremus castri fuisse. Dum autem pervenissemus ad Podgoryam, tandem Alexander comes de Podgorya et omnes iobagiones castri et castrenses de Podgorya multas terras nomine castri a filiis et generacione Pryba impedierunt(!), unde nos tam per occultam inquisicionem a iobagionibus, quam per publicum examen iudicii, secundum quod a domino rege habebamus in mandatis, ex terris a filiis et a generacione Pryba reambulatis, quas scivimus fuisse castri, eas castro restituimus pleno iure; terras autem filiorum Pryba, quas comes Alexander unacum iobagionibus castri et castrensibus eis in pace nomine hereditario relinquerunt, personaliter reambulantes, nomina ac metas earum in tenorem presencium conscribi singillatim faciendo eis confirmavimus, presentibus Alexandro comite et iobagionibus castri et castrensibus, ac in nullo contradicentibus, ymo faventibus et consencientibus eisdem. Quarum quidem terrarum nomina et mete separatim subscribuntur: Prima igitur meta terre Chebden, que est Thome, incipit ab oriente iuxta fontem Dolych et tendit versus occidentem bona longitudine et venit ad arborem horozt, sub qua est meta terrea; hinc vadit in bono spacio et cadit ad rivulum Chebden et per eundem vadit bona quantitate et exit versus meridiem ad metam terream, de qua procedit ultra nemus et venit ad dumum piri, in quo est meta terrea, semper a sinistro terre Jastraburzca et terra · Zetane iobagionis castri remanente et ibidem cadit ad fontem Breznycha et per eundem vadit superius, ubi fluvius Dolych cadit in Breznycham et per Dolych revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Breznycha,

que est Prybe, incipit a meridie iuxta fontem Breznycha in arbore piri, hinc autem tendit versus orientem iuxta unam silvam, in qua idem Pryba est particeps, sicut aliquis ex commetaneis et vadit bona longitudine et cadit ad unum fluvium Glogonchiz, per quem vadit parum perveniens ad metas Thome, ubi cadit ad predictum fontem Breznycha, per quem revertitur ad metam priorem. Item prima meta terre Breznycha, que est eciam Prybe, incipit a meridie, ubi rivulus Brewenni cadit ad fontem Breznycha et vadit versus orientem iuxta eandem communem silvam, perveniens ad locum, ubi fluvius Chebden cadit ad Breznycham, per quem revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Chebden, que est filiorum Prybe, incipit ab oriente iuxta puteum Brewenni in meta terrea circa arborem keurus posita; hinc vero tendit versus occidentem per nemus bona longitudine perveniens ad fluvium Chorna mlaka, quem transiens pervenit ad arborem tilye, ubi est meta terrea; hinc venit versus aquilonem in veteri via, magna longitudine eundo declinat ad predictum Chorna mlaka, per quem vadit ad caput Chorna mlaka; inde procedit ad arborem scil et hinc venit ad viam, per quam vadit iuxta parvum nemus et transito fine unius iugeris cadit in aliam viam, in qua eundo pervenit ad metam terream; inde per eandem pervenit iterum ad metam terream positam iuxta tres arbores ilicis; hinc flectitur in medio dictarum arborum versus orientem, unius iugeris longitudine eundo declinat versus meridiem per minimam valliculam trium iugerum longitudine; inde vero vertitur versus occidentem quantitate unius iugeris, ubi cadit ad siccum potok, per quem vadit ad caput fontis Chebden, per quem vadit inferius versus meridiem magna longitudine et exit versus occidentem ad metam terream, de qua procedit ad arborem scyl; inde vadit ad metam priorem. Commetanei autem ipsius terre a parte occidentis sunt generaciones Cyvockoigi(!), a parte vero aquilonis et a parte orientalis forenses de Jaztraburzcka, et a meridie est Ztane iobagio castri. Item prima meta terre Reka, que est Thome, incipit a meridie ab uno molendino, ubi simul cadunt duo rivuli et vadunt superius iuxta unum eorundem nomine Scitnic ad aquilonem ad metam terream; hinc declinat versus occidentem et vadit superius de fine unius vinee super berz(!), ubi est meta super spina et hinc vadit inferius ad meridiem per eundem berz et declinat parum ad occidentem super fluvium et ibi est meta terrea sub arbore nucis, a parte aquilonis iobagionibus castri remanentibus; deinde declinat versus meridiem parum et cadit ad metam priorem. Item prima meta terre Molona, que est Zporconis, incipit a meridie in meta terrea iuxta rivulum Molona et tendit versus orientem ascendens in berz et pervenit ad verticem eius, ubi est meta terrea; inde tendit versus aquilonem in eodem berz magna longitudine perveniens ad metam

terream; hinc descendens tendit versus occidentem ad tres parvos fluvios et per medietatem dictorum fluviorum cadit ad rivulum Molona predictum, ubi semper a dextro iobagionibus castri et castrensibus remanentibus, per predictum autem fluvium Molona revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Cupuz dol, que est Zporconis, incipit ab oriente iuxta rivulum Molona; inde vadit versus occidentem super berz, in cuius vertice est meta terrea; inde progreditur versus aquilonem per dictum berch et itur longitudine trium iugerum; hinc autem reclinat versus orientem et descendit per berz ad nominatum rivulum, quem transiens cadit ad rivulum Cupuz; et inde tendit versus aquilonem per medium eiusdem rivuli et pervenit ad medium ville, ubi stat meta terrea; hinc autem venit versus orientem et vadit inter duas vineas perveniens ad arborem piri, que est pro meta et inde tendit versus meridiem per eundem berz bona longitudine et pervenit ad metam terream; inde descendit per berz versus occidentem et cadit ad rivulum predictum, per quem rivulum revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Duorchenicha que est Prybe, incipit ab oriente iuxta fluvium Duorchenicha, et ascendit versus occidentem in berz, in cuius vertice est meta terrea; inde vadit versus aquilonem in via longitudine duorum iugerum et pervenit ad unum monticulum, qui monticulus subest maiori monti; hinc descendens versus orientem directe cadit ad fluvium Duorchenicha; inde ascendit iuxta tres arbores nucum in berz, (ubi) est meta; hinc autem pergit versus meridiem duorum iugerum longitudine, ubi est meta terrea; hinc descendit directe in vallem versus rivulum prenotatum, quem transiens cadit ad metam priorem; ab aquilone autem commetanei sunt iobagiones castri, a meridie castrenses, ab occidente vero terra Zlatyna. Item prima meta terre Cherethez, que est Prybe, incipit ab aquilone iuxta viam sub uno monticulo et tendit versus orientem per berz in spacio duorum iugerum et flectitur versus occidentem et descendit de fine spinarum; inde per berz ascendit bona quantitate et venit ad frutices rubi; inde autem eundo pervenit ad culmen berz et descendens parum cadit ad metam priorem. Cuius terre quidem commetanei sunt castrenses ab oriente, ab occidente vero iacet terra Zlatyna. Item prima meta terre Drokaleuz, que est filiorum Prybe, incipit in uno monticulo ab oriente et tendit versus occidentem ad vallem unius iugeris longitudine et venit ad unum fluvium, per quem vadit versus aquilonem bona longitudine per vimina, perveniens ad caput unius putei; inde ascendit ad unum berz versus occidentem iuxta vineam Dragan, que est in sinistro, perveniens ad duas metas in berz positas et cadit ad viam, per quam vadit bona longitudine versus aquilonem et venit ad duas metas terreas iuxta vineam Bolimeri positas; inde

tendit versus occidentem eundo minime, cadit fontem Volaula, iuxta quem fontem sub arbore nucum est meta terrea, ubi transito fonte ascendit ad berz, in quo est meta; inde declinat ad meridiem duorum iugerum longitudine perveniens ad duas metas; hinc descendit ad fluvium Bukouz tendens; abhinc versus aquilonem per eundem fluvium superius venit ad villam, in cuius fine transiens exit de fluvio ascendens magnum montem pervenit ad viam lapidosam, per quam eundo nimia longitudine pervenit ad culmen montis Berzouch, semper a sinistro iobagionibus castri et castrensibus remanentibus; hinc autem tendit versus orientem eundo per eundem montem nimia longitudine descendens in superiori parte vallis Volaule venit ad magnum lapidem in vallem, ubi alie due valles cum eadem coniunguntur; inde vero ascendit ad montem, qui dicitur Tulzti verh eundo magna longitudine in sinistro terre Prybe empticia remanente; descendens in vallem et iterum ascendens sub monte Dragones(!) in cuius latere eundo bona longitudine venit ad semitam, per quam eundo versus meridiem magna longitudine in planicie accedit ad duas metas; inde vero descendit directe per parvam valliculam et vadit bono spacio in vallem ad vineam quandam, sub qua est vinea Prybe; et inde declinat ad aliam viam, que vadit iuxta predictam vineam longitudine duorum iugerum et dimidium et descendit per berz versus occidentem cadens ad parvum fluvium, per quem vadit inferius ad metas terre Zlatyna, iobagionibus castri in sinistro remanentibus; inde vero ascendit ad berz et parum eundo cadit iuxta vineas, ubi a sinistro terre Zlatyna est sibi commetanea, hinc pervenit ad Oztra gorycha, de qua parum iens venit ad priorem metam. Item prima meta terre Tuplyce, que est Prybe, incipit ab oriente, ubi fluvius Rascha cadit in Tuplycham et per ipsum Rascha vadit superius longitudine unius iugeris exiens declinat versus occidentem ad arborem nucum; inde vero ascendit ad Vidyna goricha, ubi est meta terrea; inde vadit in via versus aquilonem per spacium duorum iugerum, per berz descendens venit ad fluvium Rascha prenotatum, quem transit, inter multas arbores nucum versus aquilonem ascendens ad montem, in cuius vertice est meta terrea, in sinistro iobagiones castri habens commetaneos; hinc descendit ad unam vallulam et cadit ad viam veterem, per quam vadit in magno spacio ad rubeum lapidem; inde tendit versus orientem, perveniens ad metam terream descendit in superiori parte vinearum per metas transiens viam et venit ad aliam viam veterem, descendens in virgultum super berz et venit ad arborem piri, ubi est meta terrea, habens semper in sinistro iobagiones castri sibi commetaneos; hinc tendit versus meridiem et vadit per fluvium Tuplyca, usque quod cadit ad metam priorem. Item prima meta terre Ztopna, que est Zporconis, incipit ab oriente iuxta terream(!) ecclesie in

uno holm, in quo est meta terrea; inde tendit versus occidentem per eundem berz iens ad metam terream; hinc descendit ad unum rivulum nomine Ztopnic; eo transito ascendit ad berz, ubi est meta terrea; et descendit ad unam viam, ubi sinistra pars ecclesie remanebit; inde vero versus aquilonem tendit per eandem viam longitudine trium iugerum et venit ad unam vineam, ascendens in superiori fine vinee ad berz, ubi in sinistro iobagiones castri sunt commetanei; hinc vero descendit per eundem bercz(!) versus orientem et cadit ad viam, per quam vadit versus occidentem iuxta eundem bercz per longitudinem unius iugeris et pervenit ad fluvium Zlauatigy ad eundem bercz et inde vergit versus occidentem et per eundem dictum fluvium cadit ad fluvium Draguan dol, ubi in sinistro castrenses de Zlauatigy habens commetaneos; inde descendit versus aquilonem et vadit per eundem fluvium superius ad locum, ubi fluvius Ztopna cadit in fluvium Draguan dol et inter predictos fluvios exiens ascendit in bercz et vadit per longitudinem quatuor iugerum perveniens ad verticem eiusdem bercz, ubi est meta terrea; inde tendit versus orientem et descendit ad predictum fluvium Ztopna et transito fluvio ascendit unum bercz et cadit ad viam, que est in vertice eiusdem bercz, in sinistro iobagionibus castri remanentibus; inde pergit versus meridiem per eandem viam bona longitudine et revertitur ad metam priorem. Item prima meta terre Draguan dol, que est Hulmoconis, incipit ab aquilone in capite unius putei, qui vocatur puteus vallis Draguani; hinc vero tendit versus meridiem et vadit per cursum aque eiusdem putei et pervenit ubi cadit alter fluvius ad aquam ipsius putei, in dextro terra castri remanente; hinc declinat versus aquilonem et vadit iuxta terram Sporconis et ascendit super bercz et venit ad terream metam predicti Sporconis; hinc procedit ad metam terream; hinc ascendit ad unum rotundum lapidosum monticulum; inde descendit ad unam planiciem et ascendit alium similem monticulum et hinc descendit magnum montem et pervenit ad metam terream, a dextro autem iobagionibus castri remanentibus; inde vero tendit versus occidentem et vadit per eundem montem et pervenit ad albam viam et eandem transeundo venit ad vallem strictam, per quam descendit ad priorem metam. Item prima meta terre Brebrouch, que est Wlcomeri, incipit ab aquilone, ubi descendit fluvius Brebrohcouch; hinc ascendit ad montem versus orientem et pervenit ad villam Sclavetichi, et vadit versus meridiem et pervenit ante villam predictam, ubi est meta terrea inde progreditur et vadit ad unam vineam, ubi est meta terrea; hinc autem vadit ad rivulum Puchechych, per quem vadit et cadit ad fontem Brebrouch, habens in sinistro castrenses de Sclauethych(!) sibi commetaneos; inde vero tendit versus meridiem per eundem fontem in spacio duorum iugerum; et hinc

vertitur versus orientem et ascendit unum bercz, per quem flectitur versus meridiem et pervenit ad arborem scylffa, habendo castrenses de Sclaveticzy (!) sibi commetaneos in parte sinistra; dehinc vadit versus meridiem per spacium duorum iugerum, ubi est meta terrea; hinc autem vadit versus occidentem per fluvium, per quem eundo cadit ad fontem Brebroucz, ubi in sinistro iobagiones castri assumpmendo sibi commetaneos; hinc autem progreditur versus aquilonem per ipsum fontem et pervenit ad rivulum Sclepchacz; inde exit de Brebrouch et incipit ire per rivulum Sclepchac usque ad caput Sclepchac; inde autem ascendit magnum montem perveniens ad verticem eius, tenendo adhuc in sinistro iobagiones castri sibi commetaneos; dehinc descendit ad rivulum Oblazni, inde per eundem fluvium vadit superius per spacium aliquantitulum(!), et ibi vertitur versus orientem ad unam vallem, per quam ascendit ad predictum montem et pertransit ipsum montem et descendit ad metam priorem. Item prima meta terre Grabrounicz, que est Borconis cum generacione sua, incipit ab aquilone, ubi fons Zebin cadit ad limfam Cupchina; hinc ascendit ad unum montem Coztanehuc vocatum; inde vadit versus orientem per unum bercz inter duas vineas pervenit ad locum, ubi dextra pars generacioni Craysig remanebit, sinistra vero Borconi et generacioni sue; inde vadit per eundem bercz et pervenit ad metam terream, ubi iam versus meridiem vertitur et descendit ad predictam limfam Cupchina et transiens eam ascendit in montem, in cuius vertice est arbor ilicis et meta terrea; inde progreditur versus occidentem et descendit ad caput unius rivuli, per quem rivulum eundo cadit ad Cupchinam prenotatam, ubi iam dextra pars pertinet generacioni Craisyg, sinistro vero Borconi cum sua generacione. Item prima meta terre Buchwicha, que est Borconis, incipit ab occidente, ubi rivulus Chermosni cadit ad fontem Buchouicha; inde vero tendit versus orientem superius in predicto rivulo Chermosni et pervenit ad caput ipsius Cherimosni(!) inde ascendit ad unum bercz, ubi est meta terrea, ibique in sinistro iobagiones castri sunt commetanei; dehinc autem tendit versus meridiem in bercz ad metam terream; abhinc ascendit per bercz et pervenit ad ilicem et ibi est meta terrea a sinistra parte generacioni Craisyg remanente; inde vadit versus occidentem per vallem, per quam cadit ad fontem Bucouycha prenotatum. Item prima meta terre Prichawini, que est Borconis, incipit a meridie ubi fluvius Scenny cadit ad fontem Prichayn; inde progreditur versus occidentem superius in dicto Prichayn, et vadit bona longitudine et exit ubi cadit unus fluvius ad eundem fontem; inde vadit longitudine unius iugeris et pervenit ad tres arbores piri, habens semper a sinistro generacionem Craysig sibi commetaneam; inde vero progreditur versus aquilonem per spacium unius iugeri et

pervenit ad predictum fontem Prichayn, quem transiens progreditur versus orientem et vadit de fine unius monticuli; et inde tendit ad rivulum Scirobotay in sinistro iobagiones castri sibi assumpmendo commetaneos; hinc autem transiens ipsum fontem vadit versus orientem et ascendit ad primum bercz; et inde descendit ad duas arbores piri et cadit ad predictum fontem Scenny; et per ipsum fontem revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre insule Putey (que est Racye) incipit a frontice Keryus, in quo est meta terrea ab occidente; inde tendit versus orientem et pervenit ad portum Cupchyne et transeundo portum venit ad metam terream; inde vadit per cursum Putey et pervenit ad caput eiusdem Putei, ubi est meta terrea; inde ascendit ad unam arborem nyrffa vocatam, ubi est meta terrea; hinc descendit ad unum fluvium nomine Coztaneuch et eo transito intrat ad unam parvam vallem et per eandem vallem ascendit ad viam, per quam tendit versus meridiem quantitate unius iugeris et pervenit ubi due vie ad modum crucis bifurcantur, ubi in dextro generacionem Craysig assumpmit sibi commetaneam; inde descendit ad caput unius fluvii versus orientem et per eundem fluvium cadit ad fontem Brebroucz; inde tendit versus aquilonem per eundem dictum fontem vadit per spacium duorum iugerum et pervenit ad locum pontis Wlconis, ubi cadit parvus rivulus ad prefatum fontem, per quem vadit versus occidentem superius ad caput eiusdem rivuli, dequo ascendens tr(ansit) . . . . . .; post hec vero descendit ad fluvium Cozteneucz(!) quem transiens ascendit ad bercz; hinc transit viam et descendit ad planiciem vallis et per eandem cadit ad antedictam lymfam Cupchyne, ubi a dextro iobagiones castri sunt commetanei et transeundo lymfam Cupchyne cadit ad unum parvum siccum potok eiusdem Cupchyne et per eundem revertitur ad metam priorem. Item prima meta terre Dragos que est iuxta Cupchynam, incipit ab occidente in arbore egur et vadit ad viam bona longitudine et pervenit ad metam terream; ab hinc vadit directe per virgultum longitudine duorum iugerum et dimidii et descendit ad rivulum siccum deinde ascendit ad orientem et cadit ad viam, que bifurcatur ad modum crucis, ubi est meta terrea a parte aquilonis, in sinistro castrensibus remanentibus, a dextro vero est terra Dragos. Item prima meta terre Cheresneuch, que est Borconis, incipit a meridie ubi rivulus Cheresneuch cadit ad aquam Culpa; inde progreditur versus aquilonem per eundem rivulum et vadit bona longitudine et exit ad unam vallem et per eandem vallem vadit et ascendit super bercz, in eodemque bercz est arbor ilicis, ubi est meta terrea et ascendit ad verticem bercz, ubi est meta terrea et ibi a sinistro commetanei sunt iobagiones castri; hinc tendit versus orientem et descendit ad unum fontem nomine Scelny et

vadit per eundem fontem ad predictam aquam Culpe(!) per quam revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre indaginis Budina, que est Racie, incipit ab oriente ubi fons nomine Brebrouch cadit ad aquam Cupchyna, transit eandem aquam et inde tendit versus aquilonem dimidium iugeris longitudine et pervenit ad arborem nar, ubi est meta terrea hinc progreditur versus occidentem et vadit ultra silvam et pervenit ad unum fontem, qui vocatur Prichayni et transit eundem et ibi est meta terrea; inde vadit per campum, in medio eiusdem campi venit ad metam terream; inde vadit et cadit ad unum lacum, qui dicitur Mlaca; hinc ascendit super bercz et pervenit ad tres arbores fagi et super easdem sunt signa crucis et inde ascendit ad verticem eiusdem et pervenit ad arborem ilicis, ubi est meta terrea; inde descendit ad cursum unius putei et transit eundem et ascendit in bercz; hinc descendit ad unum rivulum nomine Trezteni, transeundo eundem ascendit et pervenit ad viam publicam, iuxta quam est meta terrea in arbore ilicis, ubi in sinistro sunt iobagiones castri; inde tendit versus aquilonem per eandem viam in bono spacio et pervenit ad indaginem Budyna, ubi in sinistro Merco est sibi commetâneus; inde vadit per eandem viam longitudine duorum iugerum et pervenit ad unum rotundum lapidem, super quo est meta terrea; hinc procedit in eadem via per spacium trium iugerum et pervenit ad arborem quercus, ubi est meta terrea; hinc transit viam, et transit versus orientem, et procedit ad foveam, que vocatur Rupa, per quam cadit ad antedictum fontem Prichayni et transit fontem ad arborem ilicis, ubi est meta terrea; hinc pertransit unam silvam, que vocatur Jalezi et pervenit ad unum parvum fluvium, quem transit et in stricto loco cadit ad aquam Cupchyna, ubi a sinistro generacio Craysig est commetanea; inde per Cupchynam revertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Machicin, que est Thome, incipit in duabus arboribus nyr et horozt nominatis, circa quas due vie simul coniunguntur et vadit parum in una earundem viarum et pervenit ad unum horozt, in quo est signum crucis; hinc vadit in fovea, in qua procedit siccus fluvius et per eundem siccum fluvium vadit magna longitudine et pervenit ad fluvium Machicum, ubi in sinistro Hyrechik iobagio castri est commetaneus, a dextro vero est terra Thome antedicti; hinc in dicto fluvio vadit ad silvam in qua idem Thomas est particeps, iuxta quam pergit versus aquilonem bona longitudine ad duos fluvios, quorum unus est circa alterum Orehouz nominatum; dehinc per ipsum fluvium ascendit in valle, ubi commetanei sunt Bogdai et generacio Marcus, a parte Beruen; et exiens de valle cadit in viam, per quam revertitur ad metam priorem. Ut autem huius inquisicionis et confirmacionis series irretractabilis consistat, litteras nostras ad peticionem parcium concessimus, sigilli

nostri munimine roboratas. Anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono.

Iz izvornog prijepisa kaptola čazmanskoga, izdanoga »in festo ascensionis domini« 1421., što ga mole »Georgius filius Nicolai filii Stephani de Pribych in sua nec non eiusdem Nicolai patris ac Pauli, Nicolai et Stephani fratrum suorum carnalium nominibus« u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: DL, 340. (Stara sign. N R A fasc. 330. no. 30.)

Wenzel Cod. dipl. Arpad. VII. p. 290—300.

357.

1249.

Stjepan ban potvrdjuje prodaju zemlje izmedju Babonića i Vukodraga u županiji dubičkoj.

Nos Stephanus banus totius Sclavonie significamus omnibus presentium notitiam habituris, quod constituti in nostra presentia Baboneg comes a parte una et Wlkodrug filius Abrahe cum generatione sua, videlicet cum filio Kumyk Moydrug nomine et Dobromerio Wlkdrug prenominatus protestatus est quandam terram suam hereditariam Polana vocatam iuxta fluvium Zaua sitam, in comitatu Dubicensi existentem Babonig comiti superius nominato pro centum et quinquaginta pensis plene ab eodem receptis vendidisse. Cuius terre mete, sicut a commetaneis cognovimus et etiam in litera Petri comitis Tymisiensis inspeximus contineri, in hunc modum distinguntur: incipit igitur prima meta terre illius in Coysin Zdenech vocati et per eundem directe vadit in fluvium Voyzka dictum et per eundem transeundo cadit in locum, qui dicitur Biaholbo, inde per eundem fluvium Voyzka progrediendo cadit in Jezenoua, deinde directe vadit per eandem Voyzka et venit in Verhy et infra transeundo per dictum fluvium Voyzka vadit ad Konzky strug, inde tendit per eundem fluvium Voyzka in locum, qui dicitur Wlchya et per eundem fluvium Wlchiam sepefatum directe tendit in fluvium Wn, et per eundem fluvium Wn vocatum vadit in fluvium Zaua appellatum et per eundem vero fluvium Zaua vadit infra ad aquam Alsewnicha nominatam et per dictam Alsewnicham transit supra ad quendam(!) lutum quod appellatur Temechech, deinde vadit per eandem prenominatam Alsewnicha supra in Meduegak, inde vadit per Dolbokam que nominatur Kneya et venit supra ad montem, ubi est Kalyssche, et per eundem montem vadit per viam publicam venit in Cerlemhkart, deinde per eundem Cerlemhkart eundo pervenit ad priorem metam Kossyn

Zdenech fatam, ibique dicte mete coniungendo terminantur. Ut igitur huius cause series inconcussa permaneat, ad petitionem partium literas presentes duximus conferendas sigillo nostro roboratas. Datum anno ab incarnatione verbi M. CC. quatringentesimo (= quadragesimo) nono.

Thallóczy-Barabás Cod. Blag. 11—12. — Fejér VII. 4, 102. — Kukuljević Reg. br. 408 (1241), 577 (1249).

358.

1249.

Stjepan ban vraća nekim Turopoljcima šumu koju im je oteo Ivan sin Jaroslavljev.

Nos Stephanus banus tocius Sclauonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod iobagionibus castri Zagrabiensis a parte una et Ioan filio Iruzlay et cognatis suis ab altera coram nobis constitutis, iobagiones castri dicebant memorati, quod ipsi Ioan ac cognati sui in siluam eorum uiolenter intrantes porcos in eadem pasci facerent suos contra ipsorum uoluntatem. Ad quod Ioan cum cognatis eius quicquam non respondentes, sed ipsam siluam nomine ipsorum iobagionum castri pacifice eisdem relinquerunt, quam modo aduc(!) per pristaldos nostros Arnoldum videlicet et Iurconem filium Orcun de Blena eisdem fecimus restitui et assignari sub hys distinctionibus, prout pristaldi retulerunt: uidelicet fluuius Ruocha diuidit eam de terra nobilium de Monozlo, item de Ruocha transit meta eius per medium Odre ad arborem populeam, inde iuxta Odra superius transiens cadit in fluuium Leckennuc, inde autem per Lekennuc(!) superius transiens exit ad aquam Obonyn, inde de Obonyn exit et uadit ad lutum Mortoyz nomine, inde de Mortoyz exit et uadit ad uiam Losnek, inde per illam uiam cadit in aquam Buna, per Bunam autem uadit superius et venit ad terram Mrascyn uocatam, inde cadit in aquam Oudina, ueniendo inferius cadit in fluuium Odra, per Odram autem uenit inferius, exit ad aquam Rybniza, inde autem vadit superius et peruenit ad caput putei Zdency uocati, inde uenit ad Zaua, ubi est ylex Veyza uocata, inde per Zaua transiens uenit metam ad priorem Ruocha nominatam. Ita tamen quod illa silua pertinet solummodo ad iobagiones castri nomine iuris ipsorum, nobiles autem non habent ibi aliquam porcionem, nec illi habent porcionem ibi, qui sunt de genere seruientum

regis. Vt autem huius rei series salua sit, litteras nostras concessimus in amplioris fidei firmamentum. Anno salutis M°.CC°.XL°.IX°.

Original s dobro sačuvanim pečatom na modroj svilenoj vrvci u arkivu općine turopoljske.

Laszowski Povj. spom. turopoljski I., 8.

359.

1249.

Pred zagrebačkim kaptolom prodaje Farkaš sin Isov Petru sinu Jakše bana i braći njegovoj svoju djedovinu Raven.

Vniuersum Zagrabiensis ecclesie capitulum omnibus tam presentibus quam posteris presentem paginam inspecturis salutem in actore salutis. Vniuersorum noticie presentibus uolumus innotescere, quod accedens ad nostram presenciam Farcasius filius Ysov ex una parte et Petrus filius Yaxe bani una cum fratribus suis, uidelicet Georgio et Ynk, filiis Ysaak ex altera, confessus est predictus F(arcasius) coram nobis terram suam hereditariam nomine Raun de consensu et beneplacito cognatorum et propinquorum ac commetaneorum suorum predicto P(etro) pro sexaginta marcis uendidisse totamque pecunie quantitatem plenarie ab eodem recepisse, que uidelicet uendicio tempore prefati Jaxe bani inchoata a prenominato P(etro) herede eiusdem plenaria solucione est terminata. Cuius terre prima meta inchoatur a ponte ab oriente et tendit uersus partem meridionalem, que protenditur iuxta terram Hemerici, ascendendo superius ad montem ubi uie sunt ad modum crucis et ibi est meta terrea sub quercu, per quam uiam ad modum crucis directam separantur termini terre Hemerici et episcopi et inde itur per quandam uiam ueterem et contiguatur terre episcopi et per eandem uiam itur uersus occidentem et cadit in aquam Keminchicah iuxta arborem ylicis, ubi est meta terrea; et per eandem aquam ascendit superius ad terminos filiorum Togahe, ubi est meta terrea sub arbore pomi; et inde uadit ad orientalem partem per nemus, de quo exeundo itur ad arborem que wulgo gyrtanfa dicitur, sub qua est meta terrea, de qua arbore (tendit) ad montem usque ad quandam uiam et ibi est meta terrea sub arbore ylicis; hinc per quandam ueterem uiam ascendit in montem ad uiam episcopi, licet in qua uia episcopi est meta antiqua sub quercu et inde tendit superius per uiam episcopi iuxta terminos filiorum Thogahe et ibi superius exit ad ueterem uiam, ubi est meta terrea; inde egreditur ad orientem usque ad aquam

Tetrench nomine, iuxta quam ascendit superius et exit ad uiam orientalem ascendendo ad montem, in quo est meta terrea et descendit inferius iuxta terminos filiorum Radilo; hinc exit ad montem iuxta domum filii Raduzlo, ubi est meta terrea et uadit per metam ueterem et cadit in pontem Lezcoyc, hinc descendit inferius iuxta terram filii Boris ad arborem nomine populus, de qua arbore ascendit ad montem ad occidentalem partem, in quo monte est arbor tilie, de qua arbore declinat ad aliam arborem nomine populus, ubi descendit in piscinam, que piscina cadit in fluuium Razisse et tendit superius per fluuium, de quo peruenitur ad pontem, ponte transacto uadit ad occidentem per ueterem uiam, per quam exeundo parum uenit ad arborem eruli, de qua uadit ad occidentem ad arborem nemorosam et parum protenditur et cadit in paruum nemus et eundo per paruum nemus iterum cadit in aquam Tetrench et descendit inferius per Tetrench et reuertitur ad metam priorem. Vt igitur hec que coram nobis acta sunt et legitime terminata, in posterum in(uio)labiliter perseuerent memorie perempniter occurendo, ad peticionem F(arcasii) et P(etri) antedictorum presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini millesimo CC⁰ XL⁰ nono. Datum per manus magistri Michaelis lectoris Zagrabiensis, uenerabili patre dei gracia Philippo episcopo Zagrabiensi, existente Phileto preposito, Petro archidiacono, Gregorio custode, Andrea cantore eiusdem loci, Cornelio de Dobicah, Petro de Kemluc, Paulo de Guercah archidiaconis existentibus.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu. Pečat, koji je visio na izpravi izgubljen je zajedno s vrvcom.

360.

1249.

Andrija humski i sinovi mu obećaju, da će čuvati prijateljstvo s Dubrovnikom.

Вь име ѡтьца и сына и светаго дꙋха. Ѣ кнезь вели хльмьски Аньдрѣи с моими сыньми жꙋпаномь Богданомь и сь жꙋпаномь Радославомь и сь моими властелы, ки соу здѣ подьписани, кльнемо се кнезоу доуброкьчкомоу Ѣковоу Дльфиноу и властелемь доуброкьчкимь и всѣи ѡбкинѣ градьской ꙋ господина бога и ꙋ свето еваньгелие и ꙋ чьстьны и животкорещи крьсть господьнь и ꙋ .ТИI. светыхь ѡтьць иже ꙋ Никеи, да имамо мирь с вами

ѹ вѣки, каво соѹ имали и наши старѣии сь вашими старѣшими ѹ стары законь, да вы є ѡтворена наша земла ѡ всѣхь вашихь печалехь, и да си идоѹ Доѹбровчане по нашѣи земли сь своимь добыткомь и сь своими рѣчми, спасени боѹдоѹ стоеке, приидоѹке, поидоѹке, а правина да есть; а вашь чловѣкь, ки приде ѹ нашѹ землю неколовь, комоѹ є исвана правина и неиспльнена боѹде, да стане и да ѹчини правиноѹ. Ако ли приде такь чловѣкь, комоѹ не искана правина, да мѹ се не ѹзме ни тьнькь коньць, докоѹ поиде ѹ своє мѣсто, и тамо да ѹчини правиноѹ. По том и да не придемо на вась с вашимь врагомь. А дь се нѣкоѣ кривина меѣѹ нами ѹчини, да се сь правиновь исправи ѹ стары законь, а мирь да се не роѹши. Си сѹ Хльмлане, кои се клеше: Хрелко Растимирикь, Добровить Радовчикь, Хрела Стѣпковикь, Ѡдоѹмысль и Стрѣзимирь Адамовика, Чепрьна Ѡсилкь, Хранислaвь Прькославикь, Бигрѣнь Мрьѣнкь, Добромысль Побратовикь, Десѣнь Бериевоевикь, Радовaн Прикыдроѹжикь, Хрела Десавчикь, Прибѣнь Ꙁлошевикь, Ѳома Чоѹпетикь, Гальць Вльксaникь, Хрела Хранидроѹжикь, Прѣдиславь Вльмирикь, Воимирь Вльктикь, Богдань Добромирикь, Хрьватинь Тоѹрбикь, Прьвославь Проданьчикь, Братиславь Вльковикь, Берко Радоваикь. Ако ли сие прѣстоѹпимо, да ны богь сьпие и света водородица и вси свети.

† Крьсть кнеза Андрѣа.

Miklosich Mon. Serb. 34—35. br. 40. — Kukuljević Reg. br. 578.

361.

1250, 12. januara. U Zadru.

Drugi nešto preinačeni testamenat Šimuše žene Mihe Hahie.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis ianuarii, die duodecimo intrante, indictione octava, Jadre. Cum uite sue terminum quisque prorogari ignoret et nichil cercius habeamus, quam quod mortis non possimus evitare discrimen, recte cuique imminet precavendum, ne in oculto occumbat et sua inordinata et indisposita derelinquat. Idcirco ego quidem Scimusa uxor Miche Hachie de Jadra, infirmitate grauata, volens quod premisum est euitare, feci itaque ad me uocari Petrum

Schandolarium presbiterum et notarium rogauique eum, ut hoc meum scriberet testamentum, in quo meos fidei comissarios esse constituo Paulum Lampredium, tunc temporis iudicem et Prestantium Madii Cotopagni. similiter tunc temporis aduocatum et Micham Hachie predictum uirum meum et dominum Pribam Maldenarium, qui tamen utentur in omnibus consilio fratris Andree confessoris nostri de ordine fratrum Predicatorum, si presens fuerit, si autem presens non fuerit, de consilio fratrum eiusdem ordinis de conuentu Jadrensi et secundum quod ipse uel ipsi ordinauerunt, teneantur facere. Primo itaque dimitto pro anima mea monasterio sancti Damiani de Monte totam meam terram Tuclizani, secundum quod continetur in una manifesta carta facta hoc suprascripto anno, mense nouembri, per suprascriptam indictionem et cetera, ut in ea legitur, quam eidem monasterio fieri feci per manum notarii infrascripti. Item dimitto predicto uiro et comissario meo meam terram Gyliani et totum olei positum uersus domum condam Johannis de Lipa. Item terram meam de Berda et domum supra mare positam uersus portum juxta domum Viti Figazoli suprascriptis meis comissariis dimitto ad faciendum de eadem terra et domo totum bonum, quod ipsi poterunt pro anima mea et animabus omnium meorum defunctorum secundum eorum discrecionem cum consensu et uoluntate predicti fratris Andree, ut supradictum est. Item uineam meam positam super maceras juxta uineam Viti Moruize, cum omnibus suis pertinenciis statim post mortem meam dimitto pro anima mea fratribus Predicatoribus possidendam siue uendendam, alienandam, uel quicquid de ea facere uoluerint ordinandam, apud quos etiam sepulturam eligo. Si uero predictus Micha meus uir et comissarius lectum possidere uoluerit, habeat in sua uita et possideat domum supra mare et terram de Berda, nec habeat potestatem uendendi siue donandi, sed statim post mortem suam reddeat (!) ad manus comissariorum meorum, ut ipsi ordinent de eis pro anima mea meorumque defunctorum, secundum consilium fratrum supradictorum. Et sic hoc meum testamentum firmum adjudico esse imperpetuum. Actum est hoc et confirmatum coram vocatis et rogatis testibus, scilicet Dimino de Rigale et Micha Sapalino.

(Signum notarii.) Ego Petrus Scandolarius presbiter sancti Appollinaris Jadrensis notarius, hiis predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio sv. Dominika br. 2269.

362.

1250, 20. februara. U Zadru.

Marija Ursova priznaje, da je primila od Prvice kćeri Sladinove vinograd dozvolom nadstojnice samostana sv. Marije.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mensis februarii, die nono exeunte, indicione octaua, Jadre, temporibus equidem domini Marini Mauroceni incliti ducis Venecie et magistri Laurencii venerabilis Jadrensis archielecti, ac Stephani Justini egregii comitis. Ego Maria Ursi fateor per hoc presens scriptum, quia de licencia et uoluntate domine Dabra[çe] abbatisse sancte Marie monialium ac sororum suarum monialium et Marci plebani sancte Marie [ma]ioris eorum aduocati, tu Paruiça filia Sladin cum tuis heredibus dedisti, donasti siue transactasti mihi et heredibus meis unam tuam uineam plantatam in terra suprascripti monasterii in Bibano positam iuxta pastinos Dragoslaui et Radichne taliter, quod, dum ipsam habuero et ex ea fructum extrahere potero, dabo predicto monasterio per me et heredes meos decimum modium uini de Tina hic in ciuitate; de oleo quidem et omni alio fructu ex ea habito tam de recenti quam de sicco decimam partem sibi dabo; et si de aliquo fructu ex ea habito uendidero, decimum denarium ei pacabo; et si ficus recentes ex ea habitas domum portauero ad comedendum, ipsas habebo cum dei benedictione; si autem peccato suadente contra iusticiam de sua racione in fraude reperta fuero, coram aduocatore monasterii placitum faciam, et si tunc culpabilis inuenta fuero, sex perperos monasterio per[soluam]. Dedisti igitur mihi suprascriptam uineam cum omni sua longitudine et latitudine cum ingressibus et egressibus, cum omnibus suis terminis et pertinenciis et terris ad eam pertinentibus; et si aliqua necessitate uel alia causa dictas uites uendere uoluero, primo debeo domine abbatisse et eius sororibus monialibus uendicionem declarare; et si abbatissa uoluerit eas emere, dando mihi quod ab uno et ab alio habere potero, sibi et non alii homini ipsas dabo; et si contra illas emere noluerit, licitum est mihi ipsas uendere cuicumque uoluero, preterquam domui religionis uel alio loco deo dedicato, saluo semper omni iure suprascripti monasterii, ut predictum est, uerum tamen suprascripto monasterio sancte Marie potero eas quocumque modo uoluero alienare Ob quam donacionem ego tibi perfecte appacaui duodecim perperos et decem et septem solidos Venecie. Unde tu suprascripta Paruiça cum heredibus tuis debes mihi Marie et heredibus meis discalumpniare et defensare suprascriptam uineam ab omni

homine super te et omnia tua bona. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis uocatis et rogatis testibus: Vito sartore et Nicholao Greco calegario. Ego Micha de Lemeso examinator manum meam misi.

Ego Guillelmus Pauper Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. — Nu hrptu suvremena bilj.: »de Bibano«.

363.

1250. mjeseca februara.

Farkaš prepošt pečujski potvrdjuje Enudi, da je primila svoj miraz.

Farchasius Quinqueecclesiensis prepositus totumque eiusdem loci capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Domina Enud, quondam filia Theodory, relicta Thome, quondam filii Budur, nostra confessa est in presencia, quod vir nobilis Budur, quondam filius Budur, Garab et Demetrius, fratres uterini, filii Pethka, fratris ipsius Budur, ibidem presentes, de genere Thybold, super dote sua et rebus secum transportatis satisfecerunt eidem LX. marcas de argento nostra in presencia persolventes, ita videlicet, quod nec ipsa domina, nec alius quispiam sibi quocumque gradu cognacionis atinens dotem illam et res transportatas de cetero poterit reclamare. Quod ut ratum et firmum permaneat, ad ipsius domıne preces litteras presentes sigilli nostri munimine roboratas conscribi fecimus, conferentes easdem predictis Budur, Garab et Demetrio in supradicte satisfaccionis testimonium et munimen. Datum per manus magistri Petri lectoris Quinqueecclesiensis. Anno gracie MCC quinquagesimo, mense februario. Yurkone cantore, Theodoro custode, Wencezlao decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus.

Original s kojega visi crveno-zelena svilena vrvca bez pečata. U ark. jugosl. akademiji. Sumnjamo o tom, da li spada na nas. Da ju ipak uzmemo sklonulo nas je samo to, što ju je Kukuljević našao u Hrvatskoj i u svoju zbirku unesao.

364.

1250, 1. maja. U Lyonu.

Sudovi o raspri izmedju dubrovačke i barske nadbiskupije.

Omnibus presentes litteras inspecturis magister Guillelmus Parmensis, domini pape capellanus, ac eiusdem contradictarum auditor, salutem in domino. Noueritis, quod cum Petrus de Assissis clericus procurator venerabilis patris . . . archiepiscopi Antibarensis pro ipso impetrasset litteras apostolicas sub hiis formis:

(Slijedi apošt. pismo pape Inocencija IV. od god. 1250. 22. aprila: kako gradjani barski otimlju dobra crkve barske).

Item:

(Slijedi apošt. pismo od istoga pape i istog datuma: biskupima ulčinskomu i svačkomu, neka ne dopuštaju trgati dobra barske nadbiskupije).

Item:

(Slijedi apošt. pismo od istoga pape i od istoga datuma: kori svećenstvo barske nadbiskupije radi nasilja i prolijevanja krvi).

Eisdem litteris Leonardus de Teruisio procurator venerabilis patris (Johannis) archiepiscopi Ragusini pro ipso in audiencia publica contradixit, quas tandem ea contradiccione absoluit, quod nullum honori Ragusine ecclesie nec super questione que comittitur in sede apostolica inter Ragusinam et Antibarensem super Antibarensi et quibusdam aliis ecclesiis cathedralibus, quas idem Ragusinus dicit sibi iure metropolitico esse subiectas, nec Ragusino super eo, quod Antibarensis vocet se archiepiscopum, per predictas litteras preiudicium generetur, quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Datum Lugduni kalendis maii, pontificatus domini Innocencii pape IIII. anno septimo.

Original u dubrovačkom arkivu. I spomenuta tri pisma u originalu u istom arkivu. Mi ih ne priopćismo, jer se tiču samo nadbiskupije barske, koja u naš zbornik ulazi samo u odnošajima prema Dubrovniku. — Bullarium Ragusinum 403—4 ima bilješku: »Pendet sigillum aereum«. — Farlati: Illyricum sacrum VI. 102—103. — Kukuljević Reg. no. 601 (krivo stavio u g. 1251.)

*

365.

1250, 23. maja. U Lyonu.

Inocencije IV. papa zove k sebi na sud biskupe, koje nadbiskup dubrovački smatra za svoje sufragane.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri (Salvio) episcopo Tribuniensi salutem et apostolicam benediccionem. Venerabilis frater noster archiepiscopus Ragusinus in nostra proposuit presencia constitutus, quod uacante olim Antibarensi ecclesia sibi metropolitico iure subiecta, ipsius capitulum fratrem Joannem de ordine Predicatorum sibi in pontificem eligentes ac contempnentes ipsum sibi confirmandum ab ipso, prout ad eum pertinet, presemptare, ad nostram presenciam accesserunt, cuius per nos eleccione cassata iusticia exigente sugesto nobis ex parte ipsius capituli, quod metropolitana sedes dicta antibarensis ecclesia existebat, obtinuerunt eidem ecclesie de fratre Joanne de ordine minorum, cui consecracionis munus impendimus per sedem apostolicam prouideri, qui non solum eidem archiepiscopo obedire uerum eciam ceteros ecclesie Ragusine suffraganeos regis Seruie, ritus ut dicitur Grecorum, tenentes fauore suffultus sue dicioni subiecit. Qui dicti suffraganei sue non memores, set obliti salutis ab obediencia Ragusine ecclesie temere recedentes, obediunt et intendunt in animarum suarum periculum, scandalum plurimorum ac ipsius et ecclesie Ragusine non modicum preiudicium et grauamen. Propter quod personaliter ad apostolicam sedem laborans postulauit instanter, ut sibi super hyis exhiberemus iusticie complementum. Nolentes igitur eiusdem archiepiscopi et ecclesie sue grauamen indebitum sustinere, sicut eciam nec debemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis dicto Antibarensi et Bosnensi, Buduanensi, Dulcianiensi, Suacensi, Scodrinensi, Driuastensi et Polatensi episcopis, prefigas eisdem et iam dicto archiepiscopo Ragusino a die citacionis terminum octo mensium, quo per se uel per procuratores ydoneos cum actis, priuilegiis et munimentis, iuribus et racionibus omnibus causam ipsam contingentibus nostro se conspectui representent, facture ac recepture, quod ordo dictauerit racionis. Data Lugduni decimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Original u dubrovačkom arkivu. Papinski pečat dobro sačuvan. (Zbirka saec. XIII.)

Farlati Illyr. sacrum. VI. 102. — Kukuljević Reg. no. 585.

366.

1250, (1486), 24. juna. U Gjuru.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Filipu biskupu zagrebačkomu posjed Zolona.

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. per litterarum sentencionalium, *(t. j. koju je donio Orszaghi Guth Mihajlo 1483. 13. januara),* adtunc pro parte egregii Nicolai Hoghmas de Berekzo et prefati condam Johannis de Zenthgyrolt emanatum etc. *(u kojoj je Valentinus castellanus castri Zenthgyrolth u ime Ivana Zenthgyrolthskoga pokazao više listina, medju njima tri listine Bele IV.; prvu od g. 1248. vidi br. 327.; a druge dvije, kako ovdje slijede):*

Secunda autem et tercia ipsarum eiusdem condam domini Bele regis littere similiter privilegiales, sigillo eiusdem autentico et dupplici similiter impendenti vallate, ambe earum sub uno sensu et forma verborum ac eodem anno, scilicet anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo, nono kalendis iulii, regni autem sui quintodecimo, Geurini privilegialiter emanate, inter cetera declarabant, quod idem dominus Bela rex volens quandam possessionem nomine Zolonna, quam a castro Zaladiensi condam exemptam inclite recordacionis pater ipsius domini Bele regis Ywachino tunc comiti Schybiniensi bone memorie filio comitis Geche pro suis multiplicibus serviciis regalis privilegii patrocinio donaverat, filiis et universis eiusdem heredibus immobiliter conservandam, propter que quidem servicia ipsius Iwachini comitis alte memorie pater dicti domini Bele regis eidem Iwachino et suis heredibus heredumque suorum successoribus dictam possessionem Zolonna in ius perpetuum contulerat et donaverat regali privilegio confirmando; tractu siquidem temporis cum idem dominus Bela rex de eiusdem patris sui licencia donaciones suas, que perpetuitates vocabantur, revocaret, hec sua donacio in iudicium deducta respectu serviciorum predicti Iwachini comitis, qui tunc iam decesserat, apud filios suos illibata permansisset. Verum inclite memorie Andrea rege rebus humanis excepto, eodemque domino Bela rege corona regni per successionem hereditariam divina disposicione adipiscente, idem omnes perpetuitates per totum regnum suum validiore manu cepisset revocare, tanquam per quas corone sue extiterat non modicum derogamen. Et licet tunc eciam intendisset idem dominus Bela rex hanc donacionem patris sui non recipere a filiis comitis Iwachini pro patris eorum eminentibus serviciis digne factam, sed eis pocius

conservare, ad evitandum tamen scandalum, quod in cordibus aliorum nobilium regni sui oriri potuisset, si nullam revocacionis voluntatem in hanc donacionem ostentasset, ut facilior modus universas donaciones revocandi pateret, si nullam exciperet; privilegium antedictum a filiis recepisset comitis Iwachini et a possessione ipsos ad tempus duxisset removendos eo proposito et promisso, ut vel aliam possessionem in eiusdem comitatus districtu sub forma commutacionis sibi daret, vel easdem sibi captata opportunitate redderet privilegio innouato; posthec dilecti et fideles sui, venerabilis pater Philipus episcopus Zagrabiensis et Thomas comes de Crocou(!) filii ipsius Iwachini comitis ab ipso condam domino Bela rege instancius petivissent, ut eandem possessionem Zolonna iuxta promissionem tempore revocacionis factam idem dominus Bela rex ipsis restituere dignaretur, cum non solum paterna, verum eciam ipsorundem obsequiosa fidelitas ad restitucionem optinendam poterat et debebat merito suffragari. Unde idem olim dominus Bela rex promissionis sue, quam dictis filiis Iwachini comitis intuitu servicionem patris eorum fecerat non immemor, eandem propter ipsorum quoque servicia immemorosa quedam in eisdem litteris suis tangi voluit, curavisset effectui mancipare. Quorum omnium serviciorum predictorum in eisdem litteris per longum gloriose et laudabiliter declaratorum intuitu, eandem possessionem Zolonna cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, ac sub eisdem metis litteris in eisdem specificatis, et ea omni integritate, quibus pater eorum possederat, donacionem patris sui predicti et suam sepefatis filiis Iwachini in perpetuum donando restituisset pleno iure. Insuper donacionem inclite recordacionis patris sui predicti per suam collacionem et restitucionem idem dominus Bela rex eisdem domino Philipo episcopo et Thome comiti earundem litterarum suarum patrocinio in perpetuo valituram innovando confirmasset etc.

Iz sudbene ogromne listine kralja Matije od g. 1486. 13. dec. u kr. ug. drž. arkivu u Budimu N. O. D. L. no. 335. (Stara sign. N. R. A. fasc. 634. no. 4.)

Wenzel Cod. dipl. arpad. vol. VII. 309—312. — Kukuljević Reg. no. 586.

367.

1250, 10. jula. U Raši.

Sinovi Stjepana prvovjenčanoga kralja srpskoga potvrdjuju gradu Kotoru povlasti dane im od njihova oca i djeda.

Gloria ei qui continet omnia deo nostro, coeli terraeque conditori et filio eius divinitatis itemque spiritui sancto. Gloria iterum tibi semper

deus meus, imperator imperatorum et dominus dominorum, cuius verae et gloriosae divinitati omnia accepta referimus. Tu domine es imperator et dominus, qui res omnes tueris et conservas, valde misericors in homines a te procreatos, qui pro tua immensa miseratione captivum hominem redemisti et filium tuum nobis tradidisti, ut nos servitute eximeret vitaque immortali donaret. Tu es dominus deus qui omnia fecisti; et omnia providentia tua coerces et contines, cui omnia recta et sancta placent, iniqua et perversa non item; et cum diabolus Lucifer ob suam pravam cogitationem et nefarios conatus a sublimi gloria ac felicitate in aeternam ignominiam cruciatumque cum angelis perduellibus deciderit, angelis tibi obsequentibus ac fidelibus, sociam aeternaeque beatitatis consortem dedisti intemeratam illibatamque virginem Mariam, ex qua nasci voluisti tuoque in hunc mundum adventu mors nostra interiit, eiusque imperium corruit; qui cruci affixus vitam nobis comparasti. Ego Radoslavus summi ac praepotentis dei beneficio rex Serviae et orae maritimae et fratres regni mei Vladislavus et Uroscius nobiscum ipsi reputavimus et nostram in memoriam revocavimus sinceram fidem et obsequium, quod honorabiles nobisque fideles cives et patritii Catharenses praestiterut parenti nostro domino Stephano primo coronato regi et avo nostro sancto Simeoni Nemagnae primo in gloria qui fuit columen rei Christianae; et mente revolvimus pravas diaboli cogitationes qui sublimi scientia sua elatus conabatur sedem suam ad occidentem collocare et similem altissimo fieri volebat, quemque deus omnium mentes et cogitationes introspiciens coelo detrusit aeternisque apud inferos ignibus addixit. Postea consideravimus verba illa domini dei servatoris nostri, quae sanctus Joannes in suo evangelio descripsit et praecepta, quae Jesus Christus Judaeis tradidit, cum eos viam salutis doceret dicens: »Si praecepta mea servaveritis, certe quidem discipuli mei eritis«; itemque illa ab eodem sancto Joanne relata: »Oves meae vocem meam audiunt et sciunt et ambulant iuxta praecepta mea, et ego dabo illis vitam aeternam«. Ad hunc plane modum fideles nostri cives et patritii Catharenses semper nobis auscultant et voluntati nostrae obtemperant et nobis prorsus omnibus in rebus dicto audientes sunt et omnibus nostris mandatis nunquam obedientes se praestiterunt, qui sua privilegia et diplomata humili submissoque animo nobis exhibuerunt. Privilegium admodum gloriosi regis Georgii, qui cum tradidisset iisdem Catharensibus Preglacam in eo solo ac patrimonio, in quo nunc reficiunt ac restaurant aedem sancti archangeli olim ab ipsis conditam et fundatam urbi Catharensi eiusque territorio bene precatus confirmavit, illis possessionem omnium hortorum et vinearum, quas obtinebat in pagis Lustiza et Pariglava et in universa planitie usque ad fines de Garbagl

porrecta, itemque omnium agrorum usque ad oram maritimam, et maledixit cuicumque sive regi sive dynastae in aeternum, qui suae voluntati suoque scripto adversaretur. Nos itaque post lectum diligenterque perpensum diploma et mandatum eiusdem regis Georgii, fausta praecati sumus praecamurque urbi Catharensi eiusque vineis atque hortis, quos possidet in pagis Lustiza et Periglava et in planitie supra dicta in aeternum et in saeculum saeculi. Amen.

Haec Catharensium propria esse volumus et iubemus; et si quis ea occupare et ab eorum possessione distrahere audeat, huic maledicimus et anathema imprecamur, quem tamquam proditorem corporis Christi omnes oderint ac detestentur. Ego Silvester scriba hoc sacrum diploma ipso rege dictante ac iubente, itemque eius fratribus, mea manu scripsi et iussu eiusdem regis in manus tradidi Mauro et Medoso honorabilibus patritiis et legatis communis Catharensis; quo quidem diplomate confirmatur privilegium regis Georgii, quod iidem Catharenses patritii attulerunt ad dominum regem Radoslavum, eiusque fratres Vladislavum et Uroscium: qui cum illud privilegium scriptum anno post Christum natum MCXV, idibus augusti, verum et legitimum esse cognoverunt, et ratum habuerunt et firmarunt hisce litteris, quas ego ex mandato et auctoritate domini mei regis et fratrum eius mea manu scripsi, dedique Arasiae die decima iulii anno ab ortu domini MCCL. et meo consueto signo obsignavi.

Stephanus Radoslavus dei gratia rex Serviae et orae maritimae.

Domini Vladislavus et Uroscius.

Farlati Ill. sacrum. VI. p. 440. veli: »Integrum diploma Stephani Radoslavi in italicum, ex italico in latinum sermonem conversum hic subjicio«.

Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XI. p. 367—9. — Kukuljević Reg. no. 587.

368.

1250, 27. augusta. U Požegi.

Pred požeškim kaptolom daje Stjepan sin bana Boriča Alexandru sinu Borsovu svoju zemlju Slatinik u požeškoj županiji.

Capitulum ecclesie beati Petri de Pasga (!) omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Stephanus filius Borych bani ab una parte, item Alexander

filius Bors ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Stephanus confessus est ministerio uiue uocis, quod quia ipse nobilem dominam consortem, uidelicet Alexandri wlnerasset, Margaretha vocatam et sex servientes ipsius, uidelicet Paulum, Stephanum, Jacobum, Benedictum, Andream et Karachynum interfecisset et insuper quamplures iniurias et dampna eidem in domo sua irrogasset, ob hoc quandam possessionem suam nomine Zalathnuk in comitatu de Pasga (!) existentem suam hereditariam metis infrascriptis distinctam ex permissione et beneplacito ac obediencia omnium consanguineorum suorum ac vicinorum, videlicet Lamperti de Horsoua et Berizlai de Dubowyk, prefato Alexandro dedisset, donasset et contulisset, ymo dedit, donauit et contulit coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter in filios filiorum suorum possidendam ac habendam. Cuius mete taliter distinguntur: primo a meridie circa Zalathnuc Christophori, inde uadit iuxta vicinitatem eiusdem Christophori eundo ad occidentem ascendit ad berch, inde cadit in vnum potok et transit potok et cadit in vicinitatem Bukoa reka; inde vadit ad aquilonem, de inde in vicinitate eiusdem Horsoua ad orientem ab hinc iuxta Dobouik (!) ad meridiem, inde ad priorem metam tali vinculo interposito, quod quicunque temporum in processu super ordinacione seu donacione supradicta per dictum Stephanum Alexandro facte aliquam litis questionem mouere intenderet, ante litis ingressum absque porcione iudicis in quinquaginta marcis conuincatur ipso facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum in vigilia festi decolacionis beati Joannis Baptiste anno domini millesimo CCmo quinquagesimo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu: M. O. D. L. 33766. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1501. No. 15.

Na listini visi o crvenoj i zelenoj svilenoj vrvci pečat.

Kukuljević Reg. no. 590.

369.

1250, 9. septembra. U Zadru.

Drže Vale daruje samostanu sv. Krševana kuću sa ogradjenim zemljištem.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quinquagesimo, mensis septembris, die nono intrante, indictione nona, Jadre. Temporibus equidem domini Marini Mauroceni incliti ducis Veneciarum et magistri Laurencii venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Bal-

doini Quirini egregii comitis. Manifestum facio ego quidem Derse filius Juani de Vale cum meis heredibus, quia ab hodie in antea in dei et Christi nomine cedo, renuncio, atque refuto uobis namque domno Nicolao abbati monasterii sancti Grisogoni, uestroque monasterio atque successoribus uestris in suprascripto monasterio pro tempore presidentibus omni iuri et racioni, quod uel que mihi conpetit uel aliquo modo conpetere posset occasione alicuius hereditarie successionis ex propinquitate parentele, in quodam loco circummurato lapidibus et calce posito in confinio sancte Marie maioris iuxta domum Damiani de Figaçolo unum caput et aliud caput firmat in domo Marini de Marteris, et ab uno latere est domus Andree filii Viti, et ab alio latere est uia publica. Que domus fuit quondam Tegne auunculi mei et pro anima sua per Leonardum de Oçecico, comissarium suum, monasterio sancti Grisogoni dedicata fuit et in perpetuum transactata. Vnde ego suprascriptus Derse cum meis heredibus renuncio omne ius meum in suprascripto loco, qui locus est domus discooperta uobis domno Nicholao abbati sancti Grisogoni uestroque monasterio et successoribus uestris in perpetuum cum omni sua longitudine et latitudine, cum ingressibus et egressibus suis, cum omnibus terminis et pertinenciis suis et cum omni suo iure me foris facio. In uos omne meum ius penitus transferens, ita quod de cetero plenam potestatem habeatis dictum locum muratum et discoopertum intromittendi, tenendi, possidendi, locandi, obligandi, vendendi, donandi, comutandi, usque ad celum edificandi et totam uestram uoluntatem inde faciendi, nemine uobis contradicente. Siquidem contra hanc manifestacionis et refutacionis cartam ire temptauero, tunc emendare debeam cum meis heredibus uobis et uestris successoribus auri libras quinque, et hec manifestacionis et refutacionis carta in sua permaneat firmitate. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis uocatis et rogatis testibus: Petrigna de Bitche et Michaele Longo.

Ego Petrus de Nicola Lampredio examinator manum misi.

Ego Giullelmus Pauper Jadrensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru. Odio sv. Krševana. Capsula IX. Masso T. No. 18.

370.

1250, 12. septembra. U Veneciji.

Imenovanje Ivana Justiniana za kneza dubrovačkoga.

Marinus Maurocenus dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii romani, nobilibus viris iudicibus, consilio et comunis civitatis Ragusii fidelibus suis dilectis, salutem et gratiam suam. Cum nobilem propinquum nostrum dilectum Johannem Justinianum, virum utique sapientem et honoratum in comitem et rectorem eiusdem ciuitatis Ragusii usque ad duos annos completos, postquam ibidem applicuerit, duxerimus transmittendum, qui nouit et poterit scientia et probitate uos utiliter regere et gubernare ad nostrum eiusque honorem et illius ciuitatis statum, comodum et salutem; auctoritate presentium litterarum uniuersitatem uestram monemus, rogamus et exortamur, attente uobis districte precipiendo, mandantes, quatinus dictum nobilem comitem uestrum, sicut decuerit debeatis gratanter et deuote recipere et honorare et sibi debitam reuerentiam exhibere et liberum arbitrium concedere ad faciendum regimen ciuitatis, quemadmodum utpote nobilis uiri Johannis Teupuli comitis absentia(!) fidelis nostri, hucusque uestris aliis comitibus adessistis(!) mandata et precepta eiusdem in omnibus et per omnia sicut tenemini fideliter obseruantes, ita quod fidelitatem uestram ualeamus proinde non inmerito comendare. Data in nostro ducali palacio, die duodecimo intrante mense septembri, indictione octaua.

Original u dubrovačkom arkivu. Pečat dobro sačuvan. — Zbirka saec. XIII.

371.

1250, 12. septembra. U Veneciji.

Duždd Marin Mauroceni doznačuje godišnje dohotke novomu knezu Ivanu Justinianu.

Marinus Maurocenus dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romani *(doznačuje mu platu)* libras ducentas octuaginta denariorum Venetorum supra quadringentos yperperos. Data in nostro ducali palatio die duodecima intrante mense septembre indictione octava. *(Dakle isti dan kad ga je imenovao).*

Original u dubrovačkom arkivu, vrvce jesu, ali pečat otpao. (Zbirka saec. XIII.)

372.

1250, 23. septembra. U Spljetu.

Marija žena Gaudija Jane pravi svoju oporuku.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo, indicione VIIII., mensis septembris die VIIII. exeunte, temporibus domini Rogerii uenerabilis Spalatensis archiepiscopi, Stephani comitis, iudicum Miche Madii, Johannis Cegayde et Alberti Johannis Theodosii. Ego siquidem Maria neptis Gregorii Jantii Marchi et uxor Gaudii Jane, licet graui infirmitate detenta, sana tamen mente integraque memoria, tale de meis bonis condidi testamentum. Volo namque et iubeo, quod filius meus Duymus cum suis sororibus sint successores et heredes omnium bonorum meorum, tam mobilium quam immobilium. Tutor uero et conseruator eorundem heredum cum bonis suis sit predictus Gaudius, pater eorum ita, ut siue uxorem acceperit siue non, quamdiu ipsi heredes in pupillari etate fuerint, omnia bona illorum ipse Gaudius manuteneat et conseruet, nichil alienando. Et cum ad etatem legitimam ipsi heredes peruenerint, omnia eis integraliter idem Gaudius debeat assignare, ut in ipsorum deinceps maneant potestate. Et cartam testamenti quam habent canonici sancti Domnii . . . . . m . . . modo euacuetur. Si uero, quod absit, in ipsa pupillari etate omnes defecerint, uolo et iubeo, ut omnia bona mea ad ius et proprietatem canonicorum beati Domnii deuoluantur, quorum animam meam et parantum(!) meorum orationibus recomendo. Nomina uero eorundem possessionum hec sunt: in primis domus cum altera domo ad sanctum Andream de Fenestris cum omnibus pertinentiis suis; terre uero due que sunt ad sanctam Mariam de media uia, quarum una est super uia antiqua et alia est subtus eandem uiam; et terra una ad Bade iuxta terram Miche Uulcine; et terra una iuxta petram magnam ex parte aquilonis et terra una ad Arcus iuxta terram Natalis Jantii Marci et terra una ad sanctum Laurentium Paganum iuxta terram Petri Marule; et terra una ad cisterna(m), quam tenet Petrus Sabaci; et terra una Arogaç iuxta terram Gruptii Gatule, et terre due ad Çunanum iuxta terras Tiche matertere mee. Hec omnia que supradicta sunt et que ex parte matris mee adhuc habitura sum, uolo sicut dictum est, ut meis heredibus obseruentur siue omnes, siue duo siue unus superstes fuerit. Testes presbyter Prodanne, Nicolaus sacrista sancti Domnii, Forminus Festa, Lampredius Desiçe et Petrus Sabaci.

Ego Dragus Stephani examinator manum meam misi.

Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius audiens a dicta Maria . . . scripsi et consuete roborationis signo compleui.

(Monogram notarov.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu. 1250, (XVI. I. 28.)

373.

1250, 5. oktobra. U Lyonu.

Inocencije IV. papa oslobadja Cistercite toli od duhovnoga toli svjetovnoga suda, osim ako ih zovu za svjedoke.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . . . abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conuentibus uniuersis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod licet ordini vestro per priuilegia sedis apostolice sit indultum, vt nullus episcopus seu alia persona ad synodos uel forenses conuentus, nisi pro fide uos ire compellat, aut in uos uel monasteria uestra, seu eciam personas dicti ordinis excommunicacionis, suspensionis aut interdicti sentencias promulgare presumat, que si promulgate fuerint, tamquam contra apostolice sedis indulta prolate, decernuntur per eadem priuilegia irrite ac inanes. Nichilominus tamen plerique prelati et iudices ordinarii ac alii ecclesiarum rectores eadem priuilegia, quibus muniti estis euacuare supersticiosis adinuencionibus molientes, asserunt uos pro quauis offensa racione delicti existere fori sui, sicque uocantes uos ad placita, capitula et penitenciale forum, sicut alios clericos seculares, uos super hoc multiplici uexacione fatigant, quamquam excessus uestri tam per generale, quam eciam cottidiana capitula, que fiunt in singulis monasteriis uestri ordinis, congrua penitencia puniantur. Quare nobis humiliter supplicastis, vt presumpcionem talium cohibere paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes, quod et si ex suscepti cura regiminis de vniuersis sancte matris ecclesie filiis curam et sollicitudinem gerere teneamur, de illis tamen specialius cogitare nos conuenit, qui postpositis uanitatibus seculi, iugem impendunt domino famulatum; ac uolentes quieti uestre super premissis paterna in posterum sollicitudine prouidere, vt nullus uos seu monasteriorum uestrorum personas ad synodos uel forenses conuentus, nisi pro fide dumtaxat, uel huiusmodi placita seu capitula uel forum penitenciale absque mandato sedis apostolice speciali euocare, eciam

delicti racione, presumat: maxime cum uos filii abbates punire excessus quoslibet secundum statuta uestri ordinis sitis, auctoritate presencium districcius inhibemus, decernentes eadem auctoritate sentencias, si quas hac occassione per presumpcionem cuiuspiam promulgari contigerit, irritas et innanes, saluo in omnibus apostolice sedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibicionis et constitucionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni III. nonas octobris, pontificatus nostri anno septimo.

Iz prijepisa kap. zagreb. od god. 1323. Iz arkiva kapt. fasc. 83. br. 50. — Tkalčić Monum. episcop. Zagrab. I. 91—92. Istoga dana slično pismo biskupima. Ibidem 92—93. — Kukuljević Reg. br. 591.

374.

1250, 17. oktobra. U Šibeniku.

Načelnici Vido trogirski i Daniel šibenički ugovaraju mir izmedju oba grada.

In nomine domini amen. Quoniam iustum et consentaneum rationi, quod inter christianos omnes pacis federa serventur et maxime inter convicinas civitates, quarum homines necessitatem habeant diversis de causis de una ad aliam properare. Cum et illud contingat, quod in questionibus et discordiis patiantur homines damna plurima et adversa, idcirco nos Vido Traguriensis potestas et Daniel Sibenicensis comes, arbitri et arbitratores, seu amicabiles compositores super questionibus quae vertebantur, seu verti possent inter ipsas communitates, seu inter singulos homines predictarum civitatum occasione factarum iniuriarum, seu contractuum habitorum pro bono pacis et concordiae, ut ab omnibus questionibus et discordiis ipsarum terrarum ortis vel orituris discedatur, dicimus, sententiamus et firmiter stabilimus, quod omnes sententiae, quas pronuntiavimus, in quibuscunque causis, sive super maleficiis, sive in mutuo, seu aliis contractibus debeant observari. Item determinamus firmiter statuentes, quod si aliquis Sibenicensium vulneratus fuerit ab aliquo Traguriensi vel e contra predationis causa, vel alio modo, tunc hominibus, quibus obviaverit se ostendat, ac eisdem illum qui sibi iniuriam contulit manifestet et postmodum coram sua curia debeat comparere ibique eum qui sibi iniuriam intulit declarare, et cum sic fecerit, tunc curia illius, qui iniuriam fecit fidem adhibeat vulne-

rato et super damno eidem illato a decem libris inferius tres debeat sacramentarios coram curia exhibere et a viginti inferius sex producere teneatur, in maiori vero quantitate arbitrio curiae dicimus esse standum et cum sacramentum fecerunt cum suis sacramentariis secundum formam predictam, latro seu predo teneatur eidem damnum integraliter restaurare; solvendo insuper suo comiti pro banno duodecim romanatos: si vero damnum nequierit emendare, tunc sua communitas ipsum capiat et passo iniuriam aplicetur. Item si furtum vel damnum aliquod datum fuerit alicui Sibenzano ab aliquo Tragurino, vel è contra, tunc unaqueque communitas teneatur inquirere bona fide pro posse suo, sicut faceret in rebus propriis aquirendis et inquiri poterit, qui comisit, tunc res domino suo assignetur, vel capiatur in personam et perpesso iniuriam conferatur. Si vero infra tempus, in quo questio ventilatur, malefactor in fugam conversus fuerit, unaqueque communitas pro eo inyeniendo teneatur pro viribus laborare, quod si malefactor ad suam civitatem remearet, civitas ipsa quae ipsum receperit teneatur damnum integrabiliter resarcire. Item precipimus, quod si alicui Sibenicensi vel Tragurino damnum illatum fuerit et latrones seu predones transiverint per territorium predictarum terrarum et illi seu ille qui passi sunt iniuriam exclamaverint, tunc quicumque audiverint passo iniuriam totis viribus auxilium et iuvamen prestare teneantur; quod si hoc neglexerint adimplere et iudici per testes poterit esse notum, tunc qui auxilium denegavit suo comiti pro banno tres romanatos solvere teneatur et totidem perditori. Item quicumque in recuperatione rerum dederit operam et ipsas defenderit a latronibus, qui eas conducerent, ipsarum recuperandarum rerum decimam integraliter consequatur. Item si damnum inferatur alicui de dictis civitatibus et illud conducatur Sibenicum vel Tragurium, precipimus non emi ab aliquo cive, et si aliquis Tragurinus sciret rem ad aliquem Sibenicensem pertinere, vel è converso tunc rem restituat suo domino sine pretio, et si ignoranter emerit, suum pretium consequatur et rem ipsam suo domino conferat et assignet ac venditorem rei prodere teneatur; et si manifestare noluerit, tunc erit sacramento proprio, ut veritatem exprimat, compellendus. Item precipimus, quod si aliquis Sibenicensis accederet Tragurium, vel è converso aliqua de causa et in ipsum aliquis manus iniecerit violentas, teneatur pena sex romanatos, tres quidem pro suo banno comiti conferantur, alii vero tres passo iniuriam applicentur; et si ab eodem, a quo intendit iustitiam postulare et fuerit percussus, causam amittat et sex romanatos, comiti et sustinenti iniuriam, ut dictum est superius, assignentur. Item stabilimus et firmiter ordinamus, quod si aliquis molestatus fuerit sine sanguinis efusione, tunc, sicut dictum est, debeat indicare hominibus, quibus obviaverit et suae curiae et postea

curia illius, qui delictum commisit, debet dare fidem ei, qui iniuriam sustinuit, sicut in vulnerato superius est narratum. Item cum non sit iustum aliquem ex aliena iactura dictari, pronunciamus, quod si aliquis sine vulneratione accusaverit aliquem iniuste et in curia consequutus fuerit aliquid, et quoquo tempore appareret iniuste recepisse, duplum sibi condemnato precipimus emendare et suo comiti pro banno duodecim romanatos, preterea omnes alias rationes quamvis non sint in superioribus capitulis comprehense, secundum bonam consuetudinem pro utraque dicimus observari. Item volumus et precipimus, quod cum Sibenicensis civitas caret tabellione, quod ad confirmationem compositionis suprascripte, quam scribi fecimus per archipresbiterum Sibenicensem nomine Statimerium, quod ipsum corroboret cum sigillis utrarumque civitatum et cum nostris, qui in hoc sumus negotio arbitri constituti, videlicet mei Vidonis Traguriensis potestatis, ac mei Daniel comitis Sibenicensis. Actum est hoc in Sibenico anno domini 1250., indictione 9., mensis otobris 15. die astante. Et hec omnia supradicta ad honorem domini regis Hungarie et propterea utriusque partis sacramento firmata sunt.

Lucius Memorie di Traù p. 69—71. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. vol. 4. p. 103—4. (izdao po Luciću ali fragmentarno). — Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. p. 316—318. po Luciću. — Kukuljević Reg. no. 693.

375.

1250, 6. novembra.

Biskup srijemski Oliverij daruje Lovri prepositu selo Draš.

Nos Oliverius dei gratia episcopus Sirmiensis significamus uniuersis praesentium per tenorem, quod cum dilectus filius noster magister Laurencius ecclesiae nostrae praepositus, quam plurima grata et necessaria nobis et ecclesiae nostrae servitia impenderit, nos ipsius devotioni paterno concurrentes affectu, quamdam villam sitam in Zlacho, quae vulgariter villa Drasch appellatur, sibi de fratrum nostrorum consilio, quoad vitam suam contulimus pacifice et quiete possidendam, personae tamen non dignitati. In cuius possessionem per dilectum nostrum magistrum sanctae ecclesiae nostrae cantorem ipsum mitti facimus corporalem. Ad cuius rei testimonium praesentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas anno domini 1250. die sexta, intrante novembri.

Pray Hierarch. II. 383. — Farlati Ill. sacrum. VII. 549. — Katona Hist. crit. VI. 69. — Fejér Cod. dipl. IV. 2. 78. — Kukuljević Reg. no. 594.

376.

1250, 21. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Filipu i Lovrincu od plemena Radova neke zemlje u županiji požeškoj.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex, vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint salutem in omnium saluatore. Cum fideles nostri ex bonarum operacionum meritis donaciones regias asecuntur, tali munimenti cirographo vallari tenentur, quod donaciones ipse liberales et secure protendantur in filios filiorum. Proinde ad vniuersorum presencium et futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod dilecti et fideles nostri Thomas, Philippus et Laurencius de genere Raad a primeuis puericie sue annis nobis indesinenter adherentes, gradientes de virtute in uirtutem sic profecerunt, vt in deferendis legacionibus nostris viarum prolixitatem et discrimina seu pericula quelibet postponentes ad Greciam et ad partes alias quantumcunque remotas, tam extra regnum, quam in regno se nostre celsitudini quoaptarent (!) iniuncta sibi magna fidei diligencia exsequendo, ad hec in generali persecucione Tartarica quamuis plures ex nostris nos desererent, tamen dicti fideles nostri feruido fidelitatis zelo accensi, sicut antea semper consueuerant, circa karissimam consortem nostram degentes eidem et nobis in partibus maritimis seruierunt fideliter et constanter, nunquam a nobis durantibus eisdem periculis recedendo. Vnde et tunc et postmodum tanta sibi penes nostram celsitudinem merita cumularunt, quod ex liberalitate regia, que fidelibus suis grato consueuit respondere fauoris munere, quasdam terras in comitatu de Posega existentes, que ad donacionem nostram pleno iure spectabant, quarum nomina in subscriptis distinguemus per singula, eis et eorum heredibus heredumque sucessoribus donauimus et contulimus in perpetuum possidendas, processu vero temporis Philippus et Laurencius, Thoma fratre eorum viam vniuerse carnis ingresso, nostram accesserunt presenciam, supplicantes nobis humiliter et deuote, vt donacionem earumdem terrarum ex plenitudine nostre gracie ipsis nostro dignaremur priuilegio confirmare. Nos autem iustis eorum peticionibus, fauorabiliter annuere cupientes ad abundanciorem securitatis cautelam fideli nostro Kyliano comiti tauarnicorum consortis nostre, nostris dedimus litteris in mandatis, vt conuocatis commetaneis ipsas terras circuiret et sicut metis circumscriberet et erigeret nobis fideliter suis litteris intimaret, qui iuxta mandatum nostrum sub testimonio nobilis matrone commitisse de Posega et presentibus fidelibus nostris abbate et conuentu de Kotho magistro Johanne preceptore de Pasaga (!) et capitulo eiusdem ecclesie

dictas terras circuit et nullo prorsus commetaneorum contradicente metas eleuando, tam nomina terrarum quam metas ipsarum sub suo sigillo et predictorum nostrorum fidelium sigillis rescripsit hoc ordine distinguendo. Prima meta terre Horsowch incipit ab aquilone in sumpmitate montis Pasaga (!) qui wlgo Zelemen dicitur, in via vbi est meta terrea et crux in arbore que tyzafa vocatur, vbi incipit commetari cum magno Mark, abinde progreditur ad meridiem et descendit inferius per eandem viam terreis metis et arboreis cruce signatis usque ad locum qui vocatur Fertesew et ibi incipit commetari cum terra ecclesie sancti Petri. Deinde protenditur et venit ad montem qui Holm dicitur, deinde transiens montem descendit ad partem occidentalem ad aquam que Pribignya vocatur et discurrit per eandem aquam inferius per magnum spacium et recedit ab eadem aqua quasi ad orientem ad arborem nucus, in qua est crux et sub eadem terrea meta, vbi incipit commetari cum castrensibus Turdissa videlicet et Christoforo. Abinde vero terreis metis signata ascendit quendam monticulum ad magnam viam, in qua parum descendendo sunt due mete terree, vbi eciam incipit commetari cum terra ecclesie sancti Petri et abinde tendit ad meridiem et peruenit ad caput cuiusdam riuuli qui vocatur Sythnyak, iuxta quem descendens recedit ab illo per metas terreas ad partem occidentalem et perueuit ad dictum riuulum Pribinya, et transiens riuulum vadit per metas terreas ad alium riuulum qui vocatur Zaym pataka, iuxta quem est nucus et ibi iuxta metam terream commetatur cum magno Mark. Deinde per eundem riuulum protenditur superius vsque viam que pertransit dictum riuulum, in qua ascendit superius parum et recedit a via in partem sinistram ad montem per metas terreas ascendendo in aliam viam ad vnum nemus cum metis terreis lapideis et arboreis cruce signatis, tendendo per campos et nemora vsque ad quandam viam, que descendit ad vnam vallem et ibi in meta terrea tenet metas cum castrensibus Elya et Jacobo et inde de loco arundinoso vadit parum circuendo per metas terreas et lapideas vadit ad aquam Kalsa pataka et tendit inferius ad quendam fluuium qui vocatur Cirkonit et ascendit superius ad transitum vie, que tendit ad Ledech, ubi est meta terrea et crux in arbore, qui wlgo dicitur fenywfa, vbi tenet metas cum Iwanka comite filio Abraam. Inde ascendit ad aquilonem transeundo quosdam riuulos metis terreis et arboreis cruce signatis et peruenit ad caput cuiusdam aque que vocatur Nagpatakfew, abinde ascendit in sumpmitatem montis qui Zelemen dicitur et per eundem montem tendens peruenit ad caput cuiusdam aque, que vocatur Kenezkuta et rediens ad primam metam tyzafa terminatur. Item prima meta terre Puzada incipit ab aquilone iuxta riuulum Posona cum terra Cruciferorum templi et per eundem tendit inferius ad meridiem

parum, vbi est meta terrea, deinde recedit a riuulo ad partem sinistram ad iactum vnius sagite et ibi est meta terrea, ab inde in campis per terreas metas et rediit ad dictum riuulum Posona, ad quandam pirum, sub qua est meta terrea, et inde vadit ad magnam viam que transit riuulum et ibi est meta terrea vbi incipit commetari cum terra ecclesie sancti Petri et tendit superius iuxta riuulum qui vocatur Gerak pataka sub metis terreis, et superius eundo iuxta riuulum Zaroz patak peruenit ad pirum, sub qua est meta terrea; deinde transit riuulum Gerak predictum per magnam viam et super eundem riuulum tendit superius ad aquilonem, vbi prope ad caput riuuli est meta terrea in nemore et ibi tenet metas cum terra Gehardi et inde exit per campum ad orientem et cadit in riuulum Ilsewch per quem tendit inferius et vadit ad antedictam magnam viam et rediens inde ad priorem metam terminatur. Item prima meta dicte terre Puzada alterius partis incipit ab aquilone cum terra Cruciferorum templi iuxta riuulum Posaga, de quo recedit in campum ad orientem per metas terreas, ab inde flectitur ad meridiem eundo per campos, tenet metas cum terra ecclesie de Kothoa et per campos metis terreis dupplicatis peruenit ad caput riuuli Rupaca et in parte sinistra eundo inferius transit riuulum eundem, iuxta quem parum eundo tendit ad caput cuiusdam putei, vbi est meta terrea et ibi tenet metas cum castrensibus, videlicet cognatis Bogdasa, ab inde flectitur quasi sub meridie ad arbores qui ereztuey[1] dicitur, quarum media pars est dictorum Philippi et Laurencii, altera autem prefatorum castrensium, inter quas sunt mete terree et arboree. Et inde procedendo per terreas metas tendit ad caput riuuli Zwo dol, per quem descendens inferius cadit in predictum riuulum Posaga, iuxta quem recurrit ad priorem metam versus aquilonem et ibi terminatur. Item prima meta terre Coprina incipit ab aquilone super caput aque Coprina et tenet metas cum terra ecclesie Kothoa in sumpmitate montis Posaga, qui vulgo Zelemen dicitur et inde tendit per metas arboreas cruce signatas ascendens montem, que dicitur Juba gorica, de quo descendit in viam magnam, que venit de Nekche, vbi incipit commetari cum terra castri de Posega et illa via que descendit tenet metas vsque ad quandam vineam, iuxta quam est meta terrea; ab inde procedit ad quendam riuulum qui vocatur Cotelna, iuxta quem est quedam pirus cruce signata et sub eadem est meta terrea et transiens riuulum ascendit in montem quasi sub meridie, iuxta vallem, qui dicitur Zuo dol et sunt ibi mete terree; a capite autem vallis illius descendit per metas terreas ad predictum riuulum Coprina versus occidentem et per eundem riuulum ascendit vsque ad caput eiusdem riuuli, vbi est prima meta et ibi terminatur. Item prima meta terre Blathka

[1] Prije bilo: crestven, »n« ispravljeno u »y«.

*

incipit super caput cuiusdam aque que vocatur Kereth kuta et incipit commetari cum terra ecclesie de Kothoa, de qua tendit ad meridiem et pertransit quasdam particulas perterrarum (!) siluarum terreis metis et arboreis cruce notatis et cadit ad aquam Malaka et per eandem aquam tendit superius versus occidentem, vsque dum aqua Sywch exit ab eadem que vocatur Malaca, et ab inde transeundo aquam Sywch progreditur versus aquilonem et cadit ad riuulum Strahowch potoka, vbi tenet metas cum Radouan nepote Ethybel, in quo currit superius vsque ad caput eiusdem riuuli, deinde tendit terreis metis et arboreis cruce signatis per campum usque ad arborem cerasarum que est iuxta viam et ibi descendit in aquam Jezychouch; et inde descendendo versus orientem peruenit ad caput cuiusdam aque nomine Destywoy kuta, ab inde vero exit ad aquilonem et tendit terreis metis ad caput cuiusdam riuuli nomine Odolyn cuta, et per eundem tenendo inferius reuertitur ad aquam, que vocatur Kere kuta ad primam metam et ibi terminatur. Item prima meta terre, que vocatur terra matris Fulkonis, incipit ab aquilone super caput aque nomine Wrboa in via que descendit de Rachowcha et ibi tenet metas cum terra ecclesie sancti Petri et per eandem viam descendit versus meridiem cum terreis metis et arboreis, inde recedit a via ad caput cuiusdam riuuli qui vocatur Bocola, per quem descendens paululum a riuulo recedit per quandam viam versus orientem et inde flectitur terreis metis, assignando versus meridiem et cadit in predictum riuulum Bocola, per quem riuulum descendit per magnum spacium et ibi recedit a riuulo versus occidentem in campum ad metam terream et lapideam et ibi incipit commetari cum terra Cruciferorum templi, ab inde autem protenditur et cadit in predictum riuulum Wrboa, per quem currit superius versus aquilonem ad predictum caput eiusdem riuuli, vbi est prima meta et taliter terminatur. Ut igitur prenominatarum terrarum nostre liberalitatis facta donacio sub prescriptis metis et terminis memoratis Philippo et Laurencio comitibus permaneat inconcussa et perpetuo valore solidetur, nec processu temporis per quempiam possit in irritum reuocari ipsam donacionem nostram innouamus et auctoritate litterarum presencium confirmamus innouatam, quas in perhempne testimonium et cautelam eisdem et eorum heredibus heredumque sucessoribus concessimus sigilli nostri dupplicis caractere communitas. Datum incarnacionis dominice anno millesimo ducentesimo quinquagesimo, vndecimo kalendas decembris, regni vero nostri anno quinto decimo.

Iz prijepisa Sigismunda kralja od 8. decembra 1392. Prijepis nalazi se u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.707., stara sign. N. R. A. fasc. 1501. no. 16. Potvrdjena je još od Stjepana kralja 9. maja 1272. — Kukuljević Borba Hrvata s Mongoli i Tatari 92—96. — Kukuljević Reg. no. 592.

377.

1250. — 1286. U Zadru.

Laurencije, zadarski nadbiskup, poziva općinu zadarsku, da dade milostinje samostanu sv. Nikole.

Laurentius permissione diuina Jadrensis archyepiscopus vniuersis Christi fidelibus per Jadrensem prouintiam constitutis salutem et pacem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum siue malum fuerit, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere ualeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce emetet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus emetet vitam eternam. Cum igitur monasterium sancti Nicolai de Jadera, ordinis sancti Damiani, in quo sorores minores morantur incluse deuote domino famulantes, in multis et variis mansionibus et officinis indigeat reparari, nec habeant predicte sorores unde tam pium et laudabile opus possint perducere ad effectum. Vniuersitatem uestram monentes exortamur in domino atque in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quod cum earum nuntius ad uos uenerit elemosinas petiturus, de bonis uobis a deo collatis pias elemosinas et grata eis subsidia errogetis, ut per subuentionem uestram ipsarum inopie consolatur(!) et uos per hec et alia bona, que feceritis domino inspirante, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos uero de omnipotentis dei misericordia et gloriosissime uirginis Marie matris eius, nec non beatorum martirum Grisogoni et Anastasie meritis confidentes omnibus, qui iam dicto monasterio et sororibus elemosinas fecerint uel transmiserint, de iniuncta sibi penitentia quadraginta dies de criminalibus et quartam partem uenialium auctore domino misericorditer relaxamus.

Original u gubern. ark. u Zadru (odio samost. sv. Nikole br. 9.)

378.

1250.[1] U Trogiru.

Prijateljstvo izmedju Trogira i Dubrovnika.

Uiris nobilibus et discretis amicis suis karissimis et propinquis dominis iudicibus, consiliariis et toti comunitati ciuitatis Ragusine Wido

[1] Ove godine bio Vido načelnik u Trogiru, po njemu datirano.

potestas et uniuersa comunitas Tragurii salutem et amoris perpetui firmitatem. Nobiles nuntios uestros, dominos uidelicet Bubagnam et Theodorum Budace cum litteris ad nos directos honore debito suscepimus et que pro parte uestra satis prouide ac discrete uoluerunt proponere audiuimus et intelleximus diligenter; inter cetera siquidem uerba que sapienter locuti sunt dicti nobiles, statum antique propinquitatis et amicitie que inter utramque ciuitatem conseruata fuerat ab antiquo maxime tetigerunt uolentes, ut de cetero per uos et per nos dilectio debitum susciperet incrementum. Nos igitur cupientes cum omnibus et precipue uobiscum amicis precordialibus dilectionem et pacem habere, per ciuitatem nostram fecimus puplice(!) proclamari, ut uniuersi nostri conciues tam per terram quam per mare omnes ciues uestros cum omnibus eorum rebus saluare atque omnimode studeant honorare, cominantes in eodem edicto, quod si quis inuentus fuerit uos offendens ipsum pecunia, . . . nec ipse . . . . . ualeat aliquatenus se curare.

Original u dubrovačkom arkivu. Na ledjima adresa: »Dominis iudicibus, consiliariis et comunitati Ragusine«. (Zbirka saec. XIII.)

379.

1250. U Čazmi.

Kaptol čazmanski izdaje listinu o prodaji zemlje Položitića.

(C)apitulum Chasmensis ecclesie, omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod constitutis in nostra presencia ab una parte Dyane de Garig et ab altera Micov et Mixa filius Druzyslay et filiis Micula; iidem Micov et Mixa ac filii Micula confessi sunt, se terram ipsorum nomine Poloziticha ipsi Dyane et per eum suis heredibus vendidisse, perpetuo et pacifice possidendam, sicut eciam in litteris Herrici comitis Symigiensis uidimus contineri, pro tribus marcis et fertone, quas se dixerunt ab eo plenarie recepisse. Cuius terre prima meta incipit sicut partes nobis retulerunt ab oriente a fluvio Chazme ibique est arbor tul crucesignata. Inde uadit per unam malacham ad rivulum Poloziticha et exit ad planicem(!) uenitque ad arborem cerasi crucesignatam. Inde cadit ad fluuium Zeznich et per eundem tendens inferius exit iuxta terram Paulin et cadit ad fluuium Zalatinnik et ibi est arbor gertan crucesignata. Inde tendens ad partem meridionalem in eodem fluuio Zalatinnik, exit ad terram castrensium ad partem orientalem ibique est arbor tul cruce-

signata. Inde ad partem meridionalem tendens cadit ad uallem et per eandem pergens inferius exit ad duas arbores tul crucesignatas. Inde ad partem orientalem tendens per siluam et transiens fluuium Polozitícha cadit ad fluuium Chasma et ibi est arbor pomi crucesignata. Inde inferius tendens per Chasmam reuertitur ad priorem metam. Ut autem presens uendicio rata et firma permaneat, presentes litteras nostras dedimus ad peticionem parcium utrarumque sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M°CC°L°.

Original s kojega visi pečat na crvenoj svilenoj vrvci u arkivu obitelji Erdödy u Glogovcu.

Cod. dipl. patrius. VII. 39. — Kukuljević Reg. no. 595.

380.

1251, 24. januara. U Zadru.

Mihajlo Milegostić tribun svjedoči, da je kuća u kojoj je obitavao Martin sin Baucanov vlasništvo Andrije Petrića i uvadja ovoga u njezin posjed.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quinquagesimo, mensis ianuarii die octauo exeunte, indiccione nona, Jadere, temporibus equidem domini Martini Mauroceni incliti ducis Venecie et magistri Laurencii venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac Baldoini Quirini egregii comitis. Testificans testificor ego quidem Michael de Milegosto tribunus et in ea ueritate que Christus est dico, quod cum Martinus Sclauus per decretum curie missus esset in tenutam bonorum Martini filii Bauçanelli pro debito quo dictus Martinus sibi tenebatur, nobilis uir Andreas de Petrico in presencia domini Baldoini Quirini comitis Jadrensis pro tribunali sedentis et eius curie proposuit dicens: domine comes, domus illa cum solo in qua morabatur Martinus de Bauçanelli ad me pertinet et mea propria est; cui dominus comes respondit dicens: qua racione est tua? Prefatus uero Andreas respondit: domine comes, in tempore domini Johannis Michaelis quondam comitis Jadrensis habui placitum de hac eadem domo, quia cum commune Jadre pro quodam maleficio a suprascripto Martino perpetrato domum illam uellet confiscare, ex parte mea per testificacionem tocius uicinie ostensum fuit et manifeste probatum, domum illam cum solo esse meam propriam et ita fuit mihi per sentenciam adiudicata; et ad hoc probandum induxit quandam nobilem dominam Maram nomine, matrem

Boçanni, que diligenter examinata et in anima sua de ueritate dicenda simpliciter interrogata, assercionem suprascripti Andree in anima sua affirmauit. Quibus sollempniter peractis, dominus comes cum suis iudicibus prefato Andree et suis heredibus suprascriptam domum cum solo in quo est constructa et cum omnibus suis pertinenciis perpetua proprietate possidendam per diffinitiuam sentenciam adiudicauerunt et super sua diffinicione me suprascriptum Michaelem pristaldum constituerunt. Ego uero ex officio mihi commisso suprascriptum Andream cum suis heredibus corporali possessione suprascripte domus cum solo et cum omnibus suis pertinenciis perpetuo possidende inuestiui et de mandato domini comitis omnia premissa feci, hoc breuiario conprehendi et hec per uerum testimonium dico. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis uocatis et rogatis testibus: Micha de Varicasso et Philippo de Lemesso. Ego Grisogonus de Mauro examinator manu mea misi.

Ego Guilielmus Pauper Jaderensis notarius interfui rogatus, vt audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu jugosl. akademije u Zagrebu, diplomata a. 1250. Kukuljević Reg. no. 581. (pogrešno u god. 1250.).

381.

1251, 29. januara. U Zadru.

Samostan sv. Krševana daje Stjepanu, sinu Dragoslavljevomu zemlju, da nasadi vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quinquagesimo, mense ianuario die tercio exeunte, indicione nona, Jadre, temporibus equidem domini Marini Mauroceni incliti ducis Venecie et magistri Laurencii venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Baldoini Quirini egregii comitis. Manifestum facimus nos quidem Nicholaus abbas sancti Grisogoni cum nostris fratribus monachis, quia de consensu et uoluntate Lampredii de Nichola aduocati nostri monasterii damus et concedimus tibi namque Stephano filio Dragoslaui plantare uineam, secundum quod presaliam fecisti in quadam nostra terra que uocatur Draga sancti Grisogoni taliter, quod dum eam habueris et (ex) ea fructum extrahere poteris, dare tenearis per te tuosque heredes nobis et nostris successoribus annuatim septimam partem de uino conducendo eam tuis expensis cum

nuncio monasterii usque in nostrum monasterium; de oleo quidem et omni alio fructu (ex) ea habito similiter septimam partem nobis dabis; si uero ex aliquo fructu ex ea habito, tam de recenti quam de sicco uendideris, septimum denarium nobis pacabis; et si ficus recentes domum portaueris ad comedendum cum sporta uel cum alio uase, septima uice cum eodem uase nobis portabis; et si in fraude de nostra ratione inculpaberis, coram aduocato nostri monasterii tuam rationem monstrabis et si tunc conuictus fueris, nobis sex perperos nomine pene dabis; si uero ullo tempore tu uel heredes tui ipsas uites uendere uolueris, primo nobis uel nostris successoribus illam uendicionem declarabis et si eas emere uoluerimus, dantes tibi illud precium, quod ab uno et ab alio habere poteris, nobis eas dabis et non alii homini; si uero eas emere noluerimus, licebit tibi eas uendere cuicumque uolueris, saluo semper omni nostro iure, hoc est habendo nos septimam partem annuatim omnium fructuum, ut predictum est. Verum tamen dictas uites nulli monasterio nec ecclesie nec religioni nec uendes nec donabis nec pro anima iudicabis, nisi huic monasterio sancti Grisogoni. Vnde omnia que predicta sunt, rata et firma sint inter te et heredes tuos et nos nostrosque successores in dicto monasterio in perpetuum; si uero sine herede obieris, dictas uites nec donare nec pro anima iudicare poteris, set absolute ad nostrum monasterium reuertentur. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis uocatis et rogatis testibus: Prodano primicerio, Stephano presbitero sancte Anastasie.

Ego Lampredius de Uico examinator manum meam misi.

Ego Guilelmus Pauper Jadrensis notarius interfui rogatus, vt audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernij ark. u Zadru (odio sam. sv. Krševana caps. XVII. mas. S. no. 10.)

382.

1251, 3. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Ivanu sinu Jaroslavljevu neke zemlje oko grada Okića.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis auctore. Qui donacionem a celsitudine regia

sibi factam non tantum ad utilitatem propriam, quantum ad confortacionem regni promovet et procurat, merito ex fidelitate sui favore regio sublimatur. Proinde ad universorum presencium et futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum dilecto et fideli nostro Iwan comiti filio Irislai montem quendam Lipouch nomine contulerimus pro castro construendo et idem suis propriis sumptibus et expensis ad honorem et confortacionem regni fidelitate previa castrum extruxit in eodem, nos fidelitatem eiusdem adiuvari a regia benignitate censentes, quandam terram sub castro nostro Bregana exemptam a castro de Oclinch una cum monte predicto sive castro, sine cuius utilitate ipsum castrum posset minime conservari, sibi et heredibus heredumque successoribus liberalitate regia iure perpetuo duximus conferendam. Mete vero prenominate terre, sicut per litteras dilecti et fidelis nostri Stephani bani tocius Sclavonie nobis innotuit, hoc ordine distinguuntur. Prima meta incipit, ubi una aqua non currens cadit in Breganam et venit ad locum qui dicitur Lessuhel (!), inde venit ad caput aque Gradna vocate, inde venit ad duas metas que sunt in Reunaceria; inde venit ad montem Ostruz, inde autem descendit ad fluvium, qui fluvius cadit in Gradna, inde autem parum eundo exit de Gradna ad indagines et per indagines vadit et cadit ad fluvium Zave ubi commetanei sunt Theutonici. Ut igitur premisse terre liberalis nostra donacio robur optineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, tercio nonas aprilis, regni vero nostri anno sexto decimo.

Original u arkivu grofova Erdödy u Glogovcu; s isprave vise komadići razmrvljena pečata.

Cod. dipl. patrius. VII. 40. — Kukuljević: Reg. no. 596.

383.

1251, 5. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje krčkim knezovima privilegij djeda Bele, oca svoga kralja Andrije od god. 1209. i svoj od g. 1242.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenit salutem in eo qui regibus dat salutem. Virtuosa regum bonitas subiectos suos quoslibet tanto largiori munere prosequitur quanto seruicia eorum fidelitatis constancia decorantur temporumque successio presens gaudere debet beneficiis, que paterne fidei imitatrix est exemplis. Proinde ad vniuersorum presencium et futurorum noticiam

harum serie volumus peruenire, ut cum dilecti et fideles nostri Fridericus, Bartholomeus et Gywydo (!) filii Guidonis comitis comites de Wegla, fidelia patris ipsorum vestigia iugiter imitantes a primeuis nostre et eorum puericie annis nobis indesinenter adherentes tanta fidelitatis seruicia inpendere studuissent, ut tempore persecucionis Tartarorum in partibus nobis maritimis constitutis, non solum in mari cum nauibus munitis, verum etiam in terra cum armatis prout temporis necessitas et negocii qualitas exhigebat (!) ad custodiam persone nostre, nec non ad persequendum inimicos et infideles nostros tam fideliter seruierunt et constanter, quod inter alios regni nostri fideles ex debito fidei meruerunt conputari ad habil(i)tandam fidelitatis eorum, et ut memoria eorum ceteris uigeat in exemplum, heredibus quoque suis proficiat temporibus successiuis, donacionem comitatus de Modoros (!) progenitoribus suis per illustrem auum nostrum Belam, quondam Hungarie regem factam, nec non et donacionem de Wynodol, patris nostri bone memorie facta patri eorum prenominatis fidelibus nostris innouantes conferimus et tam mera liberalitate donamus, quod si quam donacionem de ipsis comitatibus, scilicet Winodol et Modros, fecimus cuiquam quia promissiones pro eis facte nobis per stipulacionem legittimam non extiterunt seruate, irritam iudicamus et inanem istamque ratam decernimus atque firmam. Ceterum priuilegium nostrum, quod Johanni comiti et fratribus suis super donacione comitatuum Winodol et Modros per dictum auum nostrum Belam et patrem nostrum Andream reges factam et super confirmationem priuilegiorum eorundem recolimus nos dedisse, nec non et priuilegia dictorum progenitorum nostrorum felicium recordacionum ad tollendas prolixitates eisdem insertas, super quibus possent in posterum dubietates suboriri et determinate ponentes in subscriptis, quibus seruiciis ipsi et heredes eorum nobis et heredibus nostris obligati de cetero tenebuntur, presentibus inseri ad cautelam de verbo ad verbum fecimus in hunc modum:

(Slijedi listina Bele kralja od god. 1242. 10. marta br. 132. ovoga Zbornika IV.).

Item aliud priuilegium Andree regis patris nostri:

(Slijedi listina kralja Andrije od g. 1209. Vol. III. br. 77. ovoga Zbornika.)

Nos itaque premissas concessiones dicto Jhoani (!) comiti et fratribus suis prenominatis a progenitoribus suis prefatis et a nobis singulas aprobantes, seruicia que pretextu terrarum prefatarum nobis facere tenebantur, eis assumpmentibus taliter duximus limitanda, videlicet quod quamquam comitatus racione de Modros ex ordinacione sepedicti Bele regis aui nostri cum X loricis in regno nostro et cum quatuor extra regnum ser-

uicia facere tenebantur et postmodum ex ordinacione nostra seruicia vtriusque comitatus Wynodol scilicet et Modros in vnum conprehendentes decreuimus, vt cum in maritimis essemus personaliter constituti, in mari nobis galea et saycia tenentur deseruire et preterea in regno cum tribus militibus decenter et honeste expeditis et extra regnum cum duobus militibus seruicium facere teneantur. Quia tamen diuersitates predictorum seruiciorum dubietatem quodam modo inducebant destructis et cassatis ordinacionibus seruiciorum predictorum, ad peticiones dictorum fidelium nostrorum seruicia quibus racione predictorum comitatuum ipsi et heredes ipsorum nobis et heredibus nostris obnoxii de cetero tenebuntur, in sumpma redigimus tali forma, quod nobis in maritimis personaliter existentibus in mari cum vna naui, que saycia dicitur et cum vna barka tenebuntur deseruire; si vero Weglam insulam suam rehabuerint, tunc cum naui que galea dicitur seruire teneantur; insuper cum necesse fuerit exercitum Croaticum conuocari intra montem qui Gozd dicitur et vbicumque in illis partibus voluerimus, seruient nobis cum XX-ti armatis decenter expeditis, ab ista vero parte montis quocumque exercitum conuocauerimus Croaticum, cum decem armatis nobis seruicium exhibebunt. Preterea premissa seruicia non tantum persone nostre exhibebunt, set eciam personis filiorum nostrorum nobis uel in dominio succedencium exhibere tenebuntur; insuper si exercitus aliquis confinia illa inuaderet destruendo, ad subsidium dictorum confiniorum cum predictis seruiciis se attingent ad fugandum aut persequendum inimicos seu infideles nostros tanquam sublimitatis regie fideles fidelitatem debitam exhibebunt. Vt predicte donationes igitur progenitorum nostrorum felicium liberaliter eis facte per nostram innouationis donaticionem postmodum solemniter confirmate uigoris perpetuum robur obtineant, ne processu temporis per quempiam possit in irritum reuocari, sepedicto Johanni comiti et suis fratribus et heredibus eorum heredumque successoribus presentes in stabilitatem perhemnem concessimus litteras sigilli nostri duplicis karaktere communitas; adicientes ex plenitudine gracie nostre, quod si quis ex eis sine herede decesserit, prelibatorum comitatuum Wynodol videlicet et Modros donacio integraliter deuoluatur. Datum anno incarnacionis dominici MCC°LI, nonis aprilis, regni autem nostri anno sedecimo.

Iz potvrdnice kralja Stjepana od god. 1270. potvrdjene po kralju Ladislavu 1279. i po kralju Karlu g. 1322. i 1323.

Original potonje listine (od g. 1323. 7. novembra) u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti. M. O. D. L. no. 33.509. (Stara signatura N. R. A. fasc. 370. no. 34.).

Fejér Cod. dipl. IV. 2, 98.—103. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. 370.—2. — Kukuljević Reg. no. 597.

384.

1251, 18. aprila. U Ulcinju.

Prima se pismo biskupa trebinjskoga, kojim šalje pismo pape Inocencija IV. biskupu ulčinjskomu radi odnošaja prema nadbiskupiji dubrovačkoj.

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, decimo octauo die mensis aprilis, indictione nona, in eorum presentia, quorum nomina inferius conscribentur. Presbiter Dessigna nuntius domini Saluii episcopi Tribuniensis presentauit litteras ex parte eiusdem episcopi Dulciniensi episcopo hunc tenorem habentes: Uenerabili in Christo patri dei gratia Dulcinensi episcopo Saluius eadem gratia Tribuniensis episcopus salutem in domino. Nouerit paternitas uestra, nos a summo pontifice tales litteras recepisse *(slijedi listina pape Inocencija od 23. maja 1250.)* Cum igitur mandatum apostolicum preterire non possumus nec debemus, auctoritate nobis iniuncta uobis precipiendo mandamus, quatinus infra octo mensium spacium iuxta mandatum apostolicum a die uocitationis facte, uobis terminum duximus prefigendum, ut personaliter per uos uel per sufficientem procuratorem cum actis priuilegiis et munimentis iuribus et rationibus omnibus summi pontificis et conspectui presentetis memorato archiepiscopo Ragusino uel eius procuratori legitime responsuri. Actum est hoc in ecclesia sancte Marie maioris de Dulcinio, presentibus presbytero Philippo, presbytero Salamone, diacono Grobe et diacono Zuppano et subdiacono Grobe et eiusdem ecclesie capitulo uniuerso.

(Signum notarii.) Et ego Bonacursus notarius supradictis omnibus interfui atque scripsi, compleui et roboraui anno, die, mense et indictione pretitulatis.

In eodem modo episcopis Polatensi, Scodriensi et Drivastensi.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII. Bullarium Ragusinum 406. — Farlati Ill. sacrum III. 102. — Kukuljević Reg. br. 598.

385.

1251, 23. aprila. U Spljetu.

Leonard klerik, sin Mihe Zadala, ostavlja iza smrti svoga oca kaptolu spljetskomu vrt u Solarati.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indicione nona, mensis aprilis, die VIII. exeunte, temporibus do-

mini Rogerii uenerabilis Spalatensis archiepiscopi, Stephani comitis, iudicum Sreçe Caçete, Duymi Casari et Stepe Madii. Ego siquidem Leonardus clericus filius Miche Çadale, licet graui infirmitate grauatus, sana tamen mente integroque consilio, do et trado post mortem dicti patris mei ex testamento canonicis sancti Domnii ortum meum de Solarata, ut in memoriam teneant obitum meum et orent pro anima mea, sicut pro aliis fieri consueuit et ipsum ortum habeant et possideant ad uoluntatem suam. Testes: Vitus diaconus, Leonardus subdiaconus, Jantii Sabbe et Donatus clericus eius consanguineus.

Ego Dragus Turerii examinator manum meam misi.

Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius, audiens a predicto Leonardo scripsi et consuete roborationis signo compleui. *(Monogr. not.)*

Original u ark. kaptola u Spljetu g. 1251. (XVI. 1. 45.)
Nalazi se na istoj pergameni s originalom od g. 1251, 1. jula.

386.

1251, 8. maja. U Dubrovniku.

Ovjerovljenje papinske listine od 23. maja 1250.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense madii, octavo die intrante, indictione nona, in presentia presbyteri Mathei de Luca et Gervasii Petrane, Visatii de Luca, Vitalis de Ursatio clericorum et Mihaelis Pesane iurati iudicis et aliorum, diaconus Matheus Theofili presentavit domino Johanni dei gratia arhiepiscopo Ragusino ex parte domini Saluii episcopi Tribuniensis litteras suo sigillo sigillatas, auctoritate domini pape hunc modum habentes *(slijedi listina papinska, a ovjerovljuje Pascalis notar dubrovački. Slično ovjerovljuje notar u Drivastu, Skadru, Ulcinju i Pulatu, a svi ti ovjerovljeni prijepisi nalaze se u jednoj skupini.)*

Original u dubrovačkom arkivu. (Zbirka saec. XIII.)

387.

1251, mjeseca maja.

Dioba zemlje Almaš pred pečujskim kaptolom.

Farchasius Quinqueecclesiensis prepositus totumque eiusdem loci capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino.

Constitutus in nostra presencia Fonch iobagio castri de Wlko ex vna parte, presentibus ibidem Nycholao tam pro se, quam pro Henryco fratre ipsius uterino filiis Nycholay et Thoma comite tam pro se quam pro Petro fratre suo, quondam fratribus Phyle prepositi ex alia, confessus est, quod cum ipse cum predictis felicis recordacionis terram Alexii Holmos nomine sitam in parochia de Wlko triginta marcis racione commetaneitatis emisset de argento iam solutis in tribus equis partibus diuidendam vna ipsi Fonch, alia Nycholao cum fratre, tercia Thome comiti cum Petro peruenientibus et ipse Nycholaus suam terciam Abraam ibidem presenti eorum sororio cum eadem sorore tradidisse, placuit ei postea, quod suam uendidit terciam (partem) prefatis Abraam et Thome comiti cum fratre decem marcis iam receptis et ita de terra illa medietas Abraam peruenit, alia medietate ipsi Thome comiti et Petro remanente, quod ut ratum et firmum permaneat. Ad ipsius Fonch precum instanciam litteras presentes nostri apposicione sigilli roboratas predictis Abraam Thome comiti et Petro fratribus concessimus perpetuam rei geste memoriam continentes. Anno gracie M⁰. C⁰C. quinquagesimo primo, mense mayo.(!) Yurkone cantore, Theodoro custode, Wencezlao decano ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Petri lectoris Quinqueecclesiensis.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.708. Stara signatura N. R. A. fasc. 1501. no. 18. — Na listini visi bijela svilena vrvca bez pečata. Na hrptu bilješka: Super Halmos.

Kukuljević Reg. no. 603.

388.

1251, 10. juna. U Baroli-u.

Andrija de Cotopana iz Raba obećaje platiti Andriji iz Zadra neku svotu novaca.

In nomine dei eterni. Anno domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo et decima die mensis iunii, indicionis none, regnante domino nostro Conrado Romanorum, Iherusaleme et Sicilie rege magnifico anno primo. Ego Andreas de Cotopanna de Arba in ciuitate Baroli coram Nicolao imperiali iudice Baroli Leone eiusdem terre imperiali notario, Marino de Arbo scriberio nauclerio et Vito filio Defani, item de Arba testibus ad hoc specialiter conuocatis, in quos iudicem et notarium tamquam in meos consensi, cum scirem, ipsos meos non esse, tibi Andree de Jadara filio Biualdi voluntarie quadi per co-

nuenienciam dedi et per stipulacionem promisi me fideiussorem, ut postquam applicuer(im) Arbam intra tercium diem, ego uel mei heredes reddamus tibi et assignemus tibi uel tuis heredibus in predicta ciuitate Arbe libras sexaginta denariorum paruulorum venetorum, quas mihi . . . dedisti, numerasti et assignasti in Baroli et ipsas tibi debeo excalomniatas . . . . Si uero dampnum aliquod vobis exinde euenerit pro predicto debito recolligendi uel dispendendi aliquod iudices fecerint, de nostro vobis illud restituamus. Unde voluntarie obligamus et appignoramus tibi barcam meam et frumentum meum, quod in eo habeo cum potestate vendendi et vos de predicto debito quitandi nobis, defenderitis dictam barcam et frumentum uobis et quilibet illam uel illud vendiderit, ab omnibus hominibus prelecta impleturis nichil huic scripto oppossituris, liceatque uobis sine compellacione pignoris nos in omnibus . . . nostris licitis et illicitis, donec prelecta omnia uobis adimplea(n)tur. Quod scripsit dictus Leo imperialis Baroli notarius qui interfui.

(Signum notarii.)

Nicolaus iuratus Baroli imperialis iudex.

Original u gubern. arkivu u Zadru (odio samostana sv. Krševana caps. XV. no. 351). Na listini nalazi se trag, da je visio pečat.

389.

1251, 17. juna. U Dubrovniku.

Tolja udovica vadeći svoga sina iz tamnice daje 20 perpera.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis iunii, septimo decimo die intrante, in presentia domini Johannis Justiniani comitis Ragusii et coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Tolia, quondam uxor Jacobi de Cerne, confiteor, quoniam pro isto presente filio meo Ambrosio, quem de carcere comunis Ragusii extraxi, super omnia mea debeo dare perperos uigintiquinque eidem comiti Ragusii. Ego prenominatus Ambrosius in hoc consentio. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Michael Pesane, Goyslauus Teodori Crosii, Pasque Johannis Grade iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

390.

1251, 1. jula. U Spljetu.

Klerik Grgur ostavlja iza smrti svoga brata Fuska, kaptolu spljetskom zemljište kod Amendule.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indicione nona, mensis iulii die primo, temporibus domini Rogerii uenerabilis Spalatensis archiepiscopi, Stephani comitis, iudicum Sreçe Caçete, Duymi Casari et Stepe Madii. Ego siquidem Gregorius clericus filius Duymi Murigi, licet graui infirmitate detentus, sana tamen mente integroque consilio, si Fuscus frater meus decederet sine herede, do et trado post mortem ipsius fratris mei ex testamento canonicis sancti Domnii terram meam que est super sanctum Casianum prope Amendulas, ut in memoriam teneant obitum meum et orent pro anima mea, sicut pro aliis fieri consueuit; et ipsam terram habeant et possideant ad uoluntatem suam. Quod, si fratris mei fuerint heredes, uolo, quod dicta terra deueniat sub dominio illorum heredum. Testes: Nicolaus presbiter sacrista sancti Domnii, Sauinus diaconus et Jonius Murigi. Ego Dragu(!) Turerii examinator manum meam misi.

Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius audiens a dicto Greorio(!) scripsi et consuete roborationis signo compleui.

Original u arkivu kaptola u Spljetu godine 1251. Nalazi se na istoj pergameni s originalom od g. 1251., 23. aprila.

391.

1251, 21. jula. U Dubrovniku.

Knez Ivan Giustiniani potvrdjuje, da su ga Dubrovčani namirili za dvije godine.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis iulii, undecimo die astante, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Johannes Justinianus comes Ragusii confitemur, quoniam in primo preterito anno nostri comitatus Ragusii comune Ragusii dedit et deliberauit nobis illas mille libras denariorum paruorum uenetorum, quas prenominatas libras denariorum ab ipso comuni Ragusii nos debuimus habere in prenominato preterito anno pro salario nostro et pro bannis et condempnationibus dicti anni. Et in isto

presenti secundo anno nostri comitatus Ragusii dictum comune Ragusii dedit et deliberauit nobis alias mille libras denariorum paruorum uenetorum, quas prenominatas libras denariorum ab ipso comuni Ragusii nos debuimus habere in isto secundo anno pro salario nostro et pro bannis et condempnationibus, huius presentis anni. Unde de omnibus prenominatis duobus millibus librarum denariorum facimus perpetuam securitatem comuni Ragusii, ut de dictis duobus millibus librarum deuariorum dictum comune Ragusii a nobis et nostris heredibus in perpetumm permaneat quitum, scapulum et sine querimonia. Et de hoc nullus homo possit in perpetuum aliquid querere, uel calumpniare, uel insurgere super comune Ragusii. Hec autem carta securitatis in sua firmitate permaneat et nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Michael Pesane iuratus iudex, Cerne Vitane, Ulcassus Johannis, Petrus Marini, Petri Clementis et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius, iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

392.

1251, 26. jula. U Jablancu.

Nagoda izmedju općine rapske i župana Nemanje, poradi otetih stvari Rabljanima u Jablancu.

† Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indiccione nona, die sexto exeunte iulio, apud ecclesiam sancti Nicolai de Ablana. Temporibus equidem domini nostri Marini Mauroceni incliti ducis Ueneciarum et venerabilis Stephani Arbensis episcopi, ac Marci Çiani egregii comitis, in presencia testium quorum nomina inferius subscribentur. Nos quidem Sarracinus Chorbauiensis episcopus et comes de S. nuncii a domino bano tocius Sclauonie transmissi ad concordiam et pacem tractandam inter dominum Madium de Gauçigna vice domini Marci Çiani Arbensis comitis et homines eiusdem Arbensis ciuitatis ex una parte et inter çupanum Nemagnam et propinquos suos de Sclauonia ex altera, videlicet de bonis et rebus in Ablana et eius districtu per predictum Nemagnam çupanum et eius propinquos predictis hominibus de Arbe ablatis. Unde pro bono pacis ad hoc, quod inter eos ex utraque parte concordia oriri possit et valeat, sic per concordium diximus Arbenses hominem uel homines suos quos voluerint mittant usque ad domum

Georgii et çupanis(!) Nemagna(!) cum suis propinquis ire debeant et diligenter inquirant res et bona que eisdem Arbensibus ablata fuerunt et que habere uel recuperare poterunt, ad iamdictam domum Georgii conducant et Arbensibus representent et conducant eosdem Arbenses cum bonis et rebus secure usque ad castrum de Ablana absque aliqua difficultate. Item de communi consensu pariter et voluntate ambarum parcium diximus, quod predicti Arbenses ad terminum per dominum banum eis constitutum vadant et ire debeant ad Nonam et ab eodem domino bano recipiant animalia, que idem dominus banus in(!) se habuit de preda facta in eodem loco de Ablana et eis dare voluerit, ita tamen quod cum hec omnia predicti Arbenses in(!) se habuerint et receperint, regressum habeant et habere debeant ipsi Arbenses ad prefatum çupanum Nemagna et ad propinquos eius; et quicquid prenominati Arbenses dixerint solo suo simplici verbo absque aliquo alio iuramento, quod eis de predicta preda bonis et rebus sibi ablatis in eodem loco Ablane defecerit, prefatus Nemagna cum propinquis suis ad terminum uel ad terminos, secundum quod dominus banus inter eos ordinauerit, reddere et restituere teneantur, sub qua pena et condicione idem dominus banus ordinare et imponere voluerit. Acta sunt hec in presencia istorum bonorum virorum, videlicet Ugrino et Cosme Ugrinciho et Stoigo et Juris Gerardini Mauroceni et Fusci de Grube et Domigne Gambete et Juanisi notarii.

† Ego Creste de Piçiga examinator manum misi.

Ego Grimerius Alexii Arbensis notarius interfui et hoc inde scripsi.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. med. aevi.

Farlati Ill. sacr. V. 242 donosi početak listine i sadržaj. — Kukuljević Reg. no. 605.

393.

1251, mjeseca augusta. U Rakanati.

Prijateljstvo izmedju Dubrovnika i Rakanata.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense augusto, indictione nona. Ego quidem Guilielmo de Marco et Nicola Alberti Stesii et Achiles Alberti et Bergannianus Carbonis et Manens Minaldi Infamis (!), consules Racanati, uoluntate et consensu totius consilii predicti castri promittimus bona fide sine fraude et malo ingenio, pacem firmam et amicitiam obseruare omnibus hominibus Ragusii et promittimus eosdem in nostro districto et pertinentiis nostre terre manutenere et eos pro

posse iuuare in personis et rebus, bona fide sine fra(u)de et malo ingenio. Et hec omnia iidem consules iureiurando corporaliter facto firma et rata promiserunt tenere et obseruare.

Signum proprie manus Guilielmi de Marco — Signum manus proprie Nicole Alberti Stesi — Signum manus proprie dicti Acchilis et Bergannati . . . Signum proprie manus domini Manentis, qui ita, ut suprascriptum est, firma promiserunt tenere . . . . .

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

394.

1251, 4. septembra. U Dubrovniku.

Dubrovčani se prisegom obvezuju nadbiskupu, da ga nitko ne smije uznemirivati u posjedu vinograda u Čelapcu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis septembris, quarto die intrante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem vniuersum comune Ragusii ciuitatis iuramus ad sacrosancta dei euangelia, satisfacere et emendare reuerendo patri nostro domino Johanni dei gracia archiepiscopo Ragusii uiolentiam uini unius anni uinee archiepiscopatus Ragusii posita in Celapec, ad estimationem uidelicet duorum clericorum et duorum laicorum super uiolentiam publice et manifeste perpetratam per Slauam uxorem quondam Gervasii Naymeri et filium eius Philippum et sequaces et defensores eorum. Supradicta uinea a tempore quo dicta uinea fuit tradita et deliberata clerico Damiano Somari procuratori supradicti domini archiepiscopi Ragusii per nobilem uirum Jacobum Delfinum tunc comitem et per totum comune Ragusii, secundum quod apparet per publicum instrumentum. Nos comune Ragusii firmando et iurando per sancta dei euangelia, quod de cetero si per dictam Slauam et filium eius Philippum uel consanguineum eius uel per summissam personam manifesta uiolentia in dicta uinea facta fuerit, per eundem(!) sacramentum sancti euangelii dictum dominum nostrum archiepiscopum et ecclesiam Ragusii in omnibus tenemur defendere et adiuuare et manutenere. Hec autem omnia que suprascripta sunt Martholus de Ursacio iuratus noster uicarius super animam nostram et suam per uoluntatem omnium nostrum iurauit rate et firmiter obseruare. De hac autem securitate sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Michael Pesane, Goyslauus Crosii, Theodorus Bodatie, Pasqua Johannis de Prede iurati iudices et Petrus Ballislaue, Mengatia Lampri, Rosinus Goyslaui, Michael

Binzole, Vlcassus Johannis, Andreas Vlci et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu, a dolje prerezana pismena. Zbirka saec. XIII.

395.

1251. 7. septembra. U Spljetu.

Sud spljetski dosudjuje nadbiskupu Rogeriju pravo na zemlju u Mutograsu.

Anno dominice incarnationis MCCLI. indictione X., mense septembri, die 7. intrante, temporibus domini Rogerii archiepiscopi Spalatensis, Stephani comitis iudicum, Serze(!) Cazete, Duymi Casarii et Stepe Madii. Ex parte predicti domini Rogerii archiepiscopi per aduocatum suum fuit propositum coram nobis supradictis iudicibus, quod Nicolaus filius Beli Petri quasdam uineas et terras tenebat in Monte Grasso contra iustitiam, spectantes ad ecclesiam Spalatensem; vnde de hiis sibi iustitiam fieri postulabat. Ad quem(!) quidem Nicolaus respondit, quod uineas et terras illas tenebat successorio et proprio iure et non credebat ipsas spectare ad ecclesiam Spalatensem. Ad quod ex parte archiepiscopi fuit responsum, quod, cum dudum inter Rainerium archiepiscopum predecessorem suum et Nicolaum auum Nicolai predicti de illis possessionibus questio fuisset, antedictus auus in manibus legati domini papę possesiones illas renunciauit et prędecessores sui per multa tempora agraticum de illis possessionibus receperunt, quod per montanum et testes legitimos probare uolebat. Nos uero montanum nobis legi fecimus et testes, uidelicet Brayam et Srexam supradictum iudicem recepimus, qui testificati sunt, sicut ipse archiepiscopus dicebat et possessiones illę infra limites Montis Grassi erant, designando hos limites: incipiendo a mari ex parte Dalmisii a potoc ascendendo illud ad quandam pirum syluestrem superius uersus montem usque ad planitiem eundo ad aquam que uocatur Murua et descendendo ex parte Spalati usque ad quendam lapidem magnum rotundum et deinde incipit aliud potoc usque ad mare; et predicte possessiones erant supra hos limites constitutę. Propter quas probationes habito consilio uineas et terras illas ipsi archiepiscopo et ecclesie adiudicauimus et predictum Nicolaum condemnauimus. Testes: presbyter Prodanus, Desa Michaelis, Micha Madii, Joannes Cegaydi, Joannes Vitalis, Marinus Bonazunta, Stephanus nepos Peruone sacristę sancti Domnii et multi alii nobiles.

Ego Nicolaus Duimi examinator manum meam misi.

Et ego Joannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius precepto supradictorum iudicum et curię scripsi et consuetę roborationis signo compleui.

(Signum notarii.)

Iz: Descrizione della mensa (17. vijek) fol. 163—164. u arkivu nadb. u Spljetu.

396.

1251, 11. septembra. U Spljetu.

Androsije Gregorijev obvezuje se na plaćanje duga.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indictione decima, mensis septembris, die undecima intrante, temporibus domini Rogerii venerabilis Spalatensis archiepiscopi, Stephani comitis, iudicum Sreze Cazete, Duimi Casari et Stepe Madii. Ego siquidem Androsius Gregorii Damasce una cum uxore mea Mara confitemur et manifestum facimus, quia suscepimus mutuo a te Maria Vince Grecii uxore Uelco filii Radogosti octo libras denariorum, pro quibus posuimus tibi pignus paratineam dicte uxoris mee que est in ciuitate iuxta domum ipsius, ut eam ad omnem uoluntatem tuam teneas, donec pretaxatam pecuniam tibi plenarie soluamus, quam tibi ab omni homine excalumniari tenemur et super hoc iurauimus tibi, quod numquam faciemus querimoniam super hoc nec in curia temporali nec in spirituali, quod si fecerimus, omnes expense(!) facte propter hanc causam tenemur tibi componere. Testes Dobre Duscize, Gaudius Sandaleli et Biualdus Duymi.

Ego Dragus Laurencii examinator manum meam misi.

Et ego Johannes clericus comunis Spalatensis iuratus notarius audiens a dictis Androsio et Mare uxore scripsi et consuete roboracionis signo compleui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru.

397.

1251, 12. septembra. U Zadru.

Parnica radi polovice jedne kuće s vrtom izmedju Madija de Muto i samostana sv. Nikole.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis septembris, die duodecimo intrante, indictione

decima, Jadre. Temporibus equidem domini Marini Mauroceni incliti ducis Venecie et magistri Laurentii, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Baldoini Quirini, egregii comitis. Testificans (con)fiteor ego quidem Cresce de Yghenano tribunus et in ea ueritate que Christus est dico, quod constitutis in presencia domini Baldoini Quirini, comitis Jadrensis, pro tribunali sedentis et eius curie Papo de Petrogna aduocato monasterii sancti Nicholai ex una parte et Madio de Muto ex altera, prefatus Papus nomine et uice monasterii sancti Nicholai in iudicio proponens ait: Domine comes, iste Madius iniuste detinet medietatem domus quondam Duymi de Muto et ortum a parte boree ipsius domus. Que medietas domus et ortus pertinent ad monasterium sancti Nicholai. Peto igitur nomine et uice suprascripti monasterii, ut ipsum ad suprascriptam medietatem domus cum orto restituendam ipsi monasterio auctoritate ordinaria conpellatis. Dictus uero Madius incipiendo proposuit: Domine comes, non placeat deo, quod medietas dicte domus aliquar . . . . . ne ad suprascriptum monasterium pertineat, nec aliquid ibidem occasione ipsius medietatis, quia (Den)iça amita mea, monialis suprascripti monasterii, medietatem suprascripte domus mihi donauit, quam donationem publico instrumento confirmauit, quod ecce coram uobis in medio exhibeo, factum manu magistri Gregorii Jadrensis notarii. In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo, mense . . . . . bri die septimo exeunte, indictione quartadecima, Jadere. Temporibus equidem domini Jacobi Teupuli incliti ducis Venecie et Dominici Franci, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac Johannis Michaelis egregii comitis. Ego namque Deniça, filia quondam Madii de Muto, fateor per hoc presens scriptum, quia pro amore et dilectione quam habeo in te nepotem meum Madium, filium quondam Marini de Muto dono tibi medietatem unam cum omnibus suis pertinenciis de domo, que fuit dicti Madii de Muto. De qua eciam medietate dicte domus Dimincia nurus quondam dicti Madii in obitu suo dixit, quod mea deberet esse et tu dictus Madius nepos meus habes aliam medietatem dicte domus. Igitur amodo in antea liceat tibi et tuis heredibus dictam medietatem domus libere habere, perpetuo possidere cum plena uirtute et potestate vendendi, dandi, donandi, colendi, obligandi, pro anima iudicandi et totam tuam uoluntatem ex inde faciendi, nemine tibi contradicente. Ob quam donationem talionasti mihi decem libras denariorum paruorum venetorum, insuper debes et teneris prouidere mihi in uictu et uestibus et in rebus mihi necessariis bona fide et sine fraude tota uita mea, et cetera, ut in eo legitur. Prefata uero Deniça in iudicio respondens ait: Domine comes, nichil horum que ab isto Madio in carta superius contenta promissa sunt mihi attendid . . . . . auit. Quo audito dominus

comes cum suis iudicibus prefate Deniçe dictum Madium nichil . . . . . . ssis in suprascripta carta sibi attendisse sacramentum indicentes, suprascriptam medietatem domus cum orto a parte borree ipsius domus monasterio suprascripto perpetua proprietate possidendam per deffinitiuam sententiam adiudicauerunt, suprascriptam cartam a Madio in iudicio exhibitam uacuam et irritam decernentes. Et super sua deffinitione me suprascriptum Cresce pristaldum constituerunt. Ego uero ex officio mihi . . . . . a suprascripta Deniça secundum formam in sententia expressa sacramentum recipere uolens datis at . . . . . . a domina abbatissa sancti Nicholai viginti solidis venetorum paruorum ipsi Madio pro sacramenti remissione, ipse sacramentum sponte remisit. Quibus sollempniter gestis, ego secundum formam sentencie monasterium sancti Nicholai corporali possessione et proprietate suprascripte medietatis domus cum orto in perpetuum possidende plenarie inuestiui. Et omnia premissu de mandato domini comitis hoc breuiario manu publica contineri et hec per uerum testimonium dico. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis uocatis et rogatis testibus: Stephano de Falicanço et Gregorio Viti de Ç . . . .

† Ego Bartholomeus de Dumino examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Guilelmus Pauper Jadrensis notarius interfui rogatus, vt audiui de mandato domini comitis breuiarium scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubern. ark. u Zadru odio sam. sv. Nikole br. 10. — Oštećena na lijevom rubu.

398.

1251, 13. septembra. U Rabu.

Sud izmedju kaptola rapskoga i samostana sv. Petra u Rabu.

Temporibus Marini Mauroceni ducis Venetiarum, Stephani Arbensis episcopi ac Marci Ziani comitis; praesentibus Madio Zoleo, Marco de Romasulo et Georgio de Vallaga, Verussia abbas sancti Stephani, Arbensis dioecesis, Marcus Zianus supradictus comes Arbensis, Clemens Madii de Rusaldo, Domaldus de Martinusso et Dimigna Gambetta iudices arbitri decreverunt in causa inter Petrum de Romasulo archidiaconum Arbensem et eius capitulum ex una et Madium abbatem sancti Petri Arbensis dioecesis cum suo conventu ex altera parte, quod de plena voluntate inter se concordaverint ambae partes in episcopio Arbensi cum voluntate etiam superius nominatorum, ut quidquid dicti iudices arbitri ordinaverint, pro firmo habeant sub pena mille perperorum denariorum venetorum

parvorum, ordinantes, quod abbas monasterii sancti Petri cum suo conventu per suum nuncium teneatur invitare episcopum Arbensem cum suo capitulo octo dies ante festum sancti Petri et clericis qui ad festum ibunt teneantur dare prandium competens; item teneantur mittere in vigilia sancti Petri pro domino episcopo et suo capitulo sex equos, si monasterium habuerit suos equos, si non, adminus id quod habuerit et si suum equum non habuerint, nil debeant mandare. Item monasterium debet mittere pro capella episcopi et quando episcopus cum suis clericis veniet ad monasterium, ad ingressum ecclesiae cum processione abbas cum suis monachis debent venire cum incenso et aqua sancta et honorifice recipere eos; et tota offerta quae venerit ante missam maiorem deveniat monasterio; et omnes denarii de offerta quae venerint ab initio missae maioris episcopus cum suo capitulo habeat; insuper capitulum mittat annuatim suum clericum nuncium, qui invitabit abbatem cum conventu ad festum victoriae sancti Cristophori et abbas debet stare iuxta archidiaconum et monachi debent habere in monasterio unum modium de vino.

Kukuljević Reg. no. 609.; on domeće: »Ex transumpto anni 1739. In mea collectione«.

399.

1251, 2. oktobra u Dubrovniku i 13. decembra u Veneciji.

Dubrovčani, nadbiskup i općina zalažu svjetsko i crkveno dobro za put u Rim.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense decembri, die tertio decimo introeunte, indictione decima, Riuoalti, per uirtutem et potestatem unius comissionis carte cuius tenor talis est: † Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis octubris secundo die intrante, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem uniuersum commune Ragusine ciuitatis et capitulum maioris ecclesie sancte Marie et uniuersitas totius cleri Ragusii et nos diocesis Ragusina, uidelicet abbates cum suis conuentibus, tam religiosi et clerici seculares, quam etiam layci, iurati iudices Michael Pezane, Theodorus Bodatie, Pascua Johannis Grade et consiliarii de paruo et magno consilio Velcius Bladimiri, Petrus Ballislaue, Bubana Petri, Petrus Srecte, Siluerius Blasii, Calenda Lampino, Mengatia Lampri,

Rosinus Goyslaui, Andreas Velcii, Mathias Balatie, Marinus Binzole, Johannes Ranane, Bogdanus Pigini, Nycholiza Pecinagii, Michael Marcussi, Dimitrius Mentii, Sersus Clementis, Palma Marini, Petrus Stefani cum toto populo Ragusii pro honore utilitate et negotiis necesariis ciuitatis et ecclesie Ragusine in curia summi pontificis promouendis, damus et tradimus et concedimus meram et liberam autoritatem et plenissimam potestatem uenerabili patri et domino Johanni dei gratia archiepiscopo Ragusino et presbytero Petrane de Marca et Sabino de Felice accipiendi super nos et super ciuitatem Ragusii mutuum siue imprestitum ab una uel pluribus personis tantam pecunie quantitatem, quanta eis fuerit necessaria pro expendiis necessariis faciendis eundo Ragusio ad curiam domini pape, standi et moram faciendi in dicta curia et redeundi Ragusium, donec causa quam habemus uel speramus habere sum Antibarensi et Bosnensi et aliis episcopis fuerit dante domino per summum pontificem terminata. Et omnes pactiones et conuentiones, penas et obligationes per iuramentum uel per alium modum, quas dicti dominus archiepiscopus et presbyter Petrana et Sabinus fecerint uel ordinauerint cum creditoribus uel mutuantibus pecuniam predictam per omnia, adimplebimus et persoluemus ratas et firmas et illibatas habebimus in perpetuum. Ad maiorem autem firmitatem et securitatem ac fidem indubitatam prestandam huic presenti commissionis et potestatis carte sigilla nostra duximus apponenda. Actum est hoc Ragusii in plena curia. Martholus autem de Ursacio iuratus noster uicarius per uoluntatem nostram super animam omnium nostrum et suam iurauit ad sancta dei euangelia hec omnia predicta obseruare. Hec autem carta comissionis et potestatis in sua firmitate permaneat et nullo testimonio rumpi possit. Ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus hiis omnibus interfui et ordinata curia cum sonitu campane scripsi, compleui et roboraui.

Manifestum facimus nos suprascripti Johannes archiepiscopus Ragusinus, presbyter Petranus de Marca et Sabinus de Felice Ragusini, quia cum nostris successoribus tam nomine nostro quam nomine suprascripte comunitatis ciuitatis Ragusii recepimus a uobis Angelo Corrario et Simeoni Justo de confinio sancti Petri de Castello et uestris heredibus libras denariorum venetialium grossorum integras uiginti quinque, quas nobis euntibus ad curiam domini pape specialiter pro suprascripta causa, quam habet ecclesia Ragusina et comune Ragusinum cum Antibarensi et Bosnensi et aliis episcopis, dedistis et prestitistis sine aliquo prode ex dilectione, quam in nos et suprascriptum nostrum comune habetis, conuertendas et expendendas in prosecutione et determinatione dicte cause ammodo usque ad festum sanctorum apostolorum Petri et Pauli prius uenturum per suprascriptam indictionem uel annum, uobis redendas.

Ad ipsum igitur terminum, uel antea debeamus per nos uel nostrum missum dare et deliberare uobis uel uestro misso hic in Riuoalto suprascriptas uestras libras denariorum venetorum grossorum uiginti quinque saluas in terra sine omni periculo et occasione, aut ullis interpositis capitulis. Hec autem que suprascripta sunt, si non obseruauerimus, tunc emendare debeat suprascriptum comune ciuitatis Ragusii et ipsi homines de Ragusio cum suis successoribus uobis et uestris heredibus suprascriptas uestras libras denariorum venetorum grossorum uiginti quinque in duplum et insuper quodcunque dampnum et expensas que uobis pro exigendis hiis occurerent, credito tantum simplici uerbo uestro sine aliqua probatione de eisdem comunitatis dicti Ragusii et Ragusinorum omnium et singulorum uniuersaliter et particulariter sint uobis obligata et ipsa ubicumque tam in Venetia quam ubilibet sine alicuius curie misso, quocumque Ragusinorum siue cuiuscumque Ragusini sint quecumque bona sint illa uniuersaliter seu generaliter et particulariter intromittere possitis et de hiis omnibus satisfacere uobis ipsis et plenam solutionem accipere. Ad hec insuper, ut securiores sitis de suprascriptis, omnibus manifestum facimus nos suprascriptis Johannes archiepiscopus, quia ponimus vobis suprascriptis Angelo Corrario et Simeoni Justo in pignore pro hiis omnibus capselam unam in qua sunt pallium nostrum et omnia ornamenta necesaria ad pontificale officium, promitentes uobis in uerbo ueritatis, quod quousque de predictis omnibus uobis plene non fuerit satisfactum, non exerceri faciemus per aliquem pontificem aliquod officium pontificale in ciuitate uel diocesi Ragusina ; et hec manifestationis carta in sua permaneat firmitate.

(Različitim rukama.)

Signum suprascripti Sabini de Felice qui hoc rogauit fieri.

† Ego Johannes dei gratia archiepiscopus Ragusinus manu mea subscripsi.

† Ege Petranus de Marca presbyter manu mea subscripsi.

† Ego Petrus dei gratia episcopus Castellanus testis subscripsi.

† Ego Thomas canonicus Castellanus testis subscripsi.

† Ego Dominicus Finus presbyter canonicus Castellanus testis subscripsi.

† Ego Jacobus Georgius Vincesdeum testis subscripsi.

(Signum notarii.) Ego Marcus presbyter plebanus sancti Geminiani notarius et ducalis aule Venetie cancelarius compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

400.

1251, 11. oktobra. U Dubrovniku.

Izbrajaju se privilegija dubrovačke nadbiskupije.

† Anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis octubris undecimo die intrante, Ragusii, ordinato capitulo totius ecclesie Ragusine et ordinata curia more solito cum sonitu campane. Cum pro magnis et arduis negotiis et antiquo bono statu et honore ecclesie et ciuitatis Ragusii recuperando, uidelicet pro causa quam ecclesia Ragusina habet super Antibarensem, Dulcinensem, Bosnensem et super alios episcopos suffraganeos suos, uenerabilis pater dominus Johannes dei gratia arhiepiscopus pergebat ad dominum papam ac secum portabat presbyterum Petranam de Marca et Sabinum filium Felicis, tunc idem dominus Johannes archiepiscopus Ragusinus dicto Sabino bono consensu et laudatione totius capituli ecclesie Ragusine et comunis Ragusii in presentia subscriptorum testium et multorum aliorum qui in castello Ragusii interfuerunt tulit breuilegia Ragusine ecclesie, datis sibi a summis romanorum pontificibus sigillata et munita sigillis eorum, quorum nomina pontificum sunt hec: Benedictus papa octauus unum breuilegium, Gregorius septimus unum, Pascalis secundus unum, Calixtus secundus duo, Innocentius secundus unum, Anastasius quartus unum, Adrianus quartus unum, Alexander tertius unum, Urbanus tertius unum, Clemens tertius unum, Gregorius nonus unum, exemplar breuilegii pape Zaharie, cartam episcopi Pauli Dulcinensis cum sigillo suo, cartam consecrationis Brataslaui episcopi Bosnensis, cartam de sacramento Marci episcopi et capituli Dulcinii sigillatas et roboratas et alias litteras Alexandri pape. Tunc autem erant procuratores sanctarum reliquiarum et dictorum breuilegiorum et dictarum cartarum Grubessa Gundule, Michael Pesane et presbyter Pascalis de Capalu. Et prenominatus dominus noster archiepiscopus dixit se habere apud se breuilegium sibi concessum a domino Gregorio papa nono. De hoc autem facto sunt quatuor carte, hec et alie tres. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes qui interfuerunt: presbyter Paulus de Marco, presbyter Blasius Johannis, presbyter Johannes Lazari, presbyter Johannes Gauzoli, presbyter Sabinus Cernelii, diaconus Matheus Theophili, diaconus Antonius Jacobi et plures alii clerici et Theodorus Prodani Bodatie et Pascua Johannis de Grade, iurati iudices et Petrus Balislaue, Margatia Lampri, Petrus Srecce, Micha Petri Malussi, Andreas Zreue, Mathias Balatie, Marinus Binzole,

Petrus Cranicii, Nycoliza Pecinagii, Michael Derzie et plures alii laici. Ego autem pronominatus presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu (Zbirka saec. XIII.)

401.

1251, mjeseca oktobra.

Mihajlo, knez spljetski i kaštelan kliški, potvrdjuje kupnju sela Mirce učinjenu od bratstva Berinići iz Dubrave s Mihajlom sinom Sabacija Sulice.

Michahel dei gracia et regie maiestatis et consensu Stephani ban comes Spalatensis et castellanus Clissiensis, nec non et Polliciensis comes significamus omnibus hominibus ad quos littere iste peruenerint salutem et omne bonum. Hoc actum est, quod Braten ex parte cognacionis sue de Berinnici de Dubroua accessit ad presenciam nostram secum portando litteras instrumentorum dicens: Scimus hoc domine, quod nobis uellent inimici et uicini nostri iniuriam atque uiolenciam facere de quandam villam(!) nostram que uocatur Myrce, quam empti sumus ab Michahele filio Sabacii Solize(!) et ad eorum parentellam. Memoratam villam in Dubroua his terminibus(!) determinatam metibus(!), scilicet ab asidibus et usque ad tres lapides et sursum ad montem Lubobil finito precio pro LXXXVIII romanatis pro fine et duos romanatos atque duas pecci . . . . dedimus super hoc besuetyo, secundum legem Sclauorum. Nunc ergo rogamus dominacionem uestram, quatenus sicut habemus in scripturis scriptum, emptionum(!) ville nobis velitis hoc confirmari, ne forsitan aduersarii nostri aliquid nobis nocere possint. Ad hec sepedictus Michael comes uidens instrumenta litterarum de prenominata villa, quod essent firme et recte secundum consuetudinem istius, dedit eis pristaldum quoddam(!) uicinus(!) predicte ville Nicolaum filium Belciz cui et ipse dedit pristaldiam I romanatum; et ipse iuit et circuiuit totam villam, sicut metas ostenditur(!) fecit iamque litteras suas iuxta litteras eorum, quod sicut emerunt ab Michaele Sabacii Sulize et comite Martinusi cum fratre suo Jorre, ita nos firmiter et libere confirmamus; ut habeant omnem potestatem omnemque uirtutem super eam iure hereditario possidendam(!) uendendi, donandi suisque heredibus et proheredibus libere dimittendi. Acta sunt autem hec hiis numeris anno

dominice incarnacionis millesimo CCLI mense octubrio(!). Vt autem hec sentencia firmo perpetuo habeantur(!), presentem paginam nostro sigillo duximus muniendam.

Original u arkivu samostana svete Marije u Zadru. — Vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat. — Listina sastavljena nepravilnim jezikom pisana je ipak pravilnim pismom.

402.

1251, 12. novembra. U Perusiji.

Inocencije IV. papa prima pod zaštitu svetoga Petra i potvrdjuje samostanu sv. Krševana u Zadru sve posjede.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . . . . . abbati et conuentui monasterii sancti Grisogoni ordinis sancti Benedicti Jadrensis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, domos, possessiones, prata, nemora, piscationes et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos uestro monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc temptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusii II idus nouembris, pontificatus nostri anno nono.

Original u gubern. ark. u Zadru (odio samost. sv. Krševana capsula I.) m. A. no. 12.

Na listini nalazi se svilena vrvca crvene i žute boje; pečat je otpao.

403.

1251, 17. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje Ernestu županu varaždinskomu tri sela u istoj županiji.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatare. Prouida regie serenitatis circumspeccio diligenti consideracione debet metiri merita singulorum et singulis quibusque pro meritis respondere. Proinde ad universorum noticiam tam presencium quam posterorum harum serie volumus peruenire, quod dilectus et fidelis noster magister Erne comes Worostiensis, cum barbara gens Tartarorum insultu bellico regnum nostrum adiit et inuasit, preclaris fidelitatis insigniis coram nostre maiestatis occulis tam commendabiliter enituit, ut cum inualescente aduersitate defectum equorum habere nos contigisset, ipse viuere postponens et vitam nostram morte sua redimere desiderans, equum quem pro saluanda persona sua habebat pro saluacione persone nostre nobis obtulit equitandum, ipse uero cum eisdem qui nos sequebantur prelium certaminis iniens post plures punctus lancearum et ictus sagittarum ac recepcionem wlnerum inimicorum insultibus viriliter resistendo, de medio hostium deo propicio se uix potuit liberare. Ad hec cum ante faciem Tartarorum eodem tempore ad maritima deuenissemus, idem diversis fortune casibus ad mandatum nostrum se exponens, eo tempore cum discrimina viarum et insidie hostium securos meatus non permitterent, ipse solus ibat ad speculandum descensum Tartarorum et rumores quos ibidem percipiebat nobis fideliter referebat, in omnibus eciam aduersitatibus nostris, que tunc pro tempore imminebant iugi, seruicio atque fideli nobis continue assistebat. Preter hec idem eciam in conflictu belli, quod commisimus contra ducem Austrie et eundem diuina opitulante gracia neci tradidimus dimicando, tanta fidelitatis seruicia et retribucioni condigna coram nobis et omnibus baronibus ac nobilibus regni nostri principaliter exhibuit preliando, quod quendam militem probum et insignem de Theotonia cum propria lancea deiecit et ita plenum de eodem obtinuit triumphum, quod caput eiusdem amputauit et nostro conspectui ac baronum nostrorum per suum militem destinauit. Item cum quadam vice exercitum nostrum contra Austriam duximus destinandum, dictus fidelis noster semper aspirans ad incrementum glorie regie maiestatis et honorem, quendam bonum militem et famosum

de Imperg capitaneum illius regionis Preucel nomine nuncupatum, qui cum exercitu suo de dicto castro Imperg prodierat in campum, ipse prior ante omnes impetum faciens in eundem hasta de dextrario suo potenter deiecit in terram et dextrarium suum lancea transfixum ibidem interemit, quo peracto exercitus dicti Preucel territus et confusus terga dedit et multis ex hiis peremptis, alii fuge presidio in dictum castrum vix se recipere potuerunt. Nos igitur ad tam preclare fidelitatis et seruiciorum ipsius exhibitorum, licet non condigna remuneracione, grato tamen assensu et gracie nostre beneplacito occurrentes et pro tanto quod ipsius honorem magistratu videlícet nostrorum agazonum comitatu cui nunc preest, commutauimus quatuor villas Sclauonicas comitisse Worostiensis in eodem sitas comitatu ipsi magistro Erne et suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo duximus conferendas et eundem in corporalem possessionem dictarum villarum per fidelem nostrum Thomam comitem de Herusueu fecimus introduci et eodem referente sicut didicimus mete terre dictarum villarum hoc ordine distinguntur. Prima terre ipsius meta incipit a parte orientali super fluuium nomine Blysna potoka, ubi iuxta terram filii Selk vadit ad superiorem partem eiusdem fluuii et super eundem fluuium tendens vadit ad terram decani Zagrabiensis, inde venit ad terram filii Farcas et iuxta terram filii Farcas venit ad fluuium qui dicitur Golobich potoka, ubi venit ad terram filii Berk et inde idem fluuius qui Golobich potoka dicitur ducit ad fluuium Pituiche(!) et ibi aliquantulum transit fluuium Pythuiche et venit ad terram episcopi Zagrabiensis, inde venit ad terram populorum de Worosth, deinde venit ad terram Welchek et ibi cadit iterum ad fluuium Pithuiche et inde tendes ad inferiorem partem ipsius fluuii Pithuiche reuertitur ad priorem fluuium nomine Blysna pothoka et ibi mete ipsius terre terminantur. Ut autem hec nostra donacio robur debitum obtineat in perpetuum, nec aliquo successu temporum queat retractari uel in irritum reuocari, ad eius stabilitatem presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, XV. kalendas decembris, regni autem nostri anno sexto decimo.

Iz izvor. prijepisa kralja Sigismunda od god. 1409. 25. jula, na pergameni, u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 34.001. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1597. no. 4.

Drugi izvorni prijepis na perg. kralja Sigismunda od g. 1418. učinjen na molbu Woyna i Grgura de Kneginec u arkivu grada Varaždina fasc. I. no. 3.

Za istoga ovoga župana s jednakom naracijom izdana još jedna darovnica kralja Bele oa god. 1251. 7. jula za zemlju Terebes u županiji

szatmarskoj kod Fejér Cod. dipl. Hung. IV. vol. 2. p. 92—95. Od ove listine vidio je Wenzel original u arkivu baruna Perényi-a (Wenzel: Cod. dipl. Arp. VII. 323).

Kukuljevic Borba Hrvata s Mongoli i Tatari 100—1. — Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. 321—3. (po rukopisima Adama Rajcsányi-a). — Kukuljević Reg. no. 612.

404.

1251, 22. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Šibenčanima njihova prava.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam pervenire uolumus presencium per tenorem, quod accedentes ad presenciam nostram fideles nostri Daniel comes Sibinicensis et Stanymir archipresbyter civitatis eiusdem, transcriptum confirmacionis privilegii ipsorum nostro conspectui presentarunt, petentes a nobis diligenter et attente, ut quia propter generalitatem in eo contentam iura ipsorum usurpentur, illud iterato dignaremur confirmare et lucidius explicare. Et nos iustis ipsorum precibus inclinati, memoratum transcriptum, cum de ipsius veritate liquido constaret, tum per relationem dilecti ac fidelis nostri Stephani bani totius Sclavoniae, qui terras infrascriptas presentialiter inspexerat, tam etiam per alia experimenta manifesta, reconfirmavimus et quedam generalia specificavimus, ut petebant. Cuius utique tenor talis:

(Slijedi listina kralja Bele od g. 1245. 11. aprila br. 237.)

Et quia excrescentibus hominum malitiis ex corruptela seculi senescentis plerumque iura usurpantur aliorum, volumus tam ipsos cives suis terminis contentos esse, quam etiam alios ratione generalitatis nil posse de iuribus ipsorum ab eis vendicare, terras Boscilina, Grebech, Morigne Mocro et omnes alias ad ius regium pertinentes sub istis terminis contentas, a flumine Karka de molendinis usque ad Kolewrath hinc ad (Beli)hyh, abhinc ad Zyharyn, inde ad Pocronyk, dehinc ad Mericham, hinc ad Cosse . . . .; inde ad Scithnicha, de hinc ad Lipinicham, deinde ad . . . . . . abinde ad Kolegane, rursum ad Scinokam, inde ad Orlochmale; hinc ad Vgragenyk usque mare ad Boraycham, exceptis tantummodo L . . . . . . Radesech, Prapathnicha, Radyn, Bliznicha et Blyza, quas in nullo volumus ipsis pertinere, eisdem confirmamus et in perpetuam stabilitatem dupplicis sigilli nostri munimine roboramus, vo-

lentes, ut nullus unquam banus pro tempore constitutus, seu quis alius ratione terrarum predictarum eos possit vel debeat molestare. Hoc tamen nolumus pretermitti, quod iidem nos, quum ad maritima venerimus, eo nos . . . . . quo domini a subditis recipi consueverint et iuxta nostre magnitudinis decentiam honeste procurabunt, habundancius nunc utique propter hanc gratiam . . . . hactenus facere consueverunt. Datum per manus venerabilis patris Benedicti archiepiscopi Colocensis, aule nostre cancellarii, reverendo Stephano archiepiscopo Strigoniensi, Basilio Cenadiensi, Gallo Ultrasilvano, Zalaudo Wesprimiensi, Heymone Waciensi, Philippo Zagrabiensi, Lamperto Agriensi, Achile Quinqueecclesiensi, Artolpho (Geuriensi), Wincentio Waradiensi episcopis ecclesias dei salubriter gubernantibus. Rolando palatino et comite Posoniensi, Stephano bano totius Sclavonie, Chak magistro tavernicorum nostrorum et comite Supruniensi, Laurencio woyawada Ultrasilvano et comite de Wlco, Paulo iudice curie nostre et comite Zaladiensi, Dionysio Zounugiensi, Henrico Symigiensi, Nicolao magistro dapiferorum nostrorum, Bagon magistro pincernarum nostrorum et comite de Bana, Moys marescalco, Benedicto Musuniensi, Nicolao Ferrei castri, Detrico Jauriensi, Erney Worosdiensi et aliis quam pluribus magistratus et comitatus tenentibus. Datum anno domini MCC quinquagesimo primo, octavo kalendas decembris, regni autem nostri anno XVI.

Original u ug. narodnom muzeju u Budimpešti (iz zbirke N. Jankovića). Na listini vidi se trag gdje je o žutoj svilenoj vrvci visio pečat.

Lucius Mem. di Traù 72 donosi regest. — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 2, 97—98. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XII. 690—692. uzeo iz potvrde od g. 1274. 29. jula po kralju Stjepanu, potvrdjene po Karlu g. 1321. — Kopija u Libri commemoriali V. 191—4. — Kubinyi Cod. dipl. Arp. I. 27—29. — Kukuljević Reg. no. 615.

405.

1251, 23. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Šubićima županiju bribirsku.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen[1]. Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex in perpetuum. Regum celsitudo requirit et sublimium

[1] Velika produžena pismena poput onih u papinskoj i carskoj kancelariji. —

debetur dignitati, ut intuitus sui oculos tanto iocundius in suos fideles iniciat, quanto ipsa fidelitas, per quam regum regnorumque omnium potencia roboratur, ceteris virtutibus politicis est merito preferenda et amplioribus premiis attolenda; praesertim cum hominibus infectis corruptela seculi senescentis, quo rarior repperitur, eo carior sit habenda et ardencius amplexanda. Hac igitur consideracione inducti tenore presencium scire uolumus universos, quod cum fideles nostri Stephco comes et Iacou filii comitis Stephani, Gregorius et Daniel comes filii Bribine[1] comitis et Obrad, nec non et nepotes eius, filii uidelicet comitis Budyzlai, nobiles de Breberio, a primeuis ipsorum temporibus paternis uestigiis inherentes tam grata semper fidelitatis obsequia et ubique attollenda coram nostre maiestatis oculis studiosius impedissent, ut expugnatis et effugatis Damaldo et Boyzym ac cognatis eorundem, qui a fidelitate debita aberrarant; contra multos eciam alios aduersus regiam maiestatem resultantes, in prelio nauali et terrestri sepe ac sepius uiriliter dimicantes, laudabilem uictoriam obtinuissent et triumphum, per omne spacium temporis in omni seruicio nostro immobiles perstiterunt. Ad hec cum tempore persecucionis Tartharorum qualitas temporis et negocii ad partes maritimas nos exegisset declinare, iidem ipsi nos et nostros, tamquam fideles nostri et deuoti sedulo receptantes, uniuersa que habebant ad nostrum exposuerunt preceptum et mandatum, suas personas contra insultus Tartharicos et alios diuersos fortune casus multipliciter exponendo; quosdam eciam qui in ipso euentu se erigere et extollere contra nos intentabant, commendabiliter represserunt. Nos igitur, quibus ex officio regie dignitatis incumbit metiri merita singulorum et singulis pro meritis respondere, tam eximiam bonorum actuum prerogatiuam memoriter retinentes, comitatum Breberiensem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis a progenitoribus nostris eis liberaliter datum et collatum, ac inclite recordacionis patris nostri priuilegio roboratum, quod tamen casu dicitur amissum, plene et pacifice eisdem duximus confirmandum, ut tam ipsi quam ipsorum heredes heredumque successores in perpetuum possideant pleno iure. In cuius confirmacionis et collationis memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras impressione auree bulle nostre roboratas. Datum per manus venerabilis patris Benedicti archiepiscopi Colocensis aule nostre cancellarii, reuerendo Stephano archiepiscopo Strigoniensi, Basilio Cenadiensi, Gallo Ultrasiluano, Zalando Wesprimiensi, Heymone Waciensi, Philippo Zagrabiensi, Lamperto Agriensi, Achille Quinque-ecclesiensi, Artolpho Jauriensi, Wincencio Waradiensi episcopis ecclesias dei salubriter gubernantibus, magistro Job preposito Albensi,

[1] Ima biti Pribine.

*

aule nostre vice-cancellario, Rolando palatino et comite Posoniensi, Stephano bano tocius Sclauonie, Chak magistro tawarnicorum nostrorum et comite Supruniensi, Laurencio woyauoda Ultrasiluano et comite de Wlcou, Paulo iudice curie nostre et comite Zaladiensi, Dionisio Zounuquiensi(!) Henrico Simigiensi, Nicolao magistro dapiferorum nostrorum, Bagon magistro pincernarum nostrorum et comite de Bana, Moys mariscalco, Benedicto Musuniensi, Nicolao Ferrei Castri, Detrico Jauriensi, Erney Worosdiensi et aliis quam pluribus magistratus et comitatus tenentibus. Anno domini M⁰. CC. L primo, IX. kalendas decembris, regni autem nostri anno XVI⁰.

Original u arkivu obitelji Kállay, u narod. muzeju u Budimpešti. Na listini visi o tankoj svilenoj uzici zelene boje potpuno sačuvan zlatni pečat kraljev.

Lucius De regno Dalmacie et Croacie l. IV. c. 9. 177. — Lucius Memorie di Traù (donosi samo regest). — Katona Hist. crit. VI. 153. — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 2. 106—108. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. VII. 319—21. — Kukuljević Reg. no. 613.

406.

1251, 23. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski nagradjuje bana Stjepana sa više posjeda.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex in perpetuum. Hi quorum opera fideliori quadam praerogativa quadam commendari merentur, speciali etiam recompensationis titulo seu merito prosequenda . . . . . quanto discretius prae ceteris in bonorum actuum exercitio clarescere dignoscuntur . . . . . ad fidelitatis insignia provocentur, quo amplius in praemiorum perceptione conspexerint se foecundos . . . . posterorum notitiae volumus fieri manifestum, quod cum Stephanus banus totius Sclavoniae filius . . . . . plurimis virtutum meritis et fidelibus obsequiis indesinenter et indefesse exhibitis non solum . . . . suae probitatis opera evidenter apparerent, noluimus sicut nec debuimus tam attollenda . . . . . . merita sub silencio praeterire, sed potius aliis in futurum in exemplum . . . . Ipse siquidem in primaevis suae pueritiae temporibus domino fratri nostro Andreae inclito immobiliter adhaerens . . . . ubi dictus

frater noster ducatum gerens plurimos infidelium assultus . . . . . (per)-pessus studuit exhibere, diversis fortunae casibus se et sua intrepide exponendo. Post decessum vero (fratris) . . . . Stephanus banus nostro lateri se applicans de virtute in virtutem et . . . . plurimis, quae nos . . . . . posterorum memoriae commendamus, idem in praelio campestri, quod contra Thartaros habuimus . . . . ipsis factam uix ipsorum manus effugit. Deinde ad partes maritimas nos secutus, sedulum semper exhibuit . . . . nostris eventibus immobiliter assistendo prope . . . . laudabiliter se gessisset ipsum in iudicem aulae regiae et comitatum Nitriensem duximus transferendum. In his itaque dignitatibus constitutus, ut gradatim processit in honore, sic deinde . . . illustrem ducem Austriae movissemus et conflictum inivissemus . . . . . . dictus dux . . . . dictus Stephanus opportune et potenter in ipso exercitu, ubi uix ipse mortem . . . . effusio sanguinis seu perpessi . . . . comitatus Simigiensis . . . . palatinatus. His susceptis itaque dignitatibus . . . . laudabiliter . . . . Nos ad damnandam illius gentis proterviam, Stephanum pluries memoratum . . . . banatum totius Sclavoniae duximus conferendum Quit . . . . partes illas . . . . infideles . . . . expulit et radicitus effugavit. Loca immunita per quae fidelibus poterant . . . . . . dictum regnum Croatiae ad observandam nobis fidelitatem . . . . populorum multo replevit, cum antea infidelium faciente malitia pene vacuum remansisset. Quantum . . . . in fame et siti et frigore et aestu pro regni nostri commodo labor . . . . quibus ei officio regiae dignitatis incumbit merita metiri singulorum et singulis premeritis . . . . recompensatione grata sibi occurrere, quamquam etiam retributio sit mitis et . . . . valde sit modica magnitudine fidelitatis et servitiorum inspecta, contulimus sibi et suis per eum haeredibus haeredumque successoribus possessiones quasdam uidelicet Szalath cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis inter fluvium Culpa et Novum castrum . . . . confinio Bosnensi vicinum cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis . . . . Grahova in confinio . . . . pertinenciis suis, Verh inter castrum Thiniense et Unzfeu cum pertinentiis suis perpetuo possidendas. In cuius donationis perpetuam firmitatem praesentes concessimus litteras impressione aureae bullae nostrae per . . . Datum per manus venerabilis patris Benedicti archiepiscopi Colocensis aulae nostrae cancellarii . . . . Stephano archiepiscopo Strigoniensi, Basilio Cenadiensi, Gallo Ultrasilvano, Zelando[1] Vesprimiensi, Heymone Vaciensi, Philippo Zagrabiensi, Lamperto Agriensi, Achille Quinque-

[1] Ima biti: Zalando.

ecclesiensi, Artolpho Jauriensi, Vincentio Varadiensi episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus. Magistro Job praeposito Albensi aulae nostrae vice cancellario. Rolandino[1] palatino et comite Posoniensi, Stephano bano tocius Sclavoniae, Chak magistro tavernicorum nostrorum et comite Supruniensi, Laurentio vojauoda Ultrasilvano et comite de Ulcou[2], Paulo iudice curiae nostrae et comite Zaladiensi, Dionysio Zonuguiensi[3], Herrico[4] Simigiensi, Nicolao magistro dapiferorum nostrorum, Bagon magistro pincernarum nostrorum et comite de Zana[5], Moys marescalco, Benedicto Musuniensi, Nicolao Castri Ferrei, Detrico Zavaren[6] Emerey[7] Varosdiensi et aliis quam pluribus magistratus et comitatus tenentibus. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, IX. kalendas decembris, regni autem nostri anno sexto decimo.

Mikoczy Banorum Dalm. Cr. et Sl. series msc. u ark. jugsl. akademije 77—8. — Arkiv za pov. jugosl. XI. 134—136.

Kukuljević Regesta no. 614.

407.

1251, 23. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu bana Stjepana (od god. 1249. 8 maja), kojom se odredjuju medje posjeda Posedarja.

Bella dei gratia Vngarie, Dalmatie, (Chroatie), Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Chomanieque[8] rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presentium uolumus peruenire, quod Slauogostus de Possedaria ad nostram accedens presentiam, obtulit nobis quasdam litteras Stepani(!) bani maritimi priuilegiales super reambulatione et errectione metarum prenominate possessionis Possedarie, de nostro mandato factarum confectas, supplicans nobis humiliter, ut nos easdem ratas habere nostroque priuilegio dignaremur confirmare. Quarum quidem tenor talis est:

(Slijedi listina bana Stjepana od g. 1249. 8. maja br. 345.)

Nos igitur prefatis supplicationibus humilimis anotati Slauogosti misericorditer inclinati, presentibus de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum continentias et articulos comprobamus et ratificamus, ac

---

[1] Ima biti: Rolando. [2] Wlcou. [3] Zounuquiensi. [4] Henrico. [5] Bana. [6] Jauriensi. [7] Erney. Ispravke učinismo po originalnim listinama br. 404. i 405., u kojoj dolaze svi ovi dostojanstvenici istim redom. — [8] Pisano Clomarieque.

pro ipso Slauogosto suisque heredibus et posteritatibus uniuersis perpetue ualituras, regia auctoritate confirmamus dupplicis sigilli nostri robore muniendo. Datum per manus venerabilis patris Benedicti archiepiscopi Colocensis nostre aule cancellarii; reuerendo Stephano archiepiscopo Strigonensi, Basilio Canadiensi, Gallo Ultrasilianiensi, Zalando Veprimiensi, Heymone Vacchiensi, Philipo Zagrabiensi, Justo Agriensi Achile Quinqueecclesiensi, Artolpho Jauriensi, Vicentio Varadiensi episcopis ecclesias dei salubriter gubernantibus, magistro Job preposito Albensi aule nostre vicecancelario, Rolando palatino et comite Posoniensi, Stefano bano totius Sclauonie, Chaac magistro tauarnicorum nostrorum et comite Suproniensi, Laurentio voyvoda Transiluanensi et comite (de) Valcho, Paulo iudice curie nostre et comite Zaladiensi, Dionisio Zonuquiensi, Henrico Simigiensi, Nicolao magistro dapiferorum nostrorum, Bagon magistro pincernarum nostrorum et comite de Bana, Moys marisalco, Benedicto Musuniensi, Nicolao Castri ferrei, Detrico Jauriensi et Erney Varosdiensi et aliis quam pluribus magistratus et comitatus tenentibus. Anno domini 1251., nono kalendas decembris, regni autem nostri anno decimo sexto.

Original u arkivu grofa Begne Posedarskoga. Ima kodeks na pergameni: »Priv. della fam. de centi di Possedaria« u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. 602/a. p. 9—12. — Bullettino 1891. 93—96.

408.

1251.

Bela kralj ugarski i hrvatski daruje banovcu Api Rečicu za junačko vojevanje protiv nevjernika u Hrvatskoj.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Et si regia serenitas petitiones suorum fidelium audiat et admittat etiam pro quibuslibet libertate consueta, pro illis tamen magis ac magis debet admittere, quorum propria merita interpellantur, ut hoc viso iidem ad maiora fidelitatis opera ardentius provocentur et alii exemplo consimili ad eadem fortius inducantur. Hac igitur consideratione inducti ad universorum notitiam pervenire volumus presentium per tenorem, quod accedens ad presentiam nostram dilectus et fidelis noster Stephanus banus totius Sclavonie, qui propter sui probitatis opera coram nostre maiestatis oculis multipliciter meruit ac-

ceptari, a nobis diligenter postulavit, ut terram Rezycha castri de Pestechnuk consanguineo suo Apa vicebano, filio Laurentii comitis pro eo, quod in expugnandis et effugandis infidelibus corone nostre sibi assistendo commendabiliter prestiterat et etiam alias servitium sibi et nobis ac corone regie in persona ipsius fidele impenderat, conferre dignaremur. Et licet ad premissa obtinenda petitio ipsius Stephani bani ad plenum sufficere potuisset, considerantes tamen precipue ipsius Ape servitia, qui pro fidelitate nobis debita, presente et absente pluries ipso bano, contra infideles de Croatia variis fortune casibus exposuerat et etiam in expugnatione castri Stroycha, perpessis dampnis pluribus grande in se vulnus exceperat, multis de parte adversa ibidem interemptis, memoratam terram Re(z)ycha a castro Pestechnuk omnino exemptam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis sibi et per eum suis heredibus, heredumque successoribus duximus perpetuo conferendam. In cuius donationis perhempnem firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini Millesimo CC. L. primo.

Thallóczy-Barabás Cod. Blag. 13—14. br. 6. — Kukuljević Reg. br. 618.

409.

1251. U Bučanima.

Ban Stjepan daje graditi Jablanac.

Nos Stephanus banus totius Sclavonie volumus scire universos, quod nos considerata fortitudine montis Jablanich et inspecta utilitate eiusdem, collocare voluimus novam civitatem ad honorem domini regis Ungarie super eodem. Populi autem Arbensis insulae missis ad nos solempnibus nuntiis suis, videlicet iudice Andrea de Cotopagne et Domigne Gambetta a nobis locum in eadem civitate Jablanichiis hiis qui ex ipsis se ibi collocare voluerint clare postularunt, promittentes, quod in ipsum locum et in ipsam civitatem populos congregarent et utilem facerent illum locum et amoenum cum nostro adiutorio ad commodum domini regis et honorem. Quorum condignas petitiones admittentes, nos locum eis, qui ex ipsis illuc convenirent ibi moraturis duximus concedendum, ita videlicet, quod unum castellum in vertice ipsius montis cum expensa nostra pro domino rege aedificetur circumquaque autem pro utilitate populi ibi commorantis et comuletur murus prout decet.

Populi quidem ibi commorantes habeant libertatem qua utuntur Tragurienses et Sibenicienses et aliae civitates regis in maritimis iuxta mare constitutae. Hoc autem expresse constituimus, quod comitem sibi debeant eligere de regno domini regis et de fidelibus eius quemcunque voluerint, iudices vero et consiliarios eligant ex populis Arbensibus in eadem civitate commorantibus; si autem iidem populi Arbenses illum locum Jablanich utilem et amoenum ac forum in eodem facere potuerint cum nostro adiutorio, ut promiserunt, quarta pars totius lucri et tributi, quae pro domino rege et pro domino bano tam de foro quam aliunde in eadem civitate exiguntur, ad usum populorum Arbensium cum tota familia domus suae ad honorem regis in eadem civitate ministretur, tres autem partes ad usum regis et bani recipiantur. Si quis quidem ex populis Arbensibus causa negotiationis per regnum domini regis ire voluerit, liberam eundi et redeundi facultatem habeat; nullus quidem praesumat illum impedire, vel aliquatenus molestare. Si autem illum contingat in regno regis amittere bona sua, nos puro corde et vera fide conabimur requirere ablata fideliter una cum eodem. Adversarii quippe et inimici Arbensium morari in eadem civitate volentes non suscipiantur ullo modo. Mercatores autem Arbenses in eadem civitate Jablanich nullum tributum solvere teneantur. Terras autem ad Jablanich pertinentes, videlicet ad Sernoviza usque ad Scrissam habitatoribus de civitate Jablanich reliquimus pacifice possidendas, nec animalia extraneorum illas amodo depascent contra illorum voluntatem, neque colantur ab extraneis ullo modo. Vt autem huius ordinationis forma et series salva consistat, praesentem paginam nostram munimine sigilli nostri concessimus, quam illustris dominus rex Vngariae suis regalibus litteris, si ad ipsum pervenerint, confirmabit; si haec praemissa provide ordinata esse sibi dignoscentur. Datum in Bucsane anno domini 1251.

Lucius De regno Dalmat. et Croat. IV. c. 9. 178—9. — Ruich Riflessioni sul Pago P. I. tom. II. 57—58. — Fejér IV. 2. 113—114. — — Kukuljević Reg. no. 616.

410.

1251.

Stjepan ban daruje zemlju Grubišinu svomu vjernomu Šemi.

Nos Stephanus banus tocius Sclavonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod cum Gurbisa iobagio castri Zaladiensis coram nobis ordine iudiciario fuisset conuictus et terra sua sita inter terram

Opoy et terram Georgii filii Mauricii de iure ad manus nostras devoluta, saltem ipsam terram ipsius Gurbise contulimus Sceme comiti dilecto et fideli nostro in perpetuum possidendam. Et mete ipsius terre ex parte terre Georgii hoc modo distinguntur, sicut Mortel pristaldus et homo capituli Zagrabiensis metas ibi posuerunt et nos eas vidimus in litteris capituli sic contineri et ipse Mortel et homo capituli eciam verbotenus sic metas elevasse asseruerunt. Prima igitur meta incipit a fluvio Drava et vadit ad arborem populeam cruce signatam, sub qua est meta terrea; dehinc autem vadit ad aliam arborem populeam cruce signatam, sub qua est meta terrea; dehinc autem vadit ad virgultum, in medio cuius est arbor scylfa cruce signata, ubi (est) meta terrea; deinde vero ad meridiem per campum ad viam, secus quam est meta terrea; deinde transit ipsam viam, pervenit ad curvam arborem ylicis in introitu silve existentem, super qua est crux et sub ea meta terrea; deinde vadit ad silvam ad arborem ihor cruce signatam, ubi crux ponitur pro meta; deinde ad aliam arborem ihorfa cruce signatam; deinde autem ad arborem jartan cruce signatam; deinde pervenit ad fluvium Plytice, iuxta ipsum fluvium due arbores egur et ilex cruce signate, sub quibus est meta terrea, deinde per Plytice vadit superius ad metas Opoy. Ut autem huius rei series salva semper consistat, litteras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M⁰ CC⁰ L⁰ primo.

Original u kr. ugar. drž. arkivu u Budimu: M. O. D. L. no. 352. (izložena pod br. 8.) (Stara sign. N. R. A. fasc. 555. no. 35). — Na listini visi svilena vrvca žute, crvene i ljubičaste boje, pečata više nema. — Imade i potvrda bana Rolanda od g. 1263. 10. novembra. M. O. D. L. no. 537. (Stara sign. N. R. A. fasc. 597. no. 33.)

Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. 328. — Kukuljević Reg. no. 619.

411.

1251.

Pred kaptolom čazmanskim radi se o prodaji zemlje u Čezmici.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod constitutis coram nobis Petk, Egnud et Blagona filii Peta cum suis cognatis et consanguineis, videlicet Acha filio Petri, Joan filio Peruizlay pro se et suis cognatis, Duork filio Petrozlaw pro se et suis cognatis et Stephano cognato eorundem, iobagionibus castri de Chezmicha ab vna parte, Bank filio Vysezlay et Cozmathio filio Pridizlay ab

altera, iidem Petk, Egnud, Blagona, Acha, Joan, Duork et Stephanus confessi sunt viua voce coram nobis, terram que ab auis dictorum Bank et Cosmathi auis ipsorum ab antiquo erat, pro viginti marcis in pignore deuoluta, concessisse eidem Bank et Cosmathio libero arbitrio pro eisdem viginti marcis remitendam, quas se dixerunt coram nobis plenarie recepisse ab eisdem, omnibus cummetaneis(!) dicte terre personaliter astantibus, scilicet Bot et Innosa filiis Paulus, Georgio filio Ruba, Symone filio Versiuoy, Coxano, Borich et Voxyn filiis Milozca, Farcasio filio Drugan, Mock filio Mylani, Martino filio Voync Voyteh, Scebona filiis Voyhna et comite Hudina qui vniuersaliter coram nobis remutacionem dicte terre ratam fore et firmam cumprobarunt(!), tali condicione facta utriusque partis voluntate, quod qualescunque littere precessores uel priuilegium cuiuslibet capituli super facto terre predicte in contrarium presentibus processu temporis ostenderentur uel exhiberentur, nullius sint penitus roboris et valoris. Huius autem terre prima meta incipit ab arbore fiz que est in ripa Ceresneuicha et per eundem Ceresneuicha tendens inferius per paruum spacium a meridie cadit in aquam Mosina, per eandemque aquam Mosina tendit ad horientem (!) contra in meatum aque per magnum spacium et exit de eodem Mosina ad siccam terram directe infra molendinum filiorum Milozca, diuidens a septemtrione inter Cheresneuicham et Mosinam terram Martini filii Voync a terra predicta; deinde capit terram filiorum Milozca directe versus orientem intra molendinum eorundem filiorum Milozca et cadit in cheret et transiens eundem cheret exit ad paruum fenile, inde ad vallem dumosam per nimium spacium ad partem meridionalem, de qua ascendit superius per multas metas ad cacumen montis ibique sunt due mete terree et per idem cacumen montis tendit per paruum spacium ad occidentem et cadit ad dumos auellani meta terrea circumfusos ibique remanente terra filiorum Milozca ex parte orientis a sinistra parte commetatur terre Martini filii Voync adiacenti ex parte meridiei et per eidem (!) cacumen montis tendens in meatu solis ad occidentem per multos dumos et metas terreas et in eodem cacumine montis procedens per magnum spacium cadit ad quatuor arbores tilie metis terreis circumfusas ibique remanente terra Martini filii Voync cometatur terre Hudine comitis a meridie adiacenti, quam possidet ex gracia domini regis in Mezzurechia, deinde tendit directe ad occidentem per dumos, ubi sunt mete terree, diuidens terram Hudine comitis; a meridie cadit ad magnam viam versus occidentem et per eandem viam tendens per magnum spacium cadit ad quatuor metas terreas recte supra domum Drusak, iobagionis comitis Hudine prenotati, deinde descendit versus septemtrionem inferius ad aquam Mosine et cadit in caput putei siti in ripa

Mosine, ibique est arbor gertian meta terrea circumfusa et ibi sunt tres mete terree et cadit in aquam Mosine directe et per eandem tendit inferius in meatu aque, quantum baculus emiti potest et exit de eadem aqua Mosine ad arborem pomi cruce signatam, de qua tendit per parvum spacium et cadit in vallem sitam in medio fenili et inde cadit in fluuium Chernec recte, ubi est pirus cruce signata et descendit per eundem fluuium Chernec tendens usque terram comitis Michaelis, ubi sunt due mete terree; et a terra comitis Mychaelis a fluuio Chernek congreditur ad septemtrionem, remanente terra ad occidentem Mychaeli comiti, ad orientem autem Cusmacio et Bank, peruenit ad medium cherit(!) in quo stat aqua; et remanente terra Mychaelis comitis adher(e)t terra Bot et Junose et in vale ipsius chret egreditur ad orientem, remanente terra a septemtrione Bot et Junose; abhuc in eadem valle ad orientem eundo venit ad arborem kewrus cruce signatam, de illa arbore reflectitur ad meridiem, remanente terra a meridie Bot et Junose ad occidentem Bank Cuzmathio de chret ad partem Chernec; ad meridiem eundo exit ad siccam terram et descendit in Chernec apud duas metas terras; in Chernec vadit superius per multas metas, remanente terra a meridie Bank et Cosmachio, ex parte vero septemtrionis Bot et Junose; in Chernec superius eundo peruenit ad molendinum Junose et exit ad partem orientis ad pomum cruce signatam et meta terrea circumfusam; deinde ad partem orientis per dictum chret ad partes Cheresneuicha eundo peruenit ad arborem iagned et inde ad arborem fiz et cadit in fluuium Cheresneuicha, inde ad metam primitus nominatam. Vt autem hec series remutacionis robur perpetue obtineat firmitatis, litteras concessimus ad instanciam parcium nostri sigilli munimine roboratas. Datum ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

Iz izvorne potvrde kralja Sigismunda od g. 1424. 25. juna na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.331. — (N. R. A. fasc. 446. no. 5.)

412.

1251.

Pred požeškim kaptolom zamjenjuje Lampert sin Razboidov sa Zagrabom zemlju Hursovu.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posoga omnibus presentes cernentibus salutem in domino. Nouerint uniuersi, quod in nostra presencia constitutus Lampertus filius Razboyd comitis ex una parte, ex altera

uero Zagrab unacum Briccio. Placuit enim partibus, ut mutarent terram contiguam, terram scilicet wlgariter nomine Hursoua. Predictus vero Lampertus sua propria terra cambium fecit, sed dictus Zagrab terram quam sibi comparauerat quondam propria pecunia a consanguineis dicti Lamperti, videlicet Clemente, Artolph et Blasio, scilicet a filiis Benedicti, quam uero dedit pro septem marcis et insuper tredecim marcas, unacum predicto Briccio persoluerunt; verum quia in ualore viginti marcarum terram sibi exemerunt, reuera quum Briccio dicto tercia pars cecidit de terra sepedicta que sequestratur a Hursoa supradicta verumptamen(!) cum omnibus pertinenciis suis. Cuius terre prima meta incipit ultra aquam Hursoua uersus ad meridiem, ubi est meta prope ad ecclesiam que fundata est sub titulo sancti Nicolai, tantum ad cancellam altaris quantum sagita potest iactari et continuo sequestratur de Hursoa et protendit ad meridiem, ubi est meta in piro; ab inde in latere cacuminis sub nemore est meta terrea et uadit ad occasum solis ac peruenit ad pothok, iuxta quem est meta terrea; et uertitur super eodem pothok ad meridiem ac uadit in cacumine per siluam, ubi est meta terrea, ibi enim exit a dicto pothok et regreditur iuxta siluam ad occidentem ac peruenit ad magnam uiam, ubi enim est meta terrea; et per eandem uiam regreditur contra meridiem ac peruenit ad terram Alexandri et Paris in cacumine, ac peruenit ad aliam magnam uiam que transit predictam magnam uiam; proinde iamdictam uiam in cacumine et peruenit ad terram filiorum Wlkoz, abinde eundo commetatur ad terram Benedicti, in sepedicta magna uia, postea est meta in tylia; exinde protenditur per siluam ad aquilonem in uia, ab inde commetaneus est Laurencius filius Alexi comitis, ubi sunt pro meta signicula in arboribus siluestribus et meta terrea ac exit super berch in caput, ubi est meta terrea; et sunt mete terree continue et per idem planum berch peruenit ad dictam aquam Hursoa, ubi est meta terrea; postmodum Stephanus est commetaneus, tandem predictam aquam Hursoua recurrit ad priorem metam, ubi terminatur, verumptamen(!) aqua Hursoua inuenit ipsas terras cum dicto Stephano. Ut autem processu prolixi temporis hanc vendicionem et empcionem ne aliquis in irritam ualeat retractari, super hoc nostras litteras dari postularunt. Nos igitur prout tenemur de iure ad instanciam parcium uicinorum eciam ac commetaneorum presentem concessimus dari paginam, sigilli nostri munimine roboratam. Actum anno domini M°. CC. LI.

Iz izvornog prijepisa požeškoga kaptola od godine 1305. na pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.709. Stara signatura N. R. A. fasc. 1501 no. 17.

Kukuljević Reg. no. 620.

413.

1251.

Biskup rapski Stjepan potvrdjuje listinu svoga prešasnika Draga.

Nos Stephanus miseratione divina Arbensis episcopus praedictam donationem seu concessionem manifeste cognoscens fuisse sanctam, ac etiam in utilitatem et profectum tam ecclesiae nostrae, quam monasterii, rectam et firmam habentes eamdem, ut maius robur contineat firmitatis, sicut in originali sigillum praedicti episopi Draghi praedecessoris nostri conspeximus dependere, sigillo nostro pendenti iussimus communire: praecipientes etiam ad maiorem cautelam et perpetuam firmitatem, eamdem donationem redigi in publicum instrumentum. Excommunicamus omnes, qui contra praedictam donationem venire praesumpserint, iura et libertatem ipsius monasterii violando. Actum in Arbensi episcopatu. Ego Michael Friderici imperatoris sacri palatii notarius exemplavi, nil addens uel minuens quod sententiam mutet uel tenorem, et de licentia et mandato domini episcopi scripsi, complevi, roboravi.

Lucius De regno liber IV. c. IX. — Farlati Ill. sacrum V. 242—3. — Kukuljević Reg. no. 617.

414.

1252, 11. januara.

Prokuratori biskupa južne Dalmacije imadu da pristupe pred nadbiskupa dubrovačkoga.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, pontificatus domini Innocentii pape quarti, anno nono, indictione decima, mense ianuarii die undecima, lecta fuit quedam cedula in publica audientia litterarum domini pape in hec uerba: mandat dominus Petrus de Barro electus Sabinensis denuntiari in audientia publica, quod si sunt aliqui procuratores in curia pro Entranensi (!),[1] Dulcianensi, Suacensi, Scodrinensi, Driuariastensi(!) et Pollatensi episcopis die ueneris proximo uenturo compareat post nonam coram eo domino Johanne archiepiscopo Ragusino de iustitia responsuri. Unde hii rogati fuerunt testes Conradus de Urbe et Leonardus de Tieboli notarii in romana curia procuratores.

(Signum notarii). Ego Petrus Brunus apostolica autoritate notarius predictis omnibus interfui rogatusque scripsi et compleui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

[1] Ima da bude: Antibarensi.

415.

1252, 26. januara. U Perugii.

Inocencije IV. papa biskupu krčkomu, da može samostanu sv. Nikole u Omišlju dozvoliti slavensku službu božju po obredu latinskom.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri Fructuoso episcopo Veglensi salutem et apostolicam benedictionem. Dileti filii abbas et conventus monasterii sancti Nicolai de Castro Muscla ordinis sancti Benedicti tue diocesis nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi qui Sclavi existunt et sclavicas litteras habeant, discere latinas litteras non possunt, eis, ut in litteris sclavicis secundum ritum ecclesie romane divina officia valeant celebrare, prout iidem et predecessores sui facere consueverunt, licentiam concedere curaremus. De tua itaque circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus, ut super hoc facias, quod videris expedire. Datum Perusii VII. kal. februarii, pontificatus nostri anno nono.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 103, str. 79—80. Iz reg. an. IX. ep. 96. fol. 126. — Fejér Cod. dipl. IV. 2. 123. — Potthast Reg. pontif. II. br. 14.485. — Kukuljević Reg. br. 622. — Jelić Fontes 9—10.

416.

1252, 1. februara. U Perugii.

Inocencije IV. papa Lovri prepozitu svetoga Irenea srijemskoga dozvoljuje, da primi pored svoje prepoziture i drugi beneficij.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto filio magistro Laurentio preposito ecclesie sancti Irenei Syrmiensis salutem et apostolica benedictionem. Etsi sacris sit canonibus interdictum, ne quis plures habeat ecclesias vel ecclesiasticas dignitates, volentes tamen, cum redditus ecclesiastici Ungarie propter Tartarorum sint sevitiam diminuti, tibi specialem facere gratiam in hac parte, te cum auctoritate presentium dispensamus, ut preter preposituram ecclesie sancti Irenei Syrmiensis, quam obtines, possis adhuc unicum aliud beneficium ecclesiasticum seu personatum vel dignitatem, etiamsi animarum curam habeat, libere recipere, si tibi in regno Ungarie canonice offeratur et una cum eadem

prepositura licite retinere, non obstante constitutione concilii generalis; ita tamen quod beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis etc. Datum Perusii kal. februarii, pontificatus nostri anno IX.

Theiner Mon. Hung. I. br. 396. str. 212. Iz reg. orig. an. IX sp. 101, fol. 126. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. II. 225. — Potthast Reg. pontif. II. br. 14.490. — Kukuljević Reg. br. 623.

417.

1252, 7. februara. U Perugii.

Inocencije IV. papa javlja biskupu i kaptolu zagrebačkomu, da nemaju oskrbiti nadarbinom nikakova tudja svećenika, osim ako bi to izrično zahtijevala rimska stolica.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri (Philippo) episcopo et dilectis filiis capitulo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Volentes uobis et ecclesie uestre a grauaminibus et molestiis, quantum cum deo possumus, precauere, deuocioni uestre ac eidem ecclesie uestris inclinati precibus, indulgemus: ut ad recepcionem uel prouisionem cuiuspiam in prebendis uel beneficiis ecclestiasticis seu pensionibus per apostolice sedis uel legatorum ipsius literas impetratas per quas non sit ius acquisitum alicui, uel eciam impetrandas cuiuscunque tenoris existant, compelli de cetero non possitis, nisi eedem apostolice litere impetrande plenam et expressam de continencia eiusdem indulgencie fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusii VII. idus februarii pontificatus autem nostri anno nono.

Liber privileg. epps. zagreb. list 82. — Tkalčić Monum. episcop. zagr. I. 93—94 i Monum. civit. Zagrab. I. 24. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 379 donosi regest. — Potthast Reg. pontif. 14.497. — Kukuljević Reg. no. 624.

418.

1252, 20. februara. U Perugii.

Inoncencije IV. papa potvrdjuje darovanje Medvedgrada, učinjeno po kralju Beli.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri (Philippo) episcopo Zagrabriensi salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Lecta quidem coram nobis tua peticio continebat, quod carissimus in Christo filius noster B(ela) Hungarie rex illustris, quandam possessionem, prope Zagrabiam ad se pertinentem, que nunc castrum episcopi appellatur, Zagrabiensi ecclesie pia liberalitate donavit, prout in ipsius literis confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicacionibus inclinati, donacionem ipsam, sicut pie ac provide facta est, ratam habentes et gratam, illam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii X. kalendas marcii, pontificatus nostri anno nono.

Liber privileg. episcopatus. zagrab. list. 64. — Kerchelich Hist. eccl. Zagrab. 85. — Farlati Illyr. Sacr. V. 371. — Katona Hist. crit. VI. 166. — Fejér Codex diplomat. Hung. IV. 2. 126. — Potthast Reg. pontif. no. 14.513. — Tkalčić Mon. episc. Zagr. I. 93. — Wenzel Codex dipl. Arp. XI. 376. donosi regest. — Monum. civit. Zagrab. I. 24.—25. (griješkom pod god. 1251.) — Kukuljević Reg. no. 625.

419.

1252, 24. februara. U Perugii.

Ivan nadbiskup dubrovački izvješćuje općinu dubrovačku o raspravi glede metropolitskih prava protiv barske nadbiskupije na papinskom dvoru, a javlja i drugih stvari zanimljivih za grad Dubrovnik.

Johannes miseracione diuina archiepiscopus Ragusinus dilectis in Christo filiis nobilibus viris Dabrane de Zelengo[1], Cerne de Vitagna, Theodoro Bodacie, Gayslauo Crosi ambassatoribus et nunciis ciuitatis

[1] Biti će: Zelegno iliti Celegna.

Ragusine salutem et benediccionem in domino Jesu Christo. Litteras vestras hilari suscepimus animo et benigno, in quibus intelleximus, per dominum ducem et alios nobiles vos esse benigne susceptos, vnde gracias referimus creatori. Noueritis, nos per graciam saluatoris sanos et hilares Perusii in curia summi pontificis cum presbitero P. Sabino et Blanco et tota familia nostra permanere et ea que pertinent ad . . . . . exaltacionem ciuitatis et ecclesie Ragusine viriliter et utiliter promouere, ita quod cum dei adiutorio firmiter credimus et speramus ad finem lauda . . . . Significauimus multocies per litteras nostras clero et populo Ragusino et uobis duximus significandum, qualiter nobiles viri domini Angelus . . . . amore et dileccione maxima sine augmento aliquo viginti quinque libras denariorum grossorum vsque ad festum apostolorum Petri et Pauli nobis . . . . super hec vigilanter et sollicite intendere debeatis et alias in congreganda et inuenienda pecunia laborare operis per effectum, quoniam . . . . nos multa expendere et tam maxima et ardua negocia absque magnis expensis promoueri non velint et in curia domini pape in presenti . . . . Ab (!) hec noueritis quod Junius de Cereua nomine Sclaue traxit nos in causam coram summo pontifice super vinea . . . . . et multum ipse . . . . Propter hoc tamen vocatus est in iudicio tamquam excommunicatus et post eieccionem ipsius, prelatus Antibarensis ostendit procuracionem Sclaue Phi . . . . molestamus super negociis ciuitatis et ecclesie promouendis et dictus Junius de Cereua colligatus et confederatus est cum . . . . pro posse operando omnem iniquitatem et mali . . . onem et depressionem ciuitatis et ecclesie Ragusine, ita quod prelatus Antibarensis . . . . diffamaciones contra clerum et populum Ragusinum super capcione sua proponendo quedam turpia et inhonesta que de canibus et Saracenis . . . . proferenda, petendo a nobis duo millia yperperorum pro apsolucione excommunicacionis super capcione ipsius vos absoluendo exceptis dampnis . . . . uobis ablatis sicut videre poteritis in libello nobis in iudicio porrecto, quem vobis de verbo ad verbum duximus transmittendum. Super negocio prelati . . . . et contestati sumus litem et iurauimus dicendo veritatem supec hoc, ut inter alias posiciones, quas fecimus per iuramentum vltra centum diximus . . . . Ragusin . . . sunt posita tria regna, videlicet regnum Zachulmie, regnum Seruilie, quod est Bosgna (!) et regnum Tribunie. Et regnum Zachulmie extenditur vsque ad prouinciam Spalatensem, regnum Seruilie extenditur vsque ad prouinciam Collocensem, regnum Tribunie extenditur vsque ad prouinciam Dirachinam. Et prelatus Antibarensis inter multa et inaudita dixit per suum iuramentum, quod in tota Dalmacia ab antiquo non fuerunt nisi duo archiepiscopatus, videlicet Salona et

Dioclea. Et in loco Salone est Spaletum et in loco Dioclee est Antibarum. Et episcopus Ragusinus subiacet archiepiscopo Spalatensi et ciuitas Ragusina nichil plus habet facere et non extenditur iurisdiccio, nisi vsque ad montem qui situs est ante ciuitatem Ragusinam et alia multa et inaudita. Si citacio Bosgnensis episcopi facta est, sine mora mittatis nobis scriptam et roboratam per manum publicam et si nondum facta est, fiat absque mora aliquali. Si vos deliberatis mittere presbiterum Paschalem, uel magistrum Bonacursum, aut alium aliquem notarium, citacionem conscriptam et roboratam per manum publicam, nobis omni mora postposita transmittatis. Super ordinacione Antonii quod nos rogastis bene erit, nam credimus pro necessitate et utilitate ciuitatis et ecclesie Ragusine in proximo venire Venecias. Datum Perusii in festo beati Matthie.

Iz rukopisa »Bullarium Ragusinum« pag. 401—402 u kr. zem. arkivu u Zagrebu. — Farlati Illyr sacr. VI. 103. — Kukuljević Reg. br. 626.

420.

1252, 19. marta. U Dubrovniku.

Rasprava o dugu kralja Vladislava Pavlu Leonovu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis martii, tertio decimo die astante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Petrus Mathei Dabrane et Petrus Johannis Bogdani testificamur, quod pro comuni Ragusii fuimus nuntii ad dominum Vladislauum regem et in nostra presentia Paulus Leonis comitis Alexii conquestus est super ipsum regem dicens: Tu domine rex sine mea culpa tulisti mihi per sententiam de meis causis mostarolam unam pro perperis uiginti duobus, ad denarios grossos decem et octo pro perpero et pecias tres sancti Ilaresi, pro sedecim perperis denarios grossos decem et octo pro perpero et peciam florentini perperis quindecim ad decem de octo denariis grossis pro perpero et doplettum de sona de perperis duobus ad denarios grossos decem et octo pro perpero et perperos duos de cera ad denarios grossos decem et octo pro perpero et tu alias quattuor pro perperis duobus ad decem et octo denarios grossos pro perpero; et pro debito debes dare mihi alios perperos sex et dimidium perperum ad decem et octo denarios grossos pro perpero, qui sunt per summam perperi sexaginta quinque et dimidium ad decem et octo denarios grossos pro perpero. Unde domine rex da mihi omnes istos prenominatos perperos. Qui prenominatus rex dixit: Uerum est quoniam

tu Paule nullam culpam habes et omnia hec prenominata in terra mea tuli tibi, sed expecta donec ueniat Petrus de Andrizo et saluabo te de omnibus predictis causis. Et idem Paulus expectauit Petrum de Andrizo et dictus rex de prenominatis causis nihil dedit Paulo. Et etiam idem rex super prenominata robaria Pauli per suas certas litteras suo sigillo i gillatas per nos et nuntios misit, respondendo iudicibus et comuni Ragusii et dixit: De illo, quod de Paulo scripsistis mihi, illud parum et multum quod est apud me, totum uolo sibi reddere, sed feci per iram. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule et Michael Pesane iurati iudices, cum quibus et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus per laudationem curie cum sonitu campane auditor sum et scriptor.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.
Rad jugosl. akad. I. 133.—134. — Kukuljević Reg. no. 627.

421.

1252, 25. marta. U Dubrovniku.

Dubrovčani imenuju svoje punomoćnike pred rimskom kurijom.

Vniuersis presentes litteras inspecturis consules et comune Ragusinum salutem in domino. Nouerit vniuersitas uestra, quod nos constituimus et ordinamus nostros procuratores legitimos in curia romana, licet absentes magistrum Leonardum plebanum sancti Johannis de Teruisio et presbyterum Egidium plebanum sancte Marie de Casalis Teruisine diocesis, quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis ad inpetrandum tam litteras simplices, quam legendas contradicendum, iudices eligendum et recusandum et ad alium procuratorem constituendum et ad omnia faciendum, que uerus et legitimus procurator facere potest, promitentes nos ratum et firmum habere quidquid dicti procuratores uel ab eo constituti fecerint in premissis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus, nostri sigilli robore comunitas. Datum Ragusii octavo kalendas aprilis, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Original u dubrovačkom arkivu. Vrvce pergamenske ostale, ali pečat otpao. Zbirka saec. XIII.

422.

1252, 28. marta.

Stjepan ban ustanovljuje posjed Zdenaca sa razvodom medja.

Nos Stephanus banus tocius Sclauonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod cum dominus Bela illustris rex Hungarie nobis terras castri post tempora Colomani regis felicis memorie alienatas iudicare et restituere in tota Sclauonia precepisset, tandem peruenimus ad comitatum Symigiensem, ubi terras castri quas inuenimus castro restituere studuimus, inter cetera autem terras castri quas apud Alexandrum comitem et Moys magistrum inuenimus recepimus ab eisdem et alias terras ipsorum Alexandri comitis et Moys magistri proprias, secundum quod dominus rex nobis dederat in mandatis, circumquaque circuiuimus coram commetaneis et uicinis et separatas a terris aliorum, certis metis eis reliquimus possidendas. Mete autem terre Zdench hoc ordine distinguntur: prima meta incipit ab oriente in arbore pomi sub qua sunt terree mete, inde tendit et cadit ad aquam que Zdench nominatur, quam pertransiens tendit ad aliam aquam per signa in arboribus que vocatar Soploncha, inde tendit inferius versus meridiem per eandem aquam per prolixam terram et signa in arboribus, inde flectitur ad occidentem et uenit ad terreas metas et ibi sunt signa in arboribus, que uulgo bikfa et gartanfa nominantur et ibi terre Dragan contiguatur. Inde tendit ad arborem que uulgo tulfa uocatur, inde uenit ad aliam arborem que uulgo egurfa dicitur et ibidem cadit in predictam aquam Zdench et tendens contra cursum eiusdem aque uenit ad quoddam molendinum et inde declinat ad arbores signatas, que vulgo gertanfa et egurfa nominantur; inde tendit ad arborem que vulgo zilfa vocatur, inde venit ad fluuium qui Licorianiche dicitur, quem ibidem pertransiens, vadit ad arborem signatam que vulgo tulfa nominatur et tendit ad aliam arborem eodem uocabulo nuncupatam; inde procedit ad riuulum qui dicitur Pletna et ibi est arbor signata que vocatur tulfa et ibi sunt due mete terree, inde declinat versus septemtrionem et venit ad arborem signatam, que vulgo dicitur almafa; inde tendit iterum versus occidentem per siluam per metas terreas et signa in arboribus et de silua exiens peruenit ad caput unius riuuli et ibi sunt mete terree; inde descendit in fluuium qui dicitur Cherna ryka et iuxta eundem fluuium sunt terree mete; inde tendit iterum versus septemtrionem contra cursum eiusdem fluuii usque ad caput eiusdem et ibi sunt arbores cruce signate, que vulgo tulfa et bykfa dicuntur, sub quibus mete terree atinentur et inde iterum ad terreas metas; inde procedit ad arborem qui vulgo dicitur

curtelfa et ibi sunt mete terree; inde tendit ad arbores signatas, que vulgo dicuntur zilfa et yhorfa et ibi sunt mete terree; inde tendit ad caput riuuli qui vocatur Brawocha et ibi sunt due arbores signate, sub quibus mete terree atinentur et per dictum riuulum Brawocha tendit inferius et cadit in fluuium qui vocatur Rodoan et per dictum fluuium tendit inferius et venit ad riuulum qui vocatur Stromazenos; inde tendit contra cursum eiusdem per terreas metas ad caput eiusdem et venit ad siluam que vocatur byk erdeu et ibi est arbor signata, que vulgo bykfa dicitur, sub qua sunt mete terree; inde tendit ad partes orientales et venit ad arborem qui vulgo tulfa nominatur in qua signum continetur et ibi sunt mete terree; inde tendit ad arborem signatam que vulgo dicitur bykfa et ibi sunt mete terree; inde tendit per siluam et cadit in vallem et transiens vallem venit ad terreas metas; inde tendit ad arborem signatam que vulgo vocatur tulfa sub qua sunt mete terree in directo, inde venit inter duas valles ad arborem signatam, que vulgo dicitur bykfa, sub qua mete terree continentur; inde tendit ad quendam dumum, que vulgo dicitur racatyafa et ibi flectitur versus meridiem in siluam ad arborem signatam que vulgo dicitur tulfa et ibi sunt terree mete. Inde tendit per siluam per signatas arbores et terreas metas et inde tendit prolixe iuxta caput fluuii predicti qui vocatur Rodoan et ibi sunt terree mete, inde tendit per siluam per signa in arboribus et terreas metas et exiens de silua tendit ad partes orientales per terreas metas; inde cadit ad fluuium qui vocatur Yazdrebia in arborem signatam, qui vulgo dicitur ykorfa iuxta quam continentur terree mete; inde tendit per caput per terreas metas et cadit in fluuium, qui vocatur Melychnyk et (per) nominatum Melychnyk per terram tendit per campum et venit ad terreas metas, que sunt iuxta quandam stratam, que tendit ad Wereucem, quam pertransiens vadit ad arborem piri signatam et ibi sunt terree mete; inde tendit versus meridiem ad caput unius vallis et ibi est arbor signata que vulgo dicitur tulfa et ibi sunt terree mete; inde tendit iuxta eandem vallem et venit ad viam et ibi sunt mete terree; inde flectitur ad arborem qui vulgo dicitur tulfa et venit ad primam metam et ibi terminatur. Ne igitur idem Moys vel sua posteritas temporum curriculo super eadem terra per quempiam inquietari valeat, seu aliquatenus molestari, presentes ei in perpetuam stabilitatem donacionis nostre concessimus litteras, sigilli nostri munimine perhenniter roboratas. Datum V. kalendas aprilis, anno domini M^o^CC^o^LII^o^.

Original u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.710. (Stara sign. N. R. A. fasc. 925. no. 7.)

Na hrptu bilješka XIII. ili XIV. vijeka: »Privilegium bani qui circuit Cheresneuch«. Na listini visi žućkasto zelena svilena vrvca, pečat otpao.

423.

1252, 30. marta. U Ankoni.

Biskup ankonitanski po zapovijedi papinoj od 19. marta ima istražiti u raspri izmedju nadbiskupa dubrovačkoga i barskoga.

† In nomine sancte et individue trinititas amen. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, temporibus domini Innocentii pape quarti, indictione decima, die sabbati tertio calendas aprilis, uenerabilis pater Johannes archiepiscopus Ragusinus presentauit uenerabili patri (Johanni) episcopo Anconitano ex parte summi pontificis litteras papales bulla plumbea consignatas, quarum talis est tenor: Innocentius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri (Johanni) episcopo Anconitano salutem et apostolicam benedictionem. Cum in causa que inter uenerabiles fratres nostros Johannem Ragusinum archiepiscopum ex parteuna et (Johannem) Antibarensem archiepiscopum ac . . . . Buduanensem . . Dulcinensem . . Driuanastensem . . Scodriensem . . Suaciensem et . . Polatensem episcopos ex altera super eo, quod dictus Ragusinus archiepiscopus asserit eundem Antibarensem nec esse archiepiscopum, sed episcopum et eum ac predictos episcopos fore sibi et ecclesie Ragusine metropolitico iure subiectos uertitur, uenerabilem fratrem nostrum . . . . Sabinensem episcopum dederimus partibus auditorem, quia lite coram eo legitime contestata utraque pars ad probandam intentionem suam intendit producere quosdam testes. Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te uel per alium aut alios testes, quos partes ipse super articulis quos idem Sabinus episcopus cum interrogatoriis earundem partium sub sigillo suo tibi transmittit inclusos producere uoluerint, usque ad sex menses post receptionem presentium prudenter recipere ac secundum eadem interrogatoria diligenter examinare procures; depositiones eorum fideliter in scriptis reductas sub sigillo tuo ad nostram presentiam trasmissurus, prefixo partibus predictis termino perentorio (!) duorum mensium, quo per se uel per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, iustam dante domino sententiam recepture, non obstante, si est aliquibus ab apostolica se(de) indultum, ne de causis que per litteras sedis ipsius comittuntur, eisdem cognoscere teneantur, que de indulto huiusmodi non fecerint mentionem. Datum Perusii decimo quarto kalendas aprilis, pontificatus nostri anno nono. Et presentate fuerunt supradicte littere dicto domino (Johanni) episcopo Anconitano in ecclesia beate Au . . . . . rie episcopatus Anconitani, presentibus domino Symeone canonico Anconitano

Matheo Laurentii, canonico Ferisino, Matheo Thomasii Daganetti, Philippo Johannis Balbi, Berto Liberii Coppi, Vivano dompni Philippi de Ancona et aliis multis de Ragusia testibus ad hoc rogatis.

(Signum notarii.) Ego Cosmas autoritate romane ecclesie et imperiali notarius hiis omnibus interfui, et ut inueni in papalibus litteris supradictis nil addens scienter nec minuens rogatus fideliter exemplaui et in puplica(!) forma redegi et interliniando apposui scripta.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

Ovo isto papinsko pismo dolazi u »Bullarium Ragusinum« 263—265. sa bilješkom »Pendet bulla plumbea Innocencii pape quarti«, ali je datirana: »X. kalendas maii«. Ovo datiranje prihvatiše Farlati Ill. sacr. VI. 104 i VII. 40. po njemu i Potthast. Reg. pontif. no. 14.565. I u pismima, koja redom slijede, dolazi svaki put ovo isto pismo pod datumom od 22. aprila. Ovo si ne mogu drugačije protumačiti, nego da je isto pismo po drugi put izdano. Zašto?

Kukuljević Reg. no. 630. (po Bullariju i Farlatu).

424.

1252, 7. aprila. U Ferrari.

Spomen o Stjepanu Posthumu (sinu kralja Andrije).

In Christi nomine. Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indictione X., tempore Innocentii papae, die VII. intrante aprili, in episcopatu Ferrariae, presentibus domino Stephano duce dei gracia Sclavoniae, domino Marco Ziano comite Arbense, domino Isnardo domini Opizionis Malaspinae filio domino Melliorino iurisperito de Padua, domino Bon Mathaeo legum doctore et aliis. Ibique dominus Azo dei gratia Estensis et Anconitanus marchio investivit Jacobum de Brusatis Dionysium notarium eius nepotem pro se et domino Guidone de Bruxati etc.

Muratori Antiqu. medii aevi I. vol. 667. i 803. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 1, 297. — Kukuljević Reg. br. 629.

425.

1252, 20. aprila. U Perugii.

Inocencije IV. papa biskupu kotorskomu, neka opomene biskupa budvanskoga, da bude pokoran svom metropoliti barskomu.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri episcopo Catharensi salutem et apostolicam benediccionem. Sua nobis venerabilis frater noster (Johannes) Antibarensis archiepiscopus querela monstrauit, quod venerabilis frater noster episcopus Arbanensis eius suffraganeus ab obediencia et reuerencia, in quibus eidem archiepiscopo sicut ceteri eius suffraganei tenere dinoscuntur, pro sue voluntatis arbitrio temere se subducens, quamquam nullo super hoc exempcionis priuilegio a sede apostolica sit munitus, prefato archiepiscopo in suis mandatis licitis et honestis obedire denegat minine iuste. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si est ita, predictum episcopum, ut eidem archiepiscopo tanquam suo metropolitano reuerenciam et obedienciam exhibeat, ut tenetur, attencius moneas et inducas, quod si monitis tuis in hac parte acquiescere forte contempserit, tu ipsum ex parte nostra citans, prefigas ei terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratores idoneos compareat coram nobis, eidem archiepiscopo super premissis legitime responsurus. Diem autem citacionis et formam nobis tuis litteris tenorem presencium continentibus studeas fideliter intimare. Datum Perusii XII. kalendas maii, pontificatus nostri anno nono.

Prijepis Ivana de Camezan od g. 1252. 1. maja (Perugii) u rukopisu »Bullarium Ragusinum« 405.

Farlati Illyr. Sacr. VI. 441. — Kukuljević Reg. no. 601. stavlja po Farlatu u god. 1251. 1. maja. Za čudo ne nadjoh ovoga papinskoga pisma u Potthasta, koji inače redovito donosi sve Farlatove listine.

426.

1252, 24. aprila.

Ban Stjepan podjeljuje Križevcima privilegij slobodnoga grada.

Nos Stephanus banus tocius Sclauonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos pro utilitate ac honore domini regis fe-

cimus ac locauimus nouam et liberam villam in Crisio, dantes hospitibus in ea habitantibus eandem libertatem, qua utuntur hospites de Grez et de Noua villa Zagrabie. A potestate autem comitis Crisiensis omnino duximus eosdem eximendos, ex nunc idem comes Crisiensis nec iudicare neque descendere super eos teneatur. Volumus igitur quod nullam collectam soluere debeant hospites antedicti. Pro libertate autem ipsorum in tercio anno a data presencium de qualibet porta quadraginta denarios bano pro tempore constituto soluere tenebuntur. Forum enim ipsorum a nobis concessum celebretur tercia feria, de cuius tributo in eodem tercio anno, due partes bano, tercia uero pars ipsis hospitibus incipiat ministrari. Omnes autem causas tam maiores quam minores, siue in die fori, siue in aliis diebus emergentes maior ville, quem communis populus elegerit, debeat penitus iudicare. Maior vero ville si querelantibus iusticiam denegaret, idem maior ville coram presencia solius bani pro tempore constituti impetatur. Citacio quippe maioris ville, non aliter nisi cum specialibus litteris bani mediante bono testimonio fieri debeat et ipse maior ville citatus per quempiam banum ultra Gozd et ultra Drawam non sequatur. Volumus eciam quod super quacumque causa coram nobis vel coram maiore ville emergenti produccio testium de extraneis nisi de eadem villa inpetitori non committatur, sed iuramentum ipsis ciuibus iudicetur. Preterea quiquis (!) extraneus siue ciuis eiusdem loci in ipsa villa contra alium pre ira gladium seu cu(l)tellum ewaginaret et hoc cum testimonio probaretur, uel quis wlnus non mortiferum afficiet, iudicio unius marce condampnetur. Quisquis igitur casu accidente suum interfecerit conciuem, centum pensis, ex quibus due partes parti aduerse, tercia vero pars maiori ville solui teneatur; et nisi homicida pecunia sua se defendet, caput eius ad manus partis aduerse statuatur. Fur autem et calumpniator manifestus contra quem communis populus faceret testimonium, ablatis omnibus que habet de villa expellatur cum pudore. Decedentes autem sine heredibus omnia bona sua relinquant, cuicunque volunt retinenda. Ipsi etenim ciues ad exercitum bani vel regis aut iudicis seruire non tenebuntur, nec alicui ipsorum vis domorum suarum nec a familia nostra neque ab aliis inpetatur, sed quem volunt hospicio recipiant voluntarie. Preterea maior ville reuoluto anno villicacionis sue suam debeat reponere villicacionem et si communis populus voluerit, eidem villicacio conferatur, sin autem alteri cui voluerint, ipsa conferatur villicacio. Si quis igitur ad ipsam villam venire voluerit, libere veniat, recedat et secure venditis bonis suis, qui recedere volunt ab eadem. Volumus eciam, quod homines qui marturinas soluere solent, ad ipsam villam non recipiantur. Item super causa pecuniaria, si quis conuincetur, quadraginta denarios pro iudicio soluere tenebitur. Pre-

terea ipsi ciues tributum in foro non soluent de suis mercimoniis. Assignauimus eciam terram eisdem de superiori parte ville Crisiensis, quam nos personaliter inspeximus et per Georgium comitem Crisiensem atque Prelsam terrestrem metari facientes, de quorum verbis ipsam terram taliter distingi repperimus: videlicet prima meta incipit a magna via de vico eiusdem ville, ubi de oriente egrediens ad occidentem peruenit ad fluuium Corusca, ad salicem transiens autem ipsum fluuium ascendit montem in cuius vertice est meta terrea. Item descendit ad vallem ad fluuium ubi iuxta ipsum fluuium sub erulo est meta terrea; inde ad harazt ubi est meta; inde ad duo cerasa, inde autem transiens quendam fluuium peruenit ad tiliam; inde ad montem ubi est arbor populea; inde ad occidentem ad unum fluuium et per illum fluuium superius eundo cadit in magnam viam, que ducit ad sanctum Micaelem; inde per eandem viam magnam vadit ad fontem Tetrench nomine, ubi est arbor ulmi; inde per eundem fontem superius ad septemtrionem iuxta terram Zuent iobagionis castri Crisiensis, per metas veteres; inde iuxta terram Thiburcii per eundem pontem superius peruenit ad caput eiusdem pontis, ubi sub erulo est meta; inde iuxta terram eiusdem Thiburcii eundo peruenit usque terram de Kemluk; inde iuxta terram de Kemluk eundo commetatur terre domus sancti sepulchri de Golgonicha; inde versus orientem coniungitur terre domus templi de Golgonicha; inde eundo coniungitur terre Wlchete ubi est meta; inde iuxta terram Wlchete per unum pontem descendit per metas et de ponte exit ad pirum; inde de piro ad magnam viam ubi est meta; inde directe veniendo peruenit ad arborem nucum; inde transit fluuium Vrtelen et peruenit ad priorem metam, ubi fuit incepta, ibique terminatur. Vt autem huius ville libertas inconcussa permaneat, litteras presentes duximus eisdem concedendas. Datum in festo sancti Georgii, anno domini M⁰ CC⁰ LII⁰.

Iz izvorne potvrde kralja Bele od god. 1253. na pergameni u arkivu grada Križevaca. — Postoje još potvrde ovog privilegija od g. 1269. po kralju Beli, g. 1279 po Stjepanu, g. 1382. po Ljudevitu i g. 1597. po Rudolfu. Ima i prijepis bana Stjepana od g. 1351.

Fejér IV. 2. 164—167. — Kukuljević Jura regni I. 69—70. — Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 25. (Donosi samo početak). — Kukuljević Reg. no. 631.

427.

1252, 29. aprila. U Perugii.

Papinski izaslanik Ivan biskup ankonitanski pozivlje nadbiskupa dubrovačkoga i barskoga, da dovedu svoje svjedoke.

In dei nomine amen — Anno domini millesimo ducentesimo et quinquagesimo secundo, temporibus domini Innocentii pape, indictione decima, die lune secundo exeunte mense aprilis. Frater Johannes archiepiscopus Antibarensis pro se principaliter et procuratorio nomine Budua-nensis, Dulcinensis, Driuariastensis(!), Scodrensis, Suacensis et Pollatensis episcoporum ex una parte et dominus Leonardus plebanus sancti Johannis de Triuisio procurator domini Johannis archiepiscopi Ragusini ex altera, ut asserunt de procurationibus presentauerunt uenerabili patri domino Johanni Bono episcopo Anconitano litteras apostolicas bulla plumbea domini pape bullatas in hunc modum:

(Slijedi listina pape Inocenta IV. od 22. aprila 1252.).

Actum in palacio sancti Florencii de Perusio presentibus domino Leonardo priore dicte ecclesie, Vivano dompni Philippi de Ancona, Bonacurso domini Biachini de Caminno et Bonacurso familiare dicti archiepiscopi Antibarensis testibus rogatis. Qui dominus episcopus statim ea die, loco et testibus autoritate litterarum predictarum commisit Cosme cappellano et notario suo receptionem testium, quos in causa prefata introducere uoluerint partes dicte, concedens eidem in compellendo testes ut ueritati testimonium perhibeant plenariam potestatem. Statuens etiam predicto fratri Johanni archiepiscopo Antibarensi pro se et procuratorio nomine predictorum episcoporum et dicto domino Leonardo procuratori prefati archiepiscopi Ragusini terminum per totum mensem junii proxime aduenturi ad presentandum se et ad comparendum apud Ragusiam per se uel per idoneos procuratores, coram Cosma predicto prefatos testes introducturi, ita tamen, quod si aliqua parcium ad prefixum terminum non adesset, non obstante absencia illius pars que aderit possit licite introducere testes suos et ipse recipiendi eos habeat plenius facultatem.

(Signum notarii).

Ego Jacobus Andree Cicute imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui rogatus a predictis partibus et de mandato predicti domini (Johannis) scripsi et publicaui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

428.

1252, 29. aprila. U Perugii.

Zovu se na sud pred biskupa ankonskoga nadbiskup barski i drugi biskupi južne Dalmacije s jedne strane, a zastupnik nadbiskupa dubrovačkoga s druge strane.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo ducentesimo et quinquagesimo secundo, temporibus domini Innocenti pape, indictione decima, die lune secundo exeunte mense aprilis. Uenerabilis pater dominus Johannes Bonus Anconitanus episcopus auctoritate litterarum domini pape statuit terminum perentorium fratri Johanni archiepiscopo Antibarensi pro se et procuratorio Buduanensis, Dulcinensis; Driuariastensis (!), Scodrensis, Suacensis et Polatensis episcoporum ex una parte et domino Leonardo plebano sancti Johannis de Triuisio procuratori domini Johannis archiepiscopi Ragusini ex altera hinc ad tres dies ante kalendas ianuarii proxime uenturi ad comparendum per se uel idoneos procuratores coram summo pontifice in causa que inter eos uertitur ad sententiam audiendam. Actum in palatio sancti Florentii de Perusio presente domino Bernardo priore dicte ecclesie, Viuano dompni Philippi de Ancona, Bonacurso domini Biachini de Camino et Bonacurso familiare dicti fratris Johannis, testes fecerunt.

(Signum notarii.) Ego Jacobus Andree Cicute imperiali auctoritate notarius predicta de mandato dicti domini episcopi Anconitani scripsi et puplicaui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.
Bullarium Ragusinum 385. — Kukuljević Reg. 632.

429.

1252, 1. maja. U Perugii.

Omnibus presentes litteras inspecturis Joannes de Camezan domini pape et eiusdem contradictarum auditor salutem in domino. Noueritis quod cum venerabilis pater (Johannes) Antibarensis archiepiscopus pro se impetrasset litteras apostolicas sub his formis:

(Slijedi pismo pape Inocencija IV. od g. 1252. od 20. aprila.)

item:

(Slijedi pismo istoga pape od g. 1252. od 22. aprila.)

Eisdem litteris Leonardus de Teruisio clericus, procurator venerabilis patris (Johannis) archiepiscopi Ragusini pro ipso in audientia publice contradixit, quas tamen ea condicione absoluit, quod scilicet litibus motis inter predictos archiepiscopum Antibarensem ex parte vna et archiepiscopum Ragusinum ex altera, nullum eidem archiepiscopo Ragusino per predictas litteras preiudicium generetur, quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Datum Perusii kalendas maii, pontificatus domini Innocencii pape IIII. anno nono.

Iz rukopisa »Bullarium Ragusinum« 404.—405. Farlati Ill. sacr. VI. 103 i 441. — Kukuljević Reg. br. 601 (pogrešno u god. 1251.).

430.

1252, 8. maja. U Djakovu.

Biskup bosanski prima pismo trebinjskoga biskupa u komu šalje papinsku bulu, da se stavi pred papu sa svima dokazalima svoje biskupije.

In nomine domini dei eterni amen. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, die octauo intrante mense maii, indictione decima, in uilla que uocatur Diaco et ante domum in qua habitabat episcopus Bosgnensis, in eorum presentia quorum nomina inferius conscribentur, Pauerzenus diaconus nuntius domini episcopi Tribuniensis presentauit litteras domino episcopo Bosgnensi ex parte dicti episcopi suo sigillo sigillatas hunc modum habentes: Uenerabili in Christo patri (Ponse) dei gratia Bosgnensi episcopo Saluius eadem gratia Tribuniensis episcopus salutem in domino. Nouerit paternitas uestra nos a summo pontifice tales litteras recepisse. *(Slijedi bulla papinska od 23. maja 1250.)* Cum igitur mandatum apostolicum preterire non possumus nec debeamus, auctoritate nobis iniuncta uobis precipiendo mandamus, quatinus infra octo mensium spatium iuxta mandatum apostolicum a die uobis citacionis facte uobis terminum duximus prefigendum, ut personaliter per uos uel per suficientem procuratorem cum actis priuilegiis et munumentis(!), iuribus et rationibus omnibus summi pontificis conspectui presentetis memorato archiepiscopo Ragusino uel eius procuratori legitime responsuri. Actum est hoc in supradicta uilla ante domum supradicti episcopi

Bosgnensis, presentibus Petro Pausa capelano dicte uille, Daniele, Johanne et Dimitrio presbyteris, Juda et Alexandro et aliis multis. *(Signum not.)*

Ego Archilocus clericus et notarius hiis omnibus interfui, scripsi, compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

431.

1252, 25. maja. U Veneciji.

Dubrovčani posudjuju novaca u Veneciji.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, die septimo exeunte, mense madii, indictione decima, Rivoalti. Manifestum facimus nos Dabrane de Lampredio, Cerna de Vitana, Theodorus de Bodatio et Goyslauus Theodori Crosii cum nostris heredibus, quia nomine comunis Ragusii per uirtutem comissionis carte manu presbyteri Pascalis comunis Ragusii notarii scripte, anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense decembri undecimo die astante, indictione decima, in ciuitate Ragusii, quam nobis fecerunt consiliarii et uniuersum comune Ragusine ciuitatis dantes nobis plenissimam uirtutem et potestatem accipiendi mutuo super comune Ragusii a quocunque uel quibuscunque inuenire possemus, tantam quantitatem pecunie, quantam uideremus esse necessariam pro utilitate comunis dicte ciuitatis, cum consilio et auxilio domini nostri comitis quem dominus noster dux Venetie sui gratia daret ciuitati Ragusii recepimus mutuo de consilio et uoluntate domini Marsilii Georgio comitis, ituri Ragusium de mandato domini nostri ducis et comunis Venetie a te nobili uiro Jacobo Delphyno de confinio sancti Canciani et tuis heredibus libras quattuordecim denariorum venetorum grossorum, quas nobis et dicto comuni Ragusii mutuasti et dedisti pro utilitate comunis dicte ciuitatis causa amoris et dilectionis, quas dedimus et expensauimus in acutis ferro laborato et non laborato et remis et sarciis et ceteris necesariis pro comuni Ragusii, quas libras quatuordecim denariorum venetorum grossorum debemus per nos uel comune Ragusii uel nuntios nostros uobis uel uestro misso reddere, soluere et deliberare hic in Riuoalto usque ad medium mensem augusti proxime uenturum, saluas in terra sine omni periculo et occasione, aut ullis interpositis capitulis. Hec autem que suprascripta sunt, si comune Ragusii uel nos non obseruauerimus tunc emendare debeat

comune Ragusii uel nos cum nostris heredibus emendare debeamus omnia suprascripta tua pecunia in duplum de terris et casis nostris uel bonis comunis Ragusii que habere uisi fuerimus uel uisus fuerit comune Ragusii in hoc seculo et in antea et ipsum capitale et duplum prode Laborent de quinque (in) sex per annum. Signum suprascriptorum Dabrane, Cerne, Theodori et Goyslaui qui hec rogauerunt fieri.

(Potpisi raznih ruku.)

† Ego Leonardus Zunio testis subscripsi.

† Ego Leonardus Venerius testis subscripsi.

† Ego Petrus de Molino uice domini testis subscripsi.

(Signum notarii). Ego Gabriel Paulinus notarius et ducalis aule notarius cancelarius compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

432.

1252, 12. juna. U Veneciji.

Dubrovčani namiriše svoj dug za put u Rimu.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis iunii die duodecima intrante, indictione decima, Riuoalti. Plenam et ueram securitatem facimus nos Angelus Corrarius et Simeon Justo de confinio sancti Petri de Castello cum nostris heredibus uobis domino Johanni dei gratia archiepiscopo Ragusino, presbytero Petrane de Marca et Sabino de Felice Ragusinis et toti comunitati ciuitatis Ragusii, cunctis successoribus et heredibus de una manifesta carta testata et roborata, facta anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis decembris, die tertio decimo introeunte, indictione suprascripta, Riuoalti, quam nobis fecistis per uirtutem et potestatem unius commissarii factam anno incarnationis domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis octobris, secundo die intrante, in ciuitate Ragusii, quam uobis fecerunt uniuersum comune Ragusine ciuitatis et capitulum maioris ecclesie sancte Marie et uniuersitas totius cleri Ragusii et diocesis Ragusii, uidelicet abbates cum suis conventibus, tam religiosi et clerici seculares, quam etiam laici dantes, tradentes et concedentes meram et liberam autoritatem et plenissimam potestatem uobis accipiendi super ipsos et super ciuitatem Ragusii mutuum siue imprestitum ab una et pluribus personis, tantam pecunie

quantitatem, quanta uobis esset necesaria pro expendiis necessariis faciendis eundo a Ragusio ad curiam domini pape standi et moram faciendi in dicta curia et redeundo Ragusium, donec causa, quam uos et ipsi habent uel sperant habere cum Antibarensi et Bosnensi et aliis episcopis, fuerit dante domino per summum pontificem terminata, ut in ipsa commissione continetur et cetera, quia cum uestris procuratoribus tam nomine uestro quam nomine suprascripte comunitatis ciuitatis Ragusii recepistis a nobis et nostris heredibus libras denariorum venetorum grossorum integras uiginti quinque, quas uobis euntibus ad curiam domini pape specialiter pro suprascripta causa, quam habet ecclesia Ragusina et comune Ragusinum cum Antibarensi et Bosnensi et aliis episcopis, dedimus et prestitimus sine aliquo prode ex dilectione, quam in uos et suprascriptum uestrum comune habemus conuertendas et expendendas in prosecutione et determinatione dicte cause, ex tunc usque ad festum sanctorum apostolorum Petri et Pauli prius uenturos per suprascriptam indictionem uel antea nobis redendas et cetera, ut in ea legitur. Nunc autem, quia uos de quantocunque continetur et legitur in suprascripta manifesta carta nos bene et perfecte appaccastis et deliberastis. amodo igitur in antea semper inde securitas permaneat et quieta, quia nihil inde remansit, unde uos amplius requirere aut compellere ualeamus per ullum ingenium. Si igitur unquam contra hanc securitatis cartam ire tentauerimus, tunc enim dare debeamus cunctis eredibus uobis et uestris heredibus succesoribus auri libras quinque, et hec securitatis carta in sua (firmitate) maneat.

Signum suprascriptorum Angeli Corrario et Simeonis Justi qui hec rogauerunt fieri.

(Potpisi raznih ruku.)

† Ego Michael Marignuti testis subscripsi.

† Ego Bartolus . . . . testis subscripsi.

(Signum notarii.) Ego Dominicus . . . . presbyter plebanus sancti Paterniani et notarius compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIII.

433.

1252, 18. juna. U Veneciji.

Duždd Marin Mauroceno potvrdjuje općini dubrovačkoj, da je namirila tribut za prošlu godinu.

Nos quidem Marinus Maurocenus dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii romani

cum nostro consilio. Notum facimus uniuersis has litteras inspecturis, quia nomine nostro et comunis Venetie recepimus a nobilibus uiris Dabrane de Lampredio, Cerna de Vitana, Theodore de Bodatia, Goislauo Theodori Crosii nuntiis et procuratoribus ciuitatis Ragusii libras ducentas denariorum venetorum, quinquaginta et quattuor nominatim pro centum yperperis auri ueteribus recti ponderis pro censu ṣiue tributo et duodecim yperperis regalie nostre, que comune Ragusii nobis nostroque comuni Venecie tenebatur pro anno preterito a festo omnium sanctorum retro nuper transacto, quos denarios pro solutione dictorum yperperorum auri prenominati nuntii et procuratores dederunt et apportauerunt pro comuni Ragusii nobis et camerariis nostri comunis Venetie, de quibus centum et duodecim yperperis nomine comunis Ragusii per nos nostrosque successores nomine nostro et comunis Venetie et pro ipso comuni Venetie plenam et irreuocabilem securitatem ac remissionem facimus imperpetuum atque finem, quia nihil remansit de predictis centum et duodecim yperperis suprascripti anni preteriti, unde dictum comune Ragusii requirere aut compellere ualeamus per ullum ingenium. In cuius rei testimonium presentes litteras iussimus fieri et nostri sigilli munimine roborari. Data per manum Gabrielis Paulini notarii nostreque curie cancelarii, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense iunio die tertio decimo exeunte, indictione decima, in nostro ducali palatio.

Original u dubrovačkom arkivu. Pečat dobro sačuvan. — Zbirka Saec. XIII.

434.

1252, 22. juna. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka daje svomu sugradjanu Gervaziju Damjanovu Bočinčiću za dug općine primjerenu količinu soli.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis iunii, nono die astante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem iurati iudices Grubessa Gundule, Michael Pezane et Pasqua Johannis de Grade cum consiliariis de paruo et magno consilio et nos populus Ragusinus confitemur, quoniam Geruasius Damiani Bocinoli ad utilitatem comunis Ragusii imprestauit predicto comuni Ragusii uiginti solidos denariorum grossorum, pro quibus predictis uiginti solidis denariorum assignauimus ei centum modios salis comunis Ragusii. Et eidem Geruasio damus licentiam, ut post uenditionem salis Marini

Sergii Debisci idem Geruasius habeat potestatem prenominatos centum modios salis cum sale domini nostri ducis Venetie uendendi et paccandi se. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes prenominati iurati iudices Grubessa Gundule, Michael Pezane, Pasque Johannis de Grade. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

435.

1252, 5. jula. U Bariju.

Uredjuju se trgovačke prilike radi navale srpskoga kralja na Dubrovnik.

† Eterni regis incarnatione anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, regni vero domini nostri Corradi Romanorum, Jerusalem et Sicilie illustris regis anno secundo, mensis iulii quinto eiusdem, indictionis decime. Nos Domancha de Quirierio, Andreas de Volgio, Micha de Janchino, Andreas de Pabora, Nicolaus de Curoso, Alexius et Theodorus de Luca, ciues Ragusii in Bario, uoluntate in presentia domini Leonis Ciaule Barensis iudicis et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum, consentientes in predictum iudicem, infrascriptos notarios et testes tamquam in nostros, cum sciremus, ipsos nostros non esse, fatemur nos recepisse a iudicibus, consiliariis, uniuerso populo Ragusii litteras in hac forma: Judices, consiliarii et populus Ragusii uniuersus dilectis conciuibus suis omnibus nam commorantibus in regno Apulie, quam in partibus Romanie, quam etiam in omnibus aliis partibus, salutem et amorem cum desiderio uidendi (uos), dilectioni uestre per certum manifestamus, quoniam Vrosius rex Seruie cum magno exercitu et multis edificiis et . . . quinatis, ad preliandum nos et desolandum ciuitatem nostram Ragusii uenit, omni mora postposita. Unde omnes uos et singulos rogamus, quantum possumus et precipimus uobis . . . . . ut ad melius quo potestis usque ad proximum uenturum dimidium mensis iulius(!) ueniatis Ragusium. Scientes autem, quod mercator qui ad prenominatum terminum non uenerit Ragusium, dabit bandum centum perperos, et marenarius qui ad predictum terminum non uenerit Ragusium, dabit in libris quindecim yperperos denariorum. Si quis mercator iam misit sua mercimonia in nauem frusteriorum(!), habeat licentiam mictendi(!) seruientem suum pro se super dicta

*

mercimonia sua. Et etiam damus uobis licentiam, ut (ad) supradicta mercimonia dimittatis duos mercatores de uobis in Brundusio et duos in Baro et duos in Trano et in Durrachio duos, quos uultis elligere de uobis et predictus bandus deueniat ad comune Ragusii. Facta est autem hec carta mensis iunii, altero die sancti Johannis Baptiste. Predicte autem lictere(!) erant patentes et sigillate sigillo comunis Ragusii in cera, quarum licterarum autoritate prescripto quinto die mensis iulii constituimus nobis procuratores Pascam de Chuno et Martinum Johannis de Auclino conciues nostros, ad tenendum et procurandum omnes merces nostras quas habemus in Baro et ad faciendum de ipsis ad nostram utilitatem omnia, sicuti nobis facere licet, permitendos sub ypotheca rerum nostrarum nos Barum habituros firmum, quicquid predicti procuratores super premissis duxerint faciendi. Hoc autem nostre procurationis scriptum scripsit Matheus publicus Barensis notarius qui interfuit. *(Signum notarii.)*

(Potpisi raznih ruku).

† Leo Ciaula Barensium iudex.

† Nicolaus Egidii Cambitori filii.

Philippus notarius Petricce notarii filius.

† Bizantius Barensis notarius.

Original u dubrovačkom arkivu (zbirka saec. XIII.)

436.

1252, 6. jula. U Dubrovniku.

Notar Pascalis donosi ovjerovljeno pismo nadbiskupa barskoga, kojim označuje svoje punomoćnike u raspri sa nadbiskupom dubrovačkim.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis iulii, sexto die intrante, indictione decima, in archiepiscopali palatio Ragusine ciuitatis, in presentia fratrum Predicatorum de sancto Dominico commorantium apud Ragusium, uidelicet Benedicti subprioris et Floriani et presbyteri Antonii et Blanci et Damiani clericorum et aliorum multorum clericorum et laycorum, diaconus Stanicna presentavit domino Cosme subdelegato domini Ancontani episcopi quoddam scriptum cuius tenor talis est: Frater Johannes miseratione diuina sancte Dioclensis atque Antibarensis ecclesie archiepiscopus, omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in domino sempiternam. Noueritis nos fecisse procuratorem nostrum diaconum Stanicnam, tam autoritate nostra, quam procuratorio nomine, in causa que uertitur inter

nos et suffraganeos nostros ex una parte et archiepiscopum Ragusii ex altera ad excipiendum et protestandum, contradicendum et consentiendum quicquid contra testes quos daturus est archiepiscopus Ragusinus in causa predicta, ad faciendum omnia que in dicta causa debet facere legitimus procurator, ratum et firmum habituri per nos et suffraganeos nostros, quorum sumus procuratores quicquid per eum fuerit procuratum. Datum Antibari anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, decimo kalendas iulii. Et ego Triphon presbyter communis iuratus notarius auditor sum et scriptor. Quod prenominatum scriptum erat apertum et sigillatum cum sigillo de cera et dictum sigillum erat circumscriptum: sigillum fratris Johannis archiepiscopi Antibarensis. Et dictum sigillum habebat in se sculptas ymagines sanctorum apostolorum Petri et Pauli, sub quibus ymaginibus erat sculpta ymago predicti Johannis Antibarensis archiepiscopi. Quod prenominatum scriptum ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus de uerbo ad uerbum, nihil addens nec minuens, ut uidi bona fide scripsi et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

437.

1252, 7. jula. U Dubrovniku.

Dubrovačka općina daje svu sigurnost punomoćnicima nadbiskupa barskoga.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis iulii, septimo die intrante, indictione decima, Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Marsilius Georgii comes Ragusii et nos uniuersum comune Ragusii pro bono statu et honore ecclesie et ciuitatis nostre Ragusii statutum et bandum facimus et laudamus, ut presentes iurati prelati Antibarensis, uidelicet presbyter Triphon, diaconus Stanecha et Petrus qui occassione questionis, que uertitur inter ecclesiam Ragusinam et inter ecclesiam Antibarensem ex parte dicti prelati modo uenerunt Ragusium, et etiam si occassione predicte questionis idem prelatus Antibarensis uel alii pro ipso uenerint Ragusium, sint salui et securi, sine iniuria et sine molestia in habere et personis eorum, in ueniendo, stando et redeundo. Si autem aliquis Raguseus contra hoc statutum seu contra hunc bandum fecerit, idem Raguseus det bandum perperos uiginti quinque. Hii sunt in hoc testes: Grubessa

Gundule et Michael Pezane, Theodorus Bodatie, Goyslauus Theodori Crosii et Pasqua Johannis de Grade iurati iudices Ragusii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

438.

1252, 11. jula. U Dubrovniku.

Počinju prisege u crkvi glede raspre dubrovačke i barske nadbiskupije.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, quinto idus mensis iulii, die mercurii, indictione decima, Ragusii, coram subscriptis testibus. Cum datus esset terminus uenerabili patri (Joanni) archiepiscopo Antibarensi recipienti pro se et nomine illorum episcoporum quorum est procurator a domino (Johanne) episcopo Anconitano delegato domini pape, ut per se uel eius procuratorem ydoneum, per totum mensem iunii, coram Cosma capelano et notario ipsius episcopi Anconitani compareret in ciuitate Ragusii ad uidendum et audiendum testes iurare, quos uenerabilis pater dominus archiepiscopus Ragusinus uellet introducere in causa, quam habet cum predicto archiepiscopo Antibarensi, pro se et procuratorio nomine ipsorum episcoporum coram domino episcopo Sabiniensi, prout patet de termino scripto manu Jacobi Andree Cicuti notarii ciuis Anconitani, nec non idem archiepiscopus Antibarensis per se uel procuratorem ydoneum coram ipso Cosma comparere in termino constituto, cui Cosme examinatio testium predictarum partium commissa exstitit per predictum dominum episcopum Anconitanum auctoritate domini pape; ac etiam idem Cosmas haberet potestatem a dicto episcopo Anconitano recipiendi testes ipsius domini archiepiscopi Ragusini, non obstante absentia ipsius archiepiscopi Antibarensis, si in termino non adesset ei statuto, nec non predictus Cosmas notarius tribus diebus post predictum terminum eundem archiepiscopum Antibarensem uel procuratorem suum expectauerit. Antequam testes reciperet ipsius domini archiepiscopi Ragusini uolens ipse Cosmas de iure procedere quo ad testes recipiendos prefati domini archiepiscopi Ragusini, sicut ei erat iniunctum per prefatum dominum episcopum Anconitanum, publice dixit in ecclesia sancte Marie archiepiscopatus Ragusini et fecit preconizari per

ciuitatem Ragusii, ut si aliquis extra pro predicto archiepiscopo Antibarensi et episcopis quorum ipse procurator, quod coram ipso Cosma compareret in dicta ecclesia ad uidendum testes pred ctos iurare, nec aliquis comparuerit ad hoc specialiter constitutus, coram testibus infra scriptis publice in dicta ecclesia sancte Marie archiepiscopatus Ragusini fecit testes predicti domini archiepiscopi Ragusini iurare, ut in predicta causa ueritati testimonium perhiberent presentibus fratre Benedicto subpriore fratrum Predicatorum de sancto Dominico de Ragusio et fratre Floriano eiusdem ordinis Matheo, Luce, Johanne, Lazari, Helia presbyteris et pluribus aliis presbyteris et clericis Petro, Srecte, Dabrana, Lampredii, Fusco de Slabba et Michaele Cassulo, Angelo Barastro Venetis et Goyslauo Theodori Crosii, Theodoro Bodatie et pluribus aliis clericis et laicis. Et in continenti ipse Cosmas articulos memorati domini archiepiscopi Ragusini et interogatorias Antibarensis archiepiscopi sub sigillo uenerabilis patris episcopi Sabiniensis interclusos apperuit coram testibus supradictis. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus interfui, scripsi, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

439.

1252, 29. jula. U Dubrovniku.

Zastupnici nadbiskupa barskoga imadu da zajamče svaku sigurnost nadbiskupu dubrovačkom u Baru.

† Anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis iulii tercio die exeunte, indiccione decima, in archiepiscopali palacio Ragusine ciuitatis coram subscriptis testibus. Cosmas capellanus et notarius domini (Johannis) episcopi Anconitani, ac ipsius domini subdelegatus statuit terminum peremptorium venerabili patri (Johanni) domino archiepiscopo Ragusino, ut nomine suo et ecclesie Ragusine recipienti, ut per se vel idoneum procuratorem compareat coram ipso Cosma in ciuitate Antibarensi die octauo exeunte mense augusti, ad videndum et audiendum iurare testes, quos voluerit introducere dominus Antibarensis archiepiscopus pro se et procuratorio nomine aliorum episcoporum, quorum, ut dicitur, est procurator, alioquin procedet ad recepcionem testium, secundum quod de iure fuerit procedendum. Item precepit domno Staneche procuratori dicti archiepiscopi Antibarensis

presenti, quod faceret et procuraret ita, quod dictus Antibarensis archiepiscopus pro se, comite et comune Antibarensi et domino rege Rassie et fratre eius domino rege Vladislauo inueniat securitatem dicto domino archiepiscopo Ragusino vel eius procuratori, ut libere et sine periculo aliquo tam in persona quam rebus possint venire Antibarim ad audiendum iurare testes predictos, stare eciam, moram trahere et redire pro sue arbitrio voluntatis. Item dictus dominus archiepiscopus Ragusinus pro se et ecclesia Ragusina dixit et protestatus est coram dicto Cosma, quod paratus est per se et procuratorem suum comparere coram eo in Antibari, ut dictum est, dummodo securitatem habeat, secundum quod dictum est supra. Et si per se vel procuratorem suum dictam securitatem non poterit habere, ut dictum est, nullum preiudicium fiat dicto domino archiepiscopo et ecclesie Ragusine et salue sint dicto domino archiepiscopo et ecclesię Ragusine omnes excepciones sue, que sibi de iure competunt tam in personas testium, quam eciam in ipsorum dicta, quos dictus Antibarensis per se et procuratorio nomine aliorum episcoporum, quorum, ut dicitur, est procurator, voluerit introducere in causa, que vertitur inter memoratum dominum archiepiscopum et ecclesiam Ragusinam et archiepiscopum Antibarensem et procuratorio nomine episcoporum quorum est procurator coram venerabili patre episcopo Sabiniensi, a domino papa Innocencio quarto ipsis partibus auditore concesso. Hi sunt testes: presbyter Antonius, Blancus, Ursacius, Damianus clerici, Petrana de Bonda et alii. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. — Rukopis »Bullarium Ragusinum« 312—313.

Farlati Illyr. Sacr. VI. 104. — Kukuljević Reg. br. 633.

440.

1252, 10. augusta. U Zadru.

Dobren brat Prvoslavov prima od samostana sv. Krševana zemlju u Dragı sv. Krševana, da nasadi vinograd.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eius millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis augusti, die decimo intrante, indictione decima, Jadre, temporibus equidem domini Marini Mauroceni incliti ducis Venecie et magistri Laurentii uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac

Johannis de Canale egregii comitis. Ego namque Dobren frater Priuoslaui confiteor per hoc presens scriptum, quia recepi a uobis domino Nicohlao(!) abbate sancti Crisogoni(!) et uestris fratribus monachis de consensu et uoluntate Lampredii de Nicola aduocati uestri monasterii quandam uestram terram ad pastinandum, positam in Draga sancti Crisogoni, secundum quod presaliam feci taliter, quod, dum eam abuero(!) et ex ea fructum etraere(!) potero, dare teneor annuatim per me meosque heredes uobis et uestris successoribus fideliter partem de uino septimam, conducendo eam cum nuntio monasterii meis expensis usque in uestrum monasterium; de oleo quidem et omni alio fructu ex ea habito, similiter septimam partem uobis dabo. Et si de alico(!) fructu ex ea habito recenti uel sico(!) uendidero, septimum denarium uobis dabo(!). Et si ficus recentes domum portauero ad commedendum cum sporta uel cum alio uase, septima uice cum eodem uase uobis portabo. Et si de fraude contra uestram iustitiam inculpauero, coram aduocato uestri monasterii mea ratione monstrabo; et si tunc conuictus fuero, uobis sex perperos nomine pene pacabo; si uero ulio tempore ego uel heredes mei ipsas uites uendere uoluerimus, primo illam uenditionem uobis uel uestris successoribus declarare debemus. Et si eam emere uolueritis, dando nobis illud precium, quod ab uno et ab alio habere poterimus, uobis eas dabimus et non alii homini. Si uero eas emere nolueritis, tunc licebit nobis eas uendere cuicumque uoluerimus, saluo semper omni iure uestro, hoc est habendo uos annuatim septimam partem omnium fructuum, ut predictum est. Verum tamen dictas uites nulli monasterio, nec ecclesie, nec religioni, nec donabimus, nec uendemus, nec pro anima iudicabimus, nisi uestro monasterio sancti Grisogoni. Vnde omnia que predicta sunt, rata et firma sint inter me et heredes mei(!) et uos uestrosque successores in dicto monasterio in perpetuum. Si uero sine herede obierimus, dictas uites nec donare, nec pro anima iudicare alicui poterimus, set absolute ad uestrum monasterium debeant deuenire. Actum est hoc et firmatum coram his uocatis et rogatis testibus: Raça Gusik et magister Damianus medicus.

(Drugi rukopis.)

Ego Lampredius de Nicola, examinator manum meam misi.

Ego Prodanus sancte Anastasie primicerius et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, compleui et roboraui.

(Monogr. notar.)

Original u gubern. arkivu u Zadru. (Odio samostana sv. Krševana caps. XVII. mas. S. no. 8.

441.

1252, 12. augusta. U Dubrovniku.

Punomoćnik nadbiskupa dubrovačkoga dokazuje, kako radi nasilja srpskoga kralja ne može poći u Bar.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis augusti, die duodecima intrante, indictione decima, Ragusii, in presentia fratrum Benedicti subprioris et Floriani de ordine Predicatorum, Dabrine Lampri de Ragusio, Michaelis Casulo, Angeli Barastro de Venetia et aliis, Blancus clericus et capellanus uenerabilis patris domini Johannis archiepiscopi Ragusini procurator et syndicus dicti archiepiscopi, capituli et ecclesie Ragusine hanc protestationem in scriptis fecit, sic dicens: Ego Blancus clericus procurator et syndicus uenerabilis patris domini Johannis dei gratia archiepiscopi Ragusini, capituli et ecclesie Ragusine, procuratorio nomine dico, propono et protestor, nomine et uice dicti domini archiepiscopi, capituli et ecclesie Ragusine coram uobis domino Cosma subdelegato domini episcopi Anconitani, delegati summi pontificis, super receptione testium in causa que uertitur inter dictum dominum archiepiscopum, capitulum et ecclesiam Ragusinam ex una parte et Antibarensem et alios episcopos suffraganeos ecclesie Ragusine, quorum idem Antibarensis est procurator, ex altera, quod paratus est uenire per se uel procuratorem ydoneum Antibarensem ad uidendum et audiendum testes iurare, quos idem Antibarensis pro se et nomine et uice aliorum episcoporum suffraganeorum ecclesie Ragusine, quorum ipse est procurator, uoluerit introducere, dummodo possit plenam et ydoneam securitatem a rege Rasse et fratre eius Ladisclauo(!) et aliis qui in partibus illis habent dominium temporale, habere cum non habeat, nec habere possit, item uel uiam ueniendi Antibarim mihi per districtum et potentiam dicti regis et ipsius baiulorum. Cum dictus Antibarensis pro se et nomine et uice episcoporum suffraganeorum ecclesie Ragusine, quorum ipse est procurator, plenam et idoneam securitatem habuerit a comite et comuni Ragusii propter hoc Ragusium ueniendi, standi et moram faciendi, pro sue uoluntatis arbitrio redeundi, sicut liquido patet per publicum instrumentum et litteras dicti comitis super hoc sibi concessas, eius sigillo cereo sigillatas. Unde cum dictus archiepiscopus Ragusinus a dicto rege nec a fratre eius aliquam securitatem non habeat, nec possit habere, per se uel procuratorem Antibarim ueniendi ad uidendum et audiendum testes iurare, quos idem Antibarensis pro se et procuratorio nomine aliorum episcoporum

suffraganeorum ecclesie Ragusine contra ecclesiam Ragusinam nititur introducere, illuc uenire personaliter, nec aliquem procuratorem securiter non potest dirigere. Presertim cum dictus archiepiscopus Ragusinus ab ore duorum fratrum Predicatorum in partes(!) suprascripti regis existentium intellexerit et super hoc publica fama laborat, quod si dictum archiepiscopum Ragusinum haberet uel posset in sua potestate habere, in dedecus summi pontificis et Romane ecclesie ipsum faceret excoriari, fatue asserendo, quod dominus papa nec ecclesia Romana nullam potestatem habet in suo regno, cum habeat in regno suo papam cui tamquam summo pontifici famulatur, habendo etiam archiepiscopos Sclauos et Latinos, qui igitur reuerentiam et obedientiam tamquam summo pastori ydolatre exhibent in dedecus et opprobrium dei et ecclesie generalis. Et cum sit publicum et notorium, quod dictus rex, ut in obsidione ciuitatis Ragusii ueniret, generalem exercitum congregauit et animalia Ragusinorum rapi mandauit, possessiones et uineas nititur quotidie deuastare et homines Ragusii sub fidancia apud Antibarim fecit interfici et alios grauiter uulnerari, Antibarim timore mortis expauescens non audet accedere nullo modo, nec aliquis Diracenus loco sui; preterea in citatione dicti Antibarensis et aliorum episcoporum nuntii litterarum domini pape nequeunt, et inhumaniter fuerunt detenti et arte custodia mancipati per multos dies pane doloris et aqua tristitie miserabiliter substentati, nec de arto (!) custodia potuerint eripi, nisi cum magnis plicariis quibus sunt usque nunc obligati, dicendo etiam frater dicti regis Ladislauus turpia et inaudita uerba, tamquam canis impudicus contra dominum papam oblocitando, appellando ipsum canem cum omnibus cardinalibus singulis. Unde dico propono et protestor coram deo et uobis et aliis testibus subscribendis procuratorio nomine supradicti domini archiepiscopi, capituli et comunis Ragusii, quod omnes ecceptiones(!) proponende eisdem domino archiepiscopo, capitulo et ecclesie Ragusine a iure sibi concesse sint, eisdem salue in posterum tam in personam dicti Antibarensis et aliorum episcoporum suffraganeorum ecclesie Ragusine et eorum procuratores, quam etiam in personas testium et dicta ipsorum, quos idem Antibarensis pro se et procuratorio nomine aliorum episcoporum suffraganeorum ecclesie Ragusine uoluerit introducere. Actum est hoc in domo fratrum Predicatorum.

Signum notarii. Ego Jacobus Malimizoco subdiaconus et notarius his interfui Ragusii, scripsi, compleui et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

442.

1252, 14. septembra. U Dubrovniku.

Gerdoman poslanik kralja srpskoga potvrdjuje primitak zajma što ga je dobio njegov kralj u Dubrovniku.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagessimo secundo, mensis septembris, die exaltationis sancte crucis, in ciuitate Ragusii, coram nobis subscriptis testibus. Ego quidem Gerdomannus Sumetic nuntius domini Urosoy(!) regis Seruie confiteor, quoniam a nobili uiro domino Marsilio Georgio comite Ragusii et a comuni Ragusii hodie accepi mille ducentos perperos et in isto die cum omnibus dictis mille ducentis perperis exiui a ciuitate Ragusii, secundum quod ipse dominus rex per suas litteras preceperat, quos dictos perperos Andreas et Salomon de ordine Predicatorum et nuntii Ragusii, Theodorus Bodatie et Petrus Johannis Bogdani nomine dictorum domini Marsilii comitis Ragusii et comunis Ragusii in nuper preterito mense augusti predicto domino regi promiserant dare in prenominato die exaltationis sancte crucis. Ut autem hec carta robur optineat firmitatis et credulitatis, ego dictus Gerdomannus nuntius dicti domini regis meo sigillo eam sigilaui. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Goyslauus Theodori Crosii iuratus iudex, Bubanna Petri monachus, Siluerius de sancta Maria de Gerdeza (!), Angelus Barastro de confinio sancti Augustini, Michael Casulo de confinio sancti Geruasii de Venetia, Rosinus Trifonis, Ratislaue et Martolus Maledicti Catharensis, Dabrana Lampridii, Calenda Cerneche et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

Signum notarii.

Original u dubrovačkom arkivu; na vrvci pečat sačuvan. Na pečatu natpis: ГРДОМАНЬ. *Zbirka saec. XIII.*

»Rad« Jug. akad. I, 134. — Kukuljević Reg. br 634.

443.

1252, 1. oktobra. U Zadru.

Gruba, žena pokojnoga Germana de Stocha, ostavlja svoj imetak samostanu sv. Marije.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, die primo mensis octubris, inditione vndecima, Jadre, temporibus equidem domini Marini Mauroceni incliti Venecie ducis et magistri Laurentii Jadrensis venerabilis archiepiscopi, ac domini Johannis da Canale egregii comitis.

Diuine inspirationis donum dei est et prouide mentis arbitrium, vt antequam superueniat mortis iudicium, quilibet sit se et sua bona ordinare sollicitus. Igitur ego quidem Gruba uxor quondam Germani de Stocha, cum essem corpore infirma, sana tamen mente integroque sensu, bonam eciam memoriam et intellectum habens, timens, ne repentina morte occupata meaque bona omnia inordinata remanerent, idcirco volo, iubeo et dispono tale meum fieri testamentum, ut secundum quod hic ordinauero, dedero darique iussero, sic post meum hobitum(!) fiat et obseruetur. Vnde dico sic, quia pro remedio anime mee dimitto et adiudico monasterio sancte Marie monialium in suprascripta Jadra posito vineam meam in starea posita(!) et est uersus austrum super viam publicam et ab alia parte vinea quondam Damiani Corismiça cum omni sua longitudine et latitudine cum suis terminis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram; et libras triginta denariorum uenetorum, quas mihi dare et persoluere debuit Sergius filius olim Mathei Dento uel vnam barcham pro eis, videlicet pro vna domo quam sibi uendidi; et libras triginta quinque, quas mihi ad dandum remansit Marinus frater dicti Sergii, de illis quinquaginta libris, quas mihi dare debuit; et libras quatuordecim denariorum uenetorum, quas mihi etiam ad dandum remanserunt heredes Çançii de Pane Milio, de illis sedecim libris, quas mihi dare debuit suprascriptus Çançius pater suus, dans insuper et tradens domine Dabraçe abbatisse dicti monasterii nomine et vice ipsius monasterii plenissimam virtutem et potestatem suisque successoribus etiam vniuersa predicta bona mobilia et immobilia inquirendi, interpellandi aduocatum, interdicta et precepta tollendi, placitandi, respondendi, intromittendi, petendi et execuciendi, habendi, tenendi, possidendi et quicquid aliud necesse fuerit ad utilitatem dicti monasterii faciendi, tam cum carta, quam sine carta, per curiam et extra curiam. Et ita hoc meum testamentum volo et adiudico esse firmum et stabile in perpetuum. Si quis ipsum violare aut corrumpere uoluerit, maledictionem dei omnipotentis incurrat et sub anathemate trecentorum decem et octo patrum constrictus permaneat et nichilhominus(!) hec mei testamenti carta in sua permaneat firmitate. Actum est hoc et confirmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Stephano de Semao et Andree de [Co]topag[na].

Ego Antonius Naun(ensis)(!) diaconus ecclesie Clugiensis Jadre notarius premissis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum notarii.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. — Na hrptu suvremena bilješka: »Gruba Germani«.

444.

1252, 4. oktobra. U Spljetu.

Suci spljetski dosudjuju kaptolu spljetskom zemlju kod »Callis strictus«, koju je držao Lampredije.

Anno dominice incarnationis millesimo CC^{0} quinquagesimo secundo, indictione XI., die IIIIa intrante octubri, regnante domino nostro Bela serenissimo rege Hungarie, temporibus domini Rogerii venerabilis archiepiscopi Spalatensis, Stephani illustris bani Sclauonie comitis, Johannis Cichaide, Miche de Madio, Johannis Duimi iudicum. Nos iudices supradicti dicimus, quod procuratores canonicorum sancti Domnii ante nostram presenciam comparuerunt asserentes, quod Lampredius Desciçe ipsis per uiolenciam teneret quandam terram ad Callem Strictum, quam Slaua soror prefati Lampredii eisdem ratione testamenti dimisit, sicut in publico instrumento apparet, de qua terra sibi iusticiam fieri postularunt. Ad que dictus Lampredius respondit, quod ipsa terra sibi fuerat pignori obligata pro quadam quantitate perperorum et super hoc nobis ostendit quoddam instrumentum de decem et septem perperis contra Lampredium Sagarelle, in quo nichil continetur contra memoratam Slauam. Vnde nos uisis, auditis et pleniter intellectis instrumentis racionibus et allegacionibus utriusque partis et super premissis habito consilio diligenti dicimus et per diffinitiuam sentenciam promulgamus, quod canonici sancti Domnii prefatam terram temporibus perpetuis debeant habere, gaudere et possidere et omnem suam uoluntatem inde facere, tamquam de re propria et speciali, sine aliqua contradiccione dicti Lampredii uel alicuius alie persone. Et ipsi Lampredio de ipsa terra silencium perpetuum imponimus. Actum in platea sancti Laurencii. Testes: Dessa Michaelis, Rainerius Varicassi, Dragus Arcerus et alii.

(Drugom rukom).

Et ego Dobre Duscize examinator misi manum meam.

Ego Amicus capellanus comunis Spalatensis iuratus notarius his interfui et de mandato dictorum iudicum rogatus, scripsi et consueto signo roboraui.

(Monogram not.)

Original u arkivu kaptola u Spljetu a. 1252.

445.

1252. 8. oktobra u Zadru.

Dešen sin Baselijev obvezuje se za zemlju danu mu od Vitače.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo [ducentesimo] quinquagesimo secundo, mensis octobris, die octauo intrante, inditione undecima, Jadre. Post concessum carte quam mihi factam habes, promittens promitto ego quidem Dessegna filius Basselli cum meis heredibus tibi namque Vitaçe de Scolatura tuisque heredibus ideo, quia michi dedisti et concedisti in quadam tua terra in Rio(!) posita secundum quod presaliam feci ad vi . . . . . carta et firmat uersus austrum [in] vinea sancti Damiani et uersus bo[ream] . . . . . quam ca . . . . . . et heredes . . . . . uersus trauersam in vinea . . . . . de Predanello . . . . . . ac . . . . ro ex ea fructum extrahere, fecero per me meosque heredes dare [teneor] tibi tuisque heredibus annuatim sextam partem de uino hic in ciuitate de Tina; de oleo quidem et omni alio fructu [ex ea habito sextam] partem tibi dabo. Et si de aliquo fructu ex ea habito recenti uel sicco vendidero, sextum denarium tibi paccabo. Et si ficus recentes domum portauero ad commedendum, ipsas habeam cum benedictione dei. Si uero diabolo suadente in fraude contra tuam rationem inuentus fuero, tibi sex ipperperos emendabo. Verum tamen si paupertate uel aliqua alia necessitate ego uel heredes mei ullo tempore vites ipsas vendere uoluero, primo tibi uenditam uel tuis heredebus nunciabo. Et si eas emere uolueris pro tanto quod ab uno et ab alio habere potero, ipsas tibi et non alicui alii dare debeo; quod si tunc eas emere nolueris, liceat mihi postea meisque heredibus eas uendere, donare, alienare et pro anima indicare cuicumque uoluero, saluo tamen semper omni tuo iure, scilicet sexta parte omnium fructuum inde habenda, ut superius dictum est. Hec autem omnia suprascripta sic tibi conseruare debeam super me et omnia mea bona. Actum est hoc et confirmatum coram hiis [voca]tis et rogatis testibus, scilicet: Lemesso de Jacobo et Peregrino de Ginnanno.

(Drugom rukom).

Ego Grisogonus de Mauro examinator manu mea misi.

(Signum not.) Ego Antonius Naunensis(!) diaconus ecclesie Clugiensis Jadre notarius rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubern. arkivu u Zadru (odio sam. sv. Dominika no. 1150.)

446.

1252, 11. oktobra. U Spljetu.

Svećenstvo šibeničko priznaje svoju pokornost Treguanu biskupu trogirskomu.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indictione XI., mense octubri die vndecimo, temporibus domini Innocentii pape quarti, ac domini Bele illustris regis Hungarie hoc actum est. Cum prophetici sermonis eulogium opus sit iustitie paxque unicuique sua iura servando, totius humane cohabitationis et societatis vinculum merito nuncupatur; necesse est omnibus legaliter vivere cupientibus huius salutiferis connecti vinculis, et ab eius cultu nullo tempore declinare; que denique iustitie norma, quasi gemino calle procedens, iure videlicet scripto ac consuetudinibus approbatis ad veritatis tramitem cunctis mortalibus iter pandit. Quia vero in partibus Dalmatie consuetudinis ususque longeui auctoritas quam maxime pro lege veneratur et colitur; idcirco ego Stanimirus archipresbyter una cum Tolcone, Johanne et Grisogono clericis, cum pleno mandato universi cleri Sibenicensis ad Spalatensem ecclesiam tamquam ad caput metropolim accedentes, ibidem coram venerabilibus viris T(homa) archidiacono et capitulo sancti Domnii dicimus, profitemur et recognoscimus, nos omnimodam subiectionem debere domino T(reguano) episcopo et eius successoribus, nec non ecclesie Traguriensi eidem sicut patri et diocesano nostro reverenter et humiliter obedire; consuetudines antiquas, quas ab antecessoribus nostris observatas comperimus, per nos et per nostros successores presentis scripti obligatione promittimus eidem ecclesie Traguriensi perpetuo obseruandas. In primis videlicet quotiescunque episcopus Sibenicum venerit, suscipiatur ab archipresbytero et clero eiusdem loci honorifice, sicut decet; cui quidem episcopo et omnibus qui eum ex suis clericis comitantur, archipresbyter in domo sua prebens hospitium (et) procurationem exhibeat competentem; episcopus vero quamdiu ibi moram fecerit, archipresbyterum, abbatem, et totum clerum Sibenicensem regat et instruat secundum ecclesiasticam disciplinam. Et si aliquem clericorum reperit excedere, vel deviare a tramite officii clericalis, tam officio quam beneficio spoliabit; et alii conferet ad sue arbitrium voluntatis tam prebendas quam etiam ordinum dignitates, iuris tamen in omnibus ordine observato. Eodem autem episcopo Tragurii commorante, archipresbyter per episcopum institutus causas audiat; appellantes uero ad episcopum trasmittat, sententiam eiusdem episcopi obedienter et humiliter suscepturus. Idem

quoque episcopus ad Tragurium clericis Sibenicensibus ordines et ecclesias conferat; archipresbyter namque et ceteri Sibenicenses clerici maxime ecclesias possidentes annis singulis uisitent cum xeniis competentibus bis in sua sede episcopum memoratum, in natiuitate domini et in Pascha. Citati etiam ab eodem episcopo per litteras vel sigillum pro causa qualibet Tragurium veniant; in festo vero sancti Michaelis annuatim venientem episcopum Sibenicensis archipresbyter per se ipsum semel procurabit et clerici communiter procurationem alteram exhibebunt. De cuius festi oblationibus, scilicet panibus, denariis, candelis, que ad eandem ecclesiam deferuntur, medietas dabitur episcopo, medietatem alteram Sibenicenses clerici recepturi: vinum vero quod ad vesperas apportatur episcopus totaliter recipi faciat, dato prius bis vel ter de ipso clericis et laicis ad bibendum. De oblationibus vero festis sanctorum Cosme et Damiani terciam partem episcopus recipiat. De decimis autem omnibus, que per totam parochiam Sibenicensem a decimatoribus clericorum Sibenicensium cum clerico episcopi colliguntur, decima pars dabitur comiti Sibenicensi, nona pars archipresbytero et de octo residuis portionibus medietatem episcopus plenarie recipiat: et quocumque voluerit eam faciat libere asportari; medietatem vero alteram Sibenicenses clerici recipiant universi. De oblationibus uero, que fiunt in consecrationibus ecclesiarum in Sibinico, in campo Marine et in Macra, tertiam partem episcopus, tertiam clerici Tragusienses, tertiam clerici Sibenicenses obtinebunt. Quas oblationes Tragurienses clerici colligentes diuident, sicut superius est expressum. Archipresbyter vero et abbas Sibenicensis in sue dignitatis officio per episcopum instituti, Tragurium veniant, manus consecrationis et confirmationis ab eodem episcopo suscepturi. Hec omnia supradicta tam ex parte predicti domini Treguani episcopi Traguriensis quam ex parte archipresbyteri Stanimiri et totius cleri Sibenicensis acceptata sunt et eorum beneplacito stabiliter et fideliter roborata, in presentia et testimonio fratris Moysi, fratris Jose de ordine Predicatorum, Biue et Miche presbyterorum, nobilis viri Michaelis comitis castellani de Clissa et quorundam aliorum. Nos vero Thomas archidiaconus, Prodanus sacerdos, Petrosius, Radosius, Nicolaus sacrista, Joannes, Sauinus, Jacobus cum aliis fratribus de capitulo supradicto, rogati ab utraque parte his omnibus interfuimus, et ad robur perpetue firmitatis presentem paginam sigilllo capituli nostri fecimus communiri.

Original u arkivu kaptola u Trogiru a. 1252. Na listini visi o svilenoj vrvci dobro sačuvan ovalni pečat. Savremeni exemplar u ark. jugosl. akad. Lucius Memorie di Traù 73—4. — Farlati Illyricum sacrum. IV. 342—3. — Fejér VII. 4. 105—7. — Wenzel Cod. dipl. Arp. VII. 347—9. — Kukuljević Jura reg. I. 68—9. (nepotpuno). — Kukuljević Reg. no. 636.

447.

1252, 23. oktobra. U Ankoni.

Odredjuje se postupak kvarantene radi Dubrovčana.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, tempore dompni Innocentii pape, indictione decima et die nono exeunte octubris, congregato comuni generali in palatio filiorum quondam domini Racabocci, more solito ad campane sonum et uoce preconia. Infra cetera que dixit et proposuit in dicto comuni dominus castellanus domini Aridalo potestatis Anconitani, proposuit et dixit de quaranteno a forensibus accipiendo pro facto illorum de Ragusia, cuius causa lectum est capitulum quaranteni in reformatione cuius comunis placuit maiori parti comunis statutum factum, quod illis de Ragusia non auferatur quarantenum secundum formam capituli et a capitulo potestatis sit ab . . . . ego dominus Guido Jacobi, Zanni Pictii fortis dominus Er . . . . . castro . . . . . sancti Petri et dominus Jacobinus gratia dei . . . . .

(Signum notarii.) Ego Jacobus Bonacursus imperiali auctoritate (notarius) ut inueni in quaterno . . . . . dominum Orlandum notarium . . . . . scripsi et roboraui.

Original u dubrovačkom arkivu, dolnji lijevi kraj od vlage oštećen i otpao. Zbirka saec. XIII.

448.

1252, 24. oktobra. U Dubrovniku.

Daju se u najam neke zemlje od kojih da će dobivati dohodak crkva sv. Mihajla.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mensis octubris, octauo die astante, coram uobis subscriptis testibus. Ego quidem clericus Thomas filius Cernelii de Thomaza, abbas ecclesie sancti Michaelis que est in insula Lacromonensi, cum clerico Barbio filio Theodori Dabranize, secundum usum terre socio meo, confitemur, quia terram predicte ecclesie que est in inferiori capite insule Jupane ad sanctum Pancratium dedimus istis, uidelicet Bazasce de Mirosso, Çeruano de Dragosso, Radochne et Dragoe de Michleno, Stancio et Bog-

dano filiis Drage tali ordine, ut illam terram pastinent et possideant eam, donec in ea uitis fuerit et a tribus annis in antea omnes ipsi comuniter de toto comuni omni anno, donec uitis ibi fuerit, dabunt sex quingas de uino presbytero officiatori dicte ecclesie sancti Michaelis, illi uidelicet presbytero, quem prenominati Thomas et Barbius elegerint, et insuper a dictis tribus annis in antea quartam partem totius fructus dicte uinee dent prenominato Barbio et post mortem dicti Barbii ipsam quartam partem dabunt dicte ecclesie sancti Michaelis; totam deinde prenominatam quartam partem et de toto comuni omnium predictorum dabunt sex quingas de uino omni anno presbytero officiatori dicte ecclesie sancti Michaelis. Et quod si prenominati homines de predicta terra pastinare non poterint, iidem predicti clerici Thomas et Barbius possint dare illud aliis hominibus ad pastinandum. Et nos omnes prenominati omnia hec affirmauimus per fidem sacramenti, ut predicto ordine sint firma. De hoc autem pacto sint multe carte similes, hec et alie. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Dabranna Lampridii iuratus iudex et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu iznad teksta prerezana pismena. — Zbirka saec. XIII.

449.

1252, 9. decembra. U Perugii.

Inocencije IV. papa potvrdjuje darovanja templarima u Ugarskoj i Hrvatskoj.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis magistro et fratribus militiae Templi in Hungaria et Sclavonia salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita quidem nobis vestra petitio continebat, quod licet charissimus in Christo filius noster Bela Ungariae rex illustris olim omnes donationes et concessiones, a clarae memoriae Andrea rege patre, nec non et Emerico, Ungariae regibus predecessoribus suis factas revocandas duxisset; idem tamen postmodum ad cor rediens, volens domum militiae Templi salubriter providere, quosdam redditus, terras, possessiones et res alias ad se spectantes,

fratribus eiusdem domus concessit et concedendo confirmauit perpetuo pacifice possidendas, quasdam exemtiones, libertates et immunitates eisdem per regnum suum nihilominus concedendo, prout in litteris eiusdem regis, confectis exinde, aurea bulla munitis, dicitur plenius contineri. Nos igitur vestris precibus inclinati, quod ab eodem rege factum est pie ac provide, in hac parte ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii V. idus decembris potificatus nostri anno decimo.

Iz rukopisne zbirke Hevenesijeve u sveuč. biblioteci u Budimpešti t. XIII. 94. — Fuxhofer Monasteria (II. ed.) II. 162. — Regest u Catalogus mss. bibiothecae univer. Budapestensis II. 457. — Potthast Regesta pont. II. no. 14.798. — Fejér Cod. diplom. Hung. IV. 2. 203—204. — Kukuljević Reg. br. 649 (krivo datirano 1253. 12. decembra).

450.

1252. U Zagrebu.

Sinovi Dražimira prodaju devet svojih vinograda Abri županu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod filii Drasimer, scilicet Tolk, Juris, Hoyk et Obulgan in nostra constituti presencia confessi sunt, quod ipsi nouem uineas eorum contiguas sitas in cliuo montis Kemluk aput ecclesiam sancte Marie uirginis uendidissent Abrahe comiti de Moroucha, in cuius persona Mirk officialis eiusdem comitis ex altera parte presens fuit, pro triginta pensis et una, quas se dicti uenditores fatebantur plenarie recepisse iure perpetuo possidendas. Ut igitur huiusmodi uendicio rata sit et robur obtineat firmitatis, presentes litteras ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Michaelis lectoris ecclesie nostre. Anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Original u arkivu jugosl. akad. u Zagrebu. Pečata nema, al obstoje prorezi za pečat.

451.

1252.

Stjepan ban dosudjuje Nikoli sinu Hudislavovu posjed Sepnicu, koji su mu bili oteli neki podložnici grada Zagreba, dok je još malodoban bio.

Nos Stephanus banus tocius Sclauonie significamus vniuersis presens scriptum inspecturis, quod cum nos ex precepto domini Bele illustris regis Ungarie terras castri in tota Sclauonia, a tempore Colomani regis felicis memorie alienatas, iudicantes castro restitueremus; tandem quidam iobagiones castri Zagrabiensis quandam terram Nicolai filii Hudizlai, Scepnicha nominatam, racione castri reambulauerant, dicentes: illam castri fuisse memorati, sed per eundem occupatam. Nicolaus autem antedictus coram nobis consistens, illam terram suam hereditariam fore asserebat, huiusmodi ostendens euidentem racionem de rei ueritate, quod olim Opud banus terram illam ignoranter ab attavo eiusdem tum occupasset, postmodum, scita rei ueritate, restituere procurauit nomine sue hereditarie. Postea eciam idem Nicolaus, quando fuit orphanus factus, terra prenominata ab eo erat alienata et in manus quorumdam iobagionum castri Zagrabiensis deuoluta, quam terram ipso ad etatem discrecionis perueniente, a memoratis iobagionibus castri, quorum nomina in litteris capituli Zagrabiensis et Joance, tunc comitis Zagrabiensis et vicebani, continentur, iusto uendicionis titulo perpetualiter sibi possidendam comparauit, litteras eiusdem capituli Zagrabiensis et Joance comitis antedicti nobis presentando, in quibus inuenimus, sepedictam terram a dictis iobagionibus castri empcionis titulo racionabiliter sibi comparatam. Nos igitur, tum propter hoc quod in litteris capituli et Joance comitis huius rei inuenimus ueritatem, tum eciam propter hoc, quod occulta inquisicione a nobilibus regni certitudinem inde reperimus, ipsam terram sepedicto Nicolao ac eiusdem successoribus reliquimus iure hereditario possidendam. Metas autem eiusdem terre, secundum quod in litteris capituli et Joance comitis inuenimus contineri, de uerbo ad uerbum describi facientes, presentibus duximus inserendas. Prima igitur meta incipit a quodam fonte, circa quem sunt salices et inde uersus occidentem per montem unum uenit ad arborem nucum, inde per eundem montem ad arborem berekyna ibique est meta terrea, inde secus quandam uineam transiens uenit ad duas metas terreas, inde per metas uersus aquilonem uenit ad magnum montem, in cuius sinistro latere est meta terrea, inde uersus occidentem uenit ad tres metas et in tercia sunt sex arbores, que dicuntur harazt, inde per mon-

tem protenditur per metas uersus aquilonem, inde uenit ad uiam, que ascendit de domo Meriad, inde transiens uiam illam ascendit super uno monte, in medio enim montis illius idem Nicolaus tres habet metas iuxta eandem uiam, circa quas sunt tres quercus et mete sunt circa ipsas quercus. Inde tendit et uadit per rectam lineam in medio eiusdem montis ad partem septemtrionalem ad unam pirum et illa pirus stat in medio mete eiusdem terre, incipiendo enim a prima meta usque ad metas Cruciferorum sancti sepulcri, ex parte sinistra conuicinantur filii Merge, deinde ascendit eiusdem meta terre in medio eiusdem montis et uadit ad unam metam ueterem iuxta quam est arbor, que horozt dicitur, deinde ascendit, ad metas Cruciferorum, habet enim idem Nicolaus iuxta metas eorumdem Cruciferorum metam terream et ibi dicti Cruciferi sunt conuicini terre Nicolai et iuxta eandem metam predictus Nicolaus habet unam arborem, que quercus dicitur, deinde descendit per unam uallem et uadit meta eiusdem terre iuxta uineam Sotk ad unam aquam, que Scepnicha uocatur, iuxta quam est quidam puteus, est enim meta eiusdem terre in una arbore ibidem, que egur dicitur, transit enim eandem aquam meta eiusdem terre ad partem orientalem et ascendit iuxta nucleum super uno monte et est meta terrea Nicolai iuxta metam Cruciferorum et incipit deinde Bolosod conuicinari terre Nicolai comitis. Inde tendit et uadit super eodem monte uersus partem meridionalem et ascendit super uno monticulo, qui est in eodem monte et in eodem monticulo sunt due mete terree; deinde per rectam lineam eiusdem montis descendit super alto fine uinee Nicolai comitis et ibi sunt due mete terree; deinde descendit meta eiusdem ad partem orientalem et uadit super uno monticulo, qui Preual dicitur; inde transiens uiam de domo Nicolai ad domum Bolosod uenientem, descendit de monticulo Preual ad riuulum, qui decurrit de domo Bolosod uersus orientem; inde per ipsum riuulum descendens uenit ad aquam Scepnicha et ipsam sequendo protenditur ad primam metam. Vt autem huius rei series salua semper consistat, ne ab ullo prorsus hominum possit irritari, ad stabilitatem dicte terre litteras presentes concessimus sigillo nostro communitas. Anno gracie MCCLII.

Liber privileg. eppatus zagrab. List 42—43. — Tkalčić Monum. episcop. Zagrab. I. 94—95. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 380.—2. — Kukuljević Reg. no. 640.

452.

1252.

Vuk i cijela svojta Sebeslavića, nemogući pred podbanom i županom zagrebačkim Alexandrom prisegom utvrditi, da je zemlja Lakuč njihova, odstupljuju je opatiji Topuskoj.

A(lexander) magister vicebanus et comes Zagrabiensis omnibus literas presentes inspecturis salutem et omne bonum. Ad noticiam vniuersorum harum insinuacione volumus pervenire, quod abbas de Toplica et totus conventus loci eiusdem, accepto pristaldo nostro Gemzine filio Ratha citaverunt ad nostram presenciam Wlconem, filium Zybislav et Jaconem ac totam generacionem eorumdem, requirentes ab eisdem quandam (terram) nomine Lacoychy, dicendo ad castrenses suos et ad grangiam pertinere. Wlc siquidem et Jaco ac tota generacio eorumdem esse suam et iusto modo possessam asserebant. Nos igitus auditis parcium assercionibus iudicavimus, ut quelibet parcium iuxta allegaciones suas testes producere tenerentur. Et licet ambe partes testes suos, ut ius erat, produxissent, abbas tamen et totus conventus dimiserunt ipsam causam ad sacramentum Wlconis et quinque cognatorum eiusdem. Wlc siquidem et Jaco pluries dicti ac tota generacio eorumdem recognoscentes, se terram memoratam pro ampliori statu pacis reliquerunt ecclesie antedicte pacifice et perpetuo possidendam. Cuius mete terre, sicut a partibus et pristaldo nostro Gemzine superius nominato cognovimus, in hunc modum eriguntur: prima meta contra orientem ad duas quercus supra vineam desertam, inde vadit divisio eiusdem terre versus solis occasum per mediam silvam ad tres id est salices, inde ad duas fossas ad invicem propinquas, inde ubi salix et quercus sunt simul contorte, inde ad arborem, que sclauonice dicitur vrech, que est in descensu montis extra silvam, inde procedit paululum ad aquilonem ad arborem, que vulgari dicitur jablan, id est pomerium, inde ad Macha, ubi sunt due parve quercus, inde transit rivum, qui dicitur Brosina, ad fontem, qui vocatur Cheresneuch subtus pirum, ubi est curseta, inde ad arborem parvam breza, inde per supercilium montis ad duas quercus cosel, inde ad arborem, que dicitur brest, inde descendit ad quercus, ubi suspensi fuerunt tres latrones, inde descendit ad metam terream, ubi est quercus parvula, inde descendit per vallem ad fontem qui dicitur Strasny studenech, inde ad alium fontem inferius, inde inter pratum et silvam ad parvam quercum, inde ad vadum, inde procedit paululum inferius ad caput silve, ubi sunt due mete terree et arbor in medio unius, que di-

citur clen, inde procedit inter silvam et villam usque ad rivum, inde ascendit per rivum contra aquilonem usque ad arborem, que dicitur wreezh (!), id est nux, in qua crux est posita inmeta terra, inde vero transit iuxta vineam Wlc, inde ascendit summitatem montis ad castaneam in cisam, inde procedit paululum ad orientem ad arborem que dicitur yva, id est salix, inde descendit per vallem et descendit per rivum ad arborem, qui vocatur graber, inde ad summitatem montis contra aquilonem ad quercum, super quem est meta terrea, inde descendit ad arborem cerasus, que est subtus in valle, inde per vallem in rivum et per eundem rivum ad pratum, qui dicitur Trestina loca, inde ad quercum ubi est meta terrea et crux in ea, inde contra montem ad arborem, qui dicitur vzcorusa, ubi est via et ibi terminatur terra Wlc, filii Zybislai et terra ecclesie Toplicensis. In cuius rei testimonium ad instanciam et peticionem utriusque partis, literas nostras concessimus eisdem sigilli nostri munimine roboratas. Anno gracie MCCL secundo.

Privileg. monaster. b. v. Mariae de Toplica no. XXXVIII. — Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 95.—96. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 382. donosi regest. — Kukuljević Reg. no. 639.

453.

1252.

Vuk i cijela svojta Sebislavića izjavljuje pred kaptolom zagrebačkim, da su dragovoljno ustupili Topuskoj opatiji njeku parbenu zemlju u Bročini, pa da ih je zato samostan primio kao svoje.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus presens scriptum inspeturis salutem in domino. Ad universorum noticiam pervenire volumus harum serie, quod frater Richardus cellerarius ecclesie de Toplica pro se et abbate ac toto conventu eiusdem loci ex una parte et Wlko filius Zybislay et Jaco pro se et tota generacio eorum ex altera, respondentes in nostra constituti presencia, retulerunt nobis: quod cum abbas et conventus ecclesie de Toplica a viris supradictis et eorum generacione coram Alexandro vicebano terram quandam nomine Lacoychi requisisset, quod scilicet eadem terra ad castrenses ecclesie et ad grangiam que vocatur Brochina pertineret; et quelibet parcium secundum sentenciam iudicis produxisset testes, quod sua esset. Tandem pro bono pacis, tum abbas et conventus in sacramentum Wlconis et quinque cognatorum suorum concessisset, idem Wlk et Jaco ac tota generacio eorumdem se recogno-

scentes, terram de qua lis agebatur, reliquissent ecclesie supradicte pacifice in perpetuum possidendam et ecclesia recepisset eos in speciales sibi et familiares, si non occasione ipsorum videantur familiaritatem ecclesie demereri. Cuius terre mete, sicut partes nobis retulerunt et in literis Alexandri vicebani contineri vidimus, sunt taliter collocate: prima meta contra orientem ad duas quercus *(kao u prediducoj listini br. 453.)*

Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica no. XXXIX. — Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 97. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 385. donosi regest. — Kukuljević Reg. no. 638.

454.

1252.

Nagodba izmedju Martina Nanina i kaptola zagrebačkoga glede neke zemlje.

Capitulum Vesprimiensis ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod constituti coram nobis Martinus filius Nana pro se et filio suo Motmerio, Egidius et Tyburcius filii Egidii ex una parte, Benedictus decanus, Nicolaus custos Zagrabiensis ecclesie, pro capitulo Zagrabiensi ex altera, proposuerunt coram nobis pariter uiua uoce, quod cum questione mota inter predictos Martinum filium Nana, Egidium et Tyburcium, filios Egidii ex una parte et capitulum Zagrabiense ex altera, super quarta terre Topluche, donate ecclesie Zagrabiensi ex parte relicte Motmeri comitis, coram venerabili patre Philippo episcopo Zagrabiensi aliquamdiu litigassent et per relacionem ad audienciam domini regis questio peruenisset. Tandem ex permissione regis in talem deuenerunt composicionem: quod capitulum Zagrabiense Martino, Egidio et Tyburcio antedictis soluere teneretur viginti novem marcas, quas prenotati Benedictus et Nicolaus in nostra presencia iisdem plenarie in pondere persoluerunt ipsique ab omni inpeticione dicto capitulo facienda occasione dicte quarte in nostra presencia cessauerunt omnino cesseruntque omni iu(ri) et accioni, que sibi competebant et competere poterant in hac parte ita, quod nec ipsi nec ab eis descendentes mouebunt uel mouere poterunt contra capitulum memoratum aliquam questionem; obligantes se suosque heredes, quod si super predicta quarta dicto capitulo per quempiam questio oriretur, ipsi eorumue successores tenebuntur defendere et tueri; et si, quod absit, per inpeticionem aliquorum dictam terram a capitulo memorato alienari contingeret, pecuniam acceptam capitulo re-

fundere tenerentur et quartam ab his requirerent, ad quos iam dicta terra fieret deuoluta. In cuius rei memoriam pleniorem, ad peticionem parcium in testimonium rei geste, presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Roberti lectoris ecclesie nostre anno gracie MCCLII. reverendo domino et in Christo patre nostro Zlando episcopo, Henrico preposito, Symeone cantore, Johanne custode existentibus.

Original u ark. kapt. zagr. fasc. 52. br. 5. Crveno-bijela svilena vrvca visi bez pečata. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 97.—98. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 384. donosi regest. — Kukuljević Reg. no. 641.

455.

1253, 3. januara. U Dubrovniku.

Ulomak jedne lokrumske listine.

Anno incarnationis domini 1252, die 3. ianuarii, coram testibus . . . . . Nos dominus Dominicus abbas Lacromonensis monasterii cum fratribus meis presbytero Thoma, presbytero Petro, presbytero Domagna, presbytero Symone, Paulo et Ysaia confitemur . . . . . Hii sunt testes Grubessa Gundule, Pasqua Johannis Grade iurati iudices, Bubana procurator dicti monasterii. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

Mattei Memorie storiche su Ragusa. Rukopis u knjižnici Male brace dubrovačke br. 416 (st. br. 267.) Tom. III. 14.

456.

1253, 26. januara. U Belgradu.

Bela kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu ninskomu, da obadje medje posjeda Podgorje.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex fidelibus nostris capitulo ecclesie Nonensi salutem et graciam. Dicit nobis fidelis noster comes Petrus filius Tholimiri de Lika, quod Disislaws de genere Mogorouch ipsum in quibusdam metis possessionum ipsius Podgorye vocatorum pertinentium ad villas Podhumac, Brussane et Theplussane vocatas sibi a nostra sereni-

tate iure perpetuo pro terra alia castri in Lika Pochitel per concambium sew permutacionem pertinenciarum(!) impedit sew impedire niteretur, quam possessionem Podgorye vocatam secundum consuetudinem regni Croacie reambulare vellet, ubi de vestro indiget testimonio. Igitur[1] fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus per presentes, quatenus unum ex vobis mittatis pro testimonio fidedignum, qui simul cum Iwano Pruticheuich de Starowsan vel Mladocuit Buntich(!)[2] de genere Stupich aut Pribchwal de Kerselci habitator Skrisge siue Wyd de genere Thugomerich habitator de eadem illuc accedant ad predictam possessionem dicti comitis Petri Podgorye vocatam vicinis et commetaneis eiusdem inibi legittime conuocatis et presentibus et easdem per veras et antiquas metas reambulent, si non fuerit per aliquem contradictum; contradictores uero si qui fuerint, euocent ipsos in presenciam nostre serenitatis, racionem eorum contradiccionis reddituros: et prout ibidem reambulatum vel contradictum fuerit, nobis fideliter rescribatis. Datum in Belgrad secundo die post festum conuersionis beati Pauli apostoli anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, regni autem nostri anno decimo nono.

Iz tobože izvornog prijepisa kaptola ninskoga od 1253. 17. jula, koji je u istinu falsifikat polovice 14. vijeka, u kr. ug. drž. ark. u Budimu: DC, 38.472 (bivši ark. frankap. u Porpettu, no. 2.) Da je listina falsifikat pokazuje izmedju ostaloga poglavito: 1. Listina je sadržana u očitom falsifikatu (v. niže), što doduše ne isključuje sasvim pravost njezinu, jer je falsifikator mogao imati pred očima samo probitak u odredjenju medja, dakle u falsificiranju listine kaptola ninskog. 2. Ipak se čitava formalistika slaže, ne sa suvremenim listinama, nego tek s nalozima sličnim onima kraljeva Karla i Ljudevita. To u savezu s gore rečenim stavlja postanak te listine u isto doba kao i postanak listine kaptola ninskog. 3. Vrijeme, kada se dogodila zamjena imanja Počitelja ne može se pravo točno odrediti. Ipak ta se zamjena spominje u listini kralja Bele od 1263. 29. januara što ju imamo iz Frankopanske zbirke u Porpettu. Po ovoj bezuvjetno pravoj listini (vidi samu listinu) dobiva Petar za Počitelj otštetu, ali se ne spominje ni jednom riječju, da je kakova otšteta već prije deset godina dana.

Kukuljević Reg. 643.

---

[1] Od »igitur« do »mandamus« bilo je nešto radirano, onda preko svega istom rukom i istom tintom napisane riječi: fidelitati vestre firniter precipimus et. — [2] U ovom tobožnjem kaptolskom originalnom prijepisu dolazi najprije: četiri stupa, kao da je Binitich, ali onda poslije u prijepisu od 17. jula dolazi jasno: Buntich.

457.

1253, 3. marta. U Trogiru.

Obveza Bračana prema Trogiru iza rata spljetsko-trogirskoga.

Trouasi però, che li Brazani stipulassero in Traù li 3. marzo 1253. vn obligo di pagare alla communità di Traù doppo la festa de Pasqua nell' isola della Brazza lire cento de denari de piccioli, per li danni fatti dalli medesimi, quando aderirono à Spalatini nella guerra, che per il passato fù tra quelli e li Traurini.

Lucius Memorie di Traù 63.

458.

1253, 21. marta. U Perugii.

Nadbiskup dubrovački prosvjeduje radi podjeljenja palija kod posvete novoga nadbiskupa barskoga.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno decimo, indictione undecima, mense martii, die uigesima prima, in presentia mei Petri notarii et testium subscriptorum. Venerabilis pater dominus (Johannes) archiepiscopus Ragusinus cum intellexisset, quod (Gauffridus) electus Antibarensis debebat in archiepiscopum consecrari coram venerabili patre domino Ottobono sancti Adriani diacono cardinali, partibus a domino papa auditore concesso, protestatus fuit, quod per consecrationem predictam et pallii dationem nullum ecclesie Ragusine, cuius idem existit suffraganeus, preiudicium generetur. Qui dominus cardinalis auctoritate sua et domini pape respondit, quod non erat intentionis domini pape uel sue, ut per hoc in aliquo iuri Ragusine ecclesie debeat derogari. Actum Perusii in domo predicti domini cardinalis, presentibus magistro Roberto de Argentia et domino Foricruera advocatis in curia Romana et Blanco clerico predicti archiepiscopi et pluribus aliis.

(Signum notarii.) Et ego Petrus Brunus apostolica auctoritate notarius predictis omnibus interfui rogatusque scripsi et compleui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

459.

1253. 3. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje nagodbu učinjenu medju kaptolom zagrebačkim i Martinom sinom Naninim.

Bela dei gracia Ungarie, Dalmacie, Corhoacie(!), Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Cum pax sit uinculum caritatis, discordantes partes ad pacis tranquillitatem reuocare racio suadet equitatis, cui dignum est regium prestare fauorem, iurgancium quippe controversias celeri sentencia uel concordia terminare, equitati convenit et rigori. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod constituti coram nobis Martinus filius Nana, cum filio suo Motmerio, Egidius filius Egidii pro se et pro fratre suo Tiburcio ex una parte; Smaragdus prepositus Posoniensis, Petrus fisicus et Jacobus Zagrabienses canonici pro Zagrabiensi capitulo ex altera, proposuerunt pariter uiua uoce: quod cum questione mota inter predictos Martinum filium Nana et filium eius Motmerium, Egidium et Tiburcium, filios Egidii ex una parte, et capitulum Zagrabiense ex altera, super quarta terre Toplica, donate ecelesie Zagrabiensi ex parte relicte Motmerii comitis, coram uenerabili patre episcopo Zagrabiensi Filippo, aliquamdiu litigassent et per relacionem ad audienciam nostram questio peruenisset. Tandem ex permissione nostra in talem devenerunt composicionem: quod capitulum Zagrabiense Martino, Egidio et Tiburcio antedictis, soluere teneretur uiginti nouem marcas, quas prenotati Martinus Motmerius, Egidius confessi sunt se plenarie recepisse et ab omni inpeticione dicto capitulo facienda occasione dicte quarte, in nostra presencia cessauerunt omnino, cessaruntque omni iuri et accioni que sibi competebant et competere poterant in hac parte; ita quod nec ipsi, nec ab eis descendentes mouebunt uel mouere poterunt causam contra capitulum memoratum in negocio memorato, obligantes se suosque heredes, quod si super dicta quarta dicto capitulo per quempiam oriretur questio, ipsi eorumue successores tenebuntur defendere et tueri. Et si per inpeticionem aliquorum dictam terram a capitulo memorato alienari contigeret, pecuniam acceptam, uidelicet uiginti nouem marcas, capitulo refundere tenerentur et quartam ab eis requirerent, ad quos iam dicta terra fieret devoluta. Ut autem dicta conuencio perpetue robur firmitatis obtineat, presentes litteras duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, tercio nonas aprilis, regni autem nostri anno decimo octauo.

Original u arkivu kapt. zagreb. fasc. 52. br. 5. Na crveno-žutoj svilenoj vrvci visi pečat.

Tkalčić Monum. episcop. Zagr. I. 98.—99. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 392. donosi regest. — Kukuljević Reg. no. 645.

460.

1253, 17. aprila. U Perugii.

Inocencije IV. papa nadbiskupu spljetskomu, da potvrdi izabranoga biskupa šibeničkoga.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Rogerio) archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii capitulum ecclesie Sibinicensis sua nos petitione monent, quod cum ipsi, dicta ecclesia pastoris solatio destituta, die ad eligendum statuto convenientes in unum, prout moris est, spiritus sancti gratia invocata, Stephanum ipsius ecclesie archipresbiterum elegerint canonice in suum episcopum et pastorem, tu, qui loci metropolitanus existis, presentatam tibi electionem huiusmodi confirmare renuisti, pro eo quod dicta ecclesia, sicut dicitur, tanto tempore, uidelicet uiginti annis et amplius uacauerit, quod ad nos eius existat provisio devoluta. Quare fuit ex parte ipsius capituli nobis humiliter supplicatum, ut providere super hoc ipsi ecclesie paterna sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, inquisita de modo electionis, studiis eligentium et electi meritis sollicite ueritate, si electionem ipsam inueneris alias de persona idonea canonice celebratam, eam, non obstante quod de tam diutina uacatione asseritur, studeas confirmare. Datum Perusii XV. kalendas maii, pontificatus nostri anno decimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 105. str. 80. — Iz reg. an. X. ep. 131. — Fejér Cod. dipl. IV. 2. 183. — Potthast Reg. pontif. II. br. 13.946.

461.

1253, 5. maja. U Assissi.

Inocencije IV. papa nadbiskupima i biskupima u Ugarskoj i Hrvatskoj javlja, da je učinio svojim legatom biskupa prenestinskoga.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, nec non dilectis filiis abbatibus, prioribus,

prepositis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, ac universis Christi fidelibus in regno Ungarie ac ducatu Sclavonie constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Illius licet immeriti vicarii constituti, qui etsi secundum humanitatis naturam loco et tempore potuerit, quia voluit, comprehendi, secundum tamen divinitatis omnipotentiam existens, sicut existit ubique, utpote incircumscriptibilis et immensus in universum mundum discipulos quos elegerat destinavit, ut in omnem terram exiret sonus eorum, ac nunc regnans in sua ineffabili maiestate facit angelos suos spiritus et ministros, cuius eruditione docemus, ut quanquam assumpti simus in plenitudinem potestatis, quia tamen non quocumque protenditur nostra potentia, ubi esse possumus presentia corporali, expedit, ut que nobis incumbunt, per alios compleamus, qui supplentes laudabiliter vices nostras dirigant prava in directa et aspera convertant in plana, sicut diebus istis imminens necessitas ecclesie instanter exposcit, pro cuius servitiis exequendis venerabilem fratem nostrum . . . . . episcopum Prenestinum, magnum quidem et honorabile membrum ecclesie, virum morum honestate conspicuum, preditum scientia litterarum et providentia circumspectum, quem inter ceteros fratres nostros admodum carum habemus pro suorum excellentia meritorum, in regnum Ungarie et ducatum Sclavonie, commisso sibi plene legationis officio de latere nostro, providimus destinandum, ut tanquam diligens cultor evellat et destruat, dissipet, edificet et plantet, prout queque ipsi dominus ministrabit. De quo utique, cum ei adsit puritas conscientie et presto sit iudicium rationis, malitiam odiat et innocentiam tueatur, speramus firmiter, quod dirigente domino gressus eius, ita regia via curabit incedere, ut non declinet ad dexteram vel sinistram, sed plus crescet conversationis laude, quam etiam profecerit dignitate. Porro licet salvatoris exemplo, quod uni ex minimis nostris fit, nobis fieri reputemus, quia tamen illos volumus propensius honorari, qui per se honorabiles in parte sollicitudinis honorant in nobis plenitudinem potestatis, universitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatenus ipsum apostolice sedis legatum tanquam personam nostram, vel potius nos in eo recipientes cum debita reverentia et honore, illius monitis et mandatis plenarie ac humiliter intendere procuretis: ita quod idem ad gloriam dei et animarum profectum iniunctum sibi ministerium exequi valeat inoffense, nosque devotionem vestram possimus exinde merito commendare. Nos enim sententias, quas idem rite tulerit in rebelles, ratas etc. Datum Asisii III. nonas maii, pontificatus nostri anno decimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 416 str. 218. Iz reg. orig. an. X. ep. 932. fol. 309. — Raynaldi Annal. ed. a. 1253. § 27. — Katona Hist. crit. VI. 195. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 185. — Potthast Reg. pontif. II. br. 14.962.

462.

1253, 15. juna. U Dubrovniku.

Dubrovčani sklapaju savez s Asenom bugarskim proti kralju srpskomu Stjepanu Urošu.

† **Вь** име господа бога нашего **Исȣ Христа** аминь. **Лѣта** вьпль-щинѣ господа нашего **Исȣ Христа** тисȣща **.СНГ.** (1253), мѣсеца июнѣ, на дьнь свѣтого **Вита**, ендиктионь **.АІ.** (11), сего бѡ ради да бȣдеть чистое приѣтельство и сьврьшение чистою лȣбьве, еже било ись прьва междȣ свѣто и прѣславьнога царьства вьсе земле бльгарьске и грьчьске **Иѡваномь Ѡсѣномь** и междȣ ѡпькиномь славьнога града нашега **Дюбровьника**, ѣко сȣ жили вь правьдȣ и любьвь и вь истинȣ, да повеке растеть и плоть исьнесеть. **Ись** давьна жьлдающе тебе свѣтомȣ и вѣрномȣ вь **Христа** бога царȣ самодрьжавьцȣ вьсеи земле бльгарьске господинȣ **Михаилю Асѣню**, рожденомȣ ѡдь благовѣрнихь и свѣтихь цари, азь **Марьсили Геѡрьги**, повеленьем славьнога дужа венетьчкога кнезь града **Дюбровьника** и вьсе сȣдие и векьници и ѡпькина вьса преславьнога града нашега **Дюбровьника**, мали и велици, вѣрни приѣтеле свѣтого ти царьства ись давьно врѣмене любовь царьства ти имети жьлдающе вь бога и вь свѣтое еваньгелие божье и вь свѣтȣю девою **Марию** мати ѥго и вь чьстни животворещи крьсть и вь светию апостоли **Петра** и **Павьла** и блаженȣю четири еваньгелисте **Марька, Матеѣ, Лукȣ, Иѡвана** и вь свѣтȣю мȣченике господе **Власиѣ, Ловрѣньтьѣ, Петра** и **Аньдрию** нашехь свѣтитель и вьсемь свѣтиимь вьгодивь-жемь богȣ господинȣ кльнемь се, ѡбещамо се твомȣ великомȣ свѣтомȣ царьствȣ дрьжа врьхȣ зло творенье невѣрного крала **Ȣроша** и врьхȣ братью его и рода его и врьхȣ вьсехь живȣщих вь земле ѥговѣ и на техь, кои на ихь земле бихȣ дрьжали некое вла-данье, ако бȣдȣ невѣрници ни приѣтеле твоемȣ свѣтомȣ царьствȣ, такожде да бȣдȣ невѣрници и враговѣ нашемȣ градȣ **Дюбровьникȣ**; ако ли кьто ѡдь сихь прѣписаних или вьси ѡбратеть се свѣтомȣ ти царьствȣ, и прѣславьно ти царьство приметь ихь вь приѣтельство, а ми да е имамо за приѣтеле. **Ако** ли **Ȣрошь** или некто ѡдь прѣписаних рода его бȣдеть врагь нашемȣ градȣ **Дюбровьникȣ**, бȣдеть врагь свѣтомȣ ти царьствȣ; ако ли кьто ѡдь прѣписанехь бȣдеть приѣтель градȣ дюбровьчкомȣ, високо твое царьство да га

има за приѣтела. И аще богь поможеть свѣтомȣ ти царьствȣ исьпȣдити врага твога и нашега Ȣроша ись срьпьске земле и брата его Владислава и родь ихь или дрȣзи властеле, и приб(ѣ)гьнȣ градȣ Дюбровьникȣ, ми да ихь не примемо ни рѣчи ихь, кьте да имь пакостимо, колико можемо. И свѣто ти царьство да не створить мирь безь нась сь Ȣрошемь и нась сьш-нимь не пȣстити безь мира, и паче да бȣдемо свѣтимь сь твоимь царьствомь врьхȣ Ȣроша врага твога и нашега и врьхȣ вьсега свога рода и врьхȣ ѡнога, кои би биль после на еговѣ столь, и рать и мирь да и(ма)мо сьш-ними на етьно вь животь свѣтого ти царьства и нашь. И свѣтомȣ твомȣ царьствȣ дамо помокь проквь мочи нашеи по поморью, по морȣ и по сȣхȣ; и ако богь поможе твоемȣ свѣтомȣ царьствȣ, и примешь рашькȣ землȣ сь ȣсеми придели, и намь богь да помокь принети вьсе граде или костеле, ере сȣ поморьске и пристое рашькомȣ столȣ, да ихь придамо свѣтомȣ твомȣ царьствȣ добромь веровь безь пропастка или ѡномȣ чловѣкȣ, кои би посланъ свѣтого ти царьства проквь мочи нашеи. И кида ми вьвемо, ере твое свѣто царьство вьлезе вь срьпьскȣ землȣ, а ми да се вьготовимо наивече за дьвѣ неделе, ѡдь кока ми чȣемо, сь ȣсомь нашомь силомь и мокью, и да поидемо по морȣ врьхȣ граде поморьске и земле се ѡнеми лȣдьи кои се ѡбрѣтȣ то време вь градь дюбровьчьки, расьвѣ да ѡставимо толикози лȣдьи, колико да могȣ чȣвати града дюбровьчкога. И ако Ȣрошь или брать его Владиславь или кьто ѡдь рода того или властелинь би хьтель хавити или би исъхабиль намь, а твое свѣто царъство да ни помага проквъ свою мокь врьхь ихь, и да имь исъхабишь. Людье и кȣпьци ѡдь свѣтога ти царьства и ѡдь зета ти свѣтого царъства Петра севастократора и добитвь имъ, ако придеть вь нашь градь Дюбровьникь, да бȣдȣть спасени и варовани вь Дюбровьникъ и вь прѣдель его ѣко и сами Дюбровькане, и да стоеть вь Дюбровьникъ на свою си волȣ и створеть свои трьгь продаваюке и кȣпȣюке безъ вьсакое данье и безь вьсакое пакости, и да имь се не везьметь никоре данье ни на вратехь ни на мосте ни на броде ни на пȣти, и паче да си кȣпȣю вьсаки трьгь, кои имь ѥ на потребȣ, злато, сребро, свите и златьне поставѣ или вино, що им ѥ годѣ, расьвѣ пьшенице, кою да не исьносеть ись града дюбровьчкога безь повеленьѣ кнеза, кои би биль по врѣмене вь кнежьство дюбровьчько; такоде и лȣдье и

кꙋпьци прѣславьнога града Дюбровьника, еже приходеть вь земле светого ти царьства и вь земле зете светого ти царьства Петра севастократора, да си кꙋпꙋють и продають своботьно вь прѣписанехь землехь безь пакости вьсакꙋ кꙋпью на волꙋ ихь, и да нимь се не везьметь кꙋмерекь ни никире данье ни вь граде ни на сьборе ни вь селѣхь кꙋпьцемь ни на мосте ни на рѣкахь ни на пꙋтехь, кьте да бꙋдꙋ своботьни на вьсако место, и стоеть и поидꙋть на ихь хьтениье, и да се ωбрате, и да бꙋдꙋ спасени и стрежени вь телахь и добитькь ихь. И аще клꙋчить сьмрьть некомꙋ чловѣкꙋ или кꙋпьцꙋ ωдь твого светого ти царьства или чловѣкꙋ или кꙋпьцꙋ Петра високого севастократора вь кнежьство дюбровьчьско или сь езиком или безь езика, и да бꙋдеть безь дрꙋжиние, да весь добитькь ωнога мьрьца чинимо написати, и екьда твое свето царьство за ихь пошлеть свое книге, да дамо, а добитькь ωнога мьрцьа ωдь нась да не погибьне инщоре. Такожде людемь и кꙋпьцемь дюбровьчькимь годит се сьмрьть или сь юзикомь или безь езика вь землахь светога ти царьства и вь землахь високого севастократора господина Петра, а дрꙋжинꙋ си не бихꙋ имели, добитке ωнога мьрьца бꙋдꙋть спасена за твое свѣтое царьство, да се прѣдаде ωномꙋ, кои за добитькь прѣписань мьрьца сь книгами господина кнеза дюбровьчькога би биль послань. И ако людье свѣтого ти царьства или Петрови високого севастократора имꙋть искати некою правинꙋ врьхь кога годе чловѣка кнежьства дюбровьчькога, да ми бꙋдемо дрьжати ωнемь чинити правинꙋ безь сꙋтьбине и безь даньѣ по законꙋ нашемꙋ сьврьшенꙋ правьдꙋ, и такоде правьда да бꙋде нашимь людьмь вь землахь светого ти царьства и Петровехь севастократора по ваше свѣто царьство и по високого севасто(кратора) Петра безь никире данье и безь сꙋтьбине. Никоре емьство да не медꙋ свѣтомꙋ царьствꙋ и нась, до кьде се не сꙋди вь правьдꙋ. И ѣко богь поможеть свѣтомꙋ ти царьствꙋ, и приметь земле срьпьске, да си имамо ωньзи стари законь сьшь и(н)ми, кои е имель и нашь градь Дюбровьникь, и да стоимо сь ꙋсеми земли и гради срьпьске и поморьске вь ωнехь законехь, кое смо имели сьшь (ин)ми прѣжде годищь петь на десете, кои сꙋ исьшьли до сева. И ако богь поможеть свѣтомꙋ ти царьствꙋ, и бꙋдешь господинь вь ꙋсеи земле срьпьске, да не кьто зли людье медꙋ свѣтомꙋ ти царьствꙋ и медꙋ нашь градь ꙋложе злеть, наче да любвь вьсеге

ѡдь добро на побольше расти земле и села и дрьжавѣ ѡдь земле и сь сꙋха и ѡдь села и дрьжавѣ, ѡдь ѡнехь земле и ѡдь ѡнехь сель и дрьжавѣ, кое господь богь помагаеть, те брьзо хоте бити прѣдани прѣдане твомꙋ велиствꙋ, хоћемо є бележити. А прѣписане дединѣ наше земле и села и дрьжавѣ пачинають ѡдь црькве свѣтого Геѡрьгиѣ врьхь стари градь Єпитаврь, иже идꙋть до црькви свѣтого Петра, а ѡдь црькви свѣтого Петра идꙋть до црькве свѣтого Пократа, а ѡдь црькве свѣтого Пократа, како дрьже горьре врьхь Белома, и слезꙋть до малинехь, а ѡдь малинехь како дрьжꙋть горьре кое гредꙋть врьхь Жьрьновьницѣ дери до Влащице, а ѡдь Влащице како дрьжеть горьре кое сꙋть врьхь Шꙋметь, и гредꙋть до Ѡка, а ѡдь ѡне стране Ѡка како дрьжеть горьре кое сꙋ врьхь Рѣкꙋ и сьтетьгьнꙋть се дери до горьре кое сꙋ врьхь Корила, а ѡдь Корила како дрьже горьре кое сꙋ врьхь Затонь и врьхь Полице и врьхь Ѡрашьць и сьстегьнꙋть се до црькви свѣте Тькьле; и вьсе меде ѡдь прѣписанехь земле и села и дрьжавѣ ѡдь врьхе ѡдь вьсе прѣписаниѣ горьре слезꙋть до мора, вьсе сꙋ наше дединѣ. И ѡноньзи законь, кои є есть ѡдь кꙋмерекь сольски медꙋ краль срьпьски и градь дюбровьчки, да дрьжи свѣто ти царьство, а вѣдомо, де ѡдь вьсе соли коѣ се продае не вече людьмь рашькимь половина ѡдь добитьѣ да има свѣто ти царьство, а дрꙋгꙋ половинꙋ да има ѡпьћина дюбровьчька, како било вь стари законь; и свѣто ти царьство да дрьжи намь стари законь, а вѣдомо ѡдь рѣке дриньске до Неретьвѣ кꙋмерекь сольски да несть на ино место расьвѣ вь Дюбровьникь. И ако богь поможе свѣтомꙋ ти царьствꙋ приети вьсе граде поморьске, наша мати свѣтаѣ црьква, мати вьсемь нашимь црьквамь, да си дрьжи то, що є дрьжала по вьсѣхь градовѣхь или по сꙋхꙋ или пискꙋпье или манастире или црькви или попови или инꙋ некою правьдꙋ, кою є имела ѡдь старихь врѣменехь, да си има свободьно, ѣко є писано вь старихь книгахь врѣвѣлеги. А ми вьса ѡпьћина града нашега Дюбровьника мали и велици, да смо држани чинити клети вьсе кнезовѣ, ки бꙋдꙋть по врѣменехь вь Дюбровьникь по хьтенью славьнога дꙋжа бенетечькога дрьжати си ѡбьть вь врѣмѣ свога кнежьства, ки да се кльне вь кнежьство дюбровьчько. И ако ми прѣстꙋпимо сию клетьвꙋ и си ѡбьть, да ни сꙋди богь и сиѣ клетьва и на семь свѣте и на ѡномь, и ми и дѣтьца наша да и(ма)мо везанье и гневь ѡдь високога папѣ римьскога ꙋ векь, и

*

все сие приписанье да имамо и хокемо дрьжати спасающе клетьке и поуьсть и служке, кое смо дрьжали уинити господину дужу и ωпькиніе бенетьукои, докле буде свето ти царьство и ми. И да сие обьтьтоканнье и сие писанье дрьжить повещу потерьденье, запеуакено iесть печатью ωпькиньском и славьнога Марьсилие Геωрьгие, кнеза нашега града Дубровьника. А сие суть имена ωнехь, ки се су клели, да буде сие обьтьтованье тверьдо и крепько, прьво: славьни кластелинь господинь Марьсили Геωрьги, киез дубровьуки. Судье: Бубаньна Петровикь, Доброна Ломьприкь, Фосько Славикь, Матеь Болаукь, Поськали Крусикь. Векьнищи ωдь малога веуа: Якобь Негомирикь, Добр(о)слав Раненикь, Волькась Иваникь, Петрь Матековикь, Марьгарить Стилевикь, Грьгурь Петроникь. Ωд вкка оумолена: Грубеша Гу(н)дуликь, Михоило Пеженикь, Теωдрь Будаукь, Коленьда Урьнешикь, Аньдреи Больковикь, Урьие Битоникь. Кисьерье ωпькиньски: Димитри Меньуетькь, Пальма Пикурарекикь, Коленьда Ломьприиовикь. Прьци опькинь(с)ки: Гонславь Крусикь, Петрь Жуна Богьданика, Жунь Раненикь. Прьци градьци: Никулица Пиуинеж(и)кь, Петрь Среуикь. Ки дрьже добитекь свете богородице: Паска Градикь, Вали Проклеукь. Векьници ωдь вельега веуа: Крьсанко Проданьукь, Маринь Уимикь, Барьби Крусикь, Петрь Маньгеровикь, Маринь Хобужикь, Русинь Петров(и)кь, Алекьси Урьнеловикь, Михоило Кьтуньукь, Вита Доброславикь, Меньгауа Ломьприкь, Вита Гетальдикь, Михоило Биньуликь, Герькаси Боуиньукь, Филипо Мокьрешикь, Михоило Манперевикь, Петрь Ганьгуликь, Богьдань Пежиновикь, Петрь Крусикь, Русинь Бельукь, Матие Донатевикь, Маринь Пикурарекикь, Клименьто Мерьнухь, Басили Прибавикь, Маринь Биньуликь, Петрона Буньдикь, Пругль Донатевикь, Марьтинь Саукабикь, Аньдреи Уревикь, Пругль Михоиликь, Петрь Карьинзикь, Петрь Мауинекикь, Паська Уипоникь, Пальма Гаукь, Маринь Вилань, Власи Нарикликь, Петрона Добровикь, Дамиень Боуиньукь, Жунь Уревикь, Жунь Хрьзовикь, Власи Уанькиникь, Петрь Уаканикь, Пологринь Бизоликь, Аньдреа Поборикь, Аньдреа Гонславикь, Жунь Колеславикь, Вита Барькорикь, Матеь Верестовикь, Матие Растикь, Филипо Пиуинежькь, Жунь Пикурарекикь, Михоило Розиновикь, Павло ωдь кнеза Манжалека, Аньдреа Бенешикь, Никулица Марьтинужикь, Сосень Вита ωдь Урьнете, Жунь Больувикь, Жунь Гледикь, Пальма Максикь, Маринь Уелпа,

Никѹла Цервевикъ, Власи Рѹсиновикъ, Геѡргьи ѡдъ кнеза Трипѹна, Трипѹнь ѡдъ кнеза Юде, Ломьприжикъ, Мокрѣшикъ, Маринь Гамикь и Калица, Павль Болеславикъ, Михоиль Силвѣстровкъ, Павлъ Сараѵикъ, Михоило Марькѹшикъ, Боѵинь Прасетикъ, Маринь Кисоникъ. И врьхь вьсе ѡво писанье Марьтоль Гѹлеривикъ бань ѡдъ кнеза дюбровьѵкога и ѡдъ вьсе ѡпькине града дюбровьѵькога, с хотеньемь господина кнеза дюбровьѵкога и вьсехъ властель дюбровь(ѵкихь) сьвоном звонивьше на сьборе, ѣко е по законѹ дюбровь(ѵ)комѹ, врьхь дѹше свое и вьсе ѡпькине дюбровьѵьке си ѡбьтѣ потвердиль дрьжати и клель се.

Miklosich Mon. Serb. 35—40, br. 41. — Šafařik Památky list. 16.

463.

1253, 15. jula. U Assissi.

Inocencije IV. papa daje dispenzaciju za jednu ženitbu.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Laurentio) archiepiscopo Iadrensi salutem et apoštolicam benedictionem. Petitio Pride mulieris Iadrensis nobis exposita continebat, quod condam Stephanus pater eius de voluntate ipsius, quod eam condam Prodano civi Iadrensi traderet et idem civis, qui eam reciperet in uxorem, iuramento firmaruit; sed postmodum cum ipsa et dictus civis non consentirent ad invicem matrimonialiter copulari, dicta mulier eo vivente contraxit matrimonium per verba de presenti cum Prestantio laico Iadrensi, qui dicto civi quarta consanguinitatis linea attinebat, carnali copula subsecuta; quare dicta mulier nobis humiliter supplicavit, ut cum idem civis viam sit universe carnis ingressus, dispensare cum ea et dicto laico, quod non obstante publice honestatis iustitia possint in sic contracto matrimonio licite remanere, de benignitate sedis apostolice dignaremur. Quocirca mandamus, quatenus super hoc auctoritate nostra dispenses cum muliere ac laico supradictis, si aliud non obsistat. Datum Asisii idibus iulii, pontificatus nostri anno undecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 106 str. 80—81. Iz reg. an. XI. ep. 44. fol. 5. — Wenzel Cod. Arpad. XII. 353. — Potthast Reg. pontif. II. br. 15.059.

464.

1253, 13. augusta.

Stjepan Uroš kralj srpski potvrdjuje privilegija trgovcima dubrovačkim, što im ih dade otac njegov.

✝ Сиѥ моѥ повелѣниѥ пише кралевьство ми любовьномȣ си приснимȣ кнезȣ дȣбровьчьскомȣ Марцѣлȣ Геѡргию и вьс(ѣ)мь властеломь и вьсѣи ѡпьчинѣ градьскои, ꙗкоре ѡдь сего дьне .ГІ. (13) авьгȣста до сȣда, кои поставьламо по законȣ наши прьви, да си ходе ваши кȣпьци по моѥ ѡбласти свободьно никомьре зло невре-гени и паче ако си хоте ити ȣ тȣгȣ землȣ с кȣплами своими, да си идȣ никимре ȣбраненомь, не прѣге да гредȣ на трьге кралевьства ми и подавьше доходекь господьски ни, тамѡ же да ходе по земламь продаюкѣ. Ако ли си кьто ѡнехь ȣзлюби стати близа ради или на Сѣници или гдѣ, да си стане, и винȣ да даю доходькь господьски. Кто ли се ѡбрѣте преслȣшавь повѣлениѥ кралевьства ми, да се накаже гневомь наказаниемь кралевьства ми; ѡбрете ли сѣ кто ѡть нихь трьговьцѣ нь шедь на трьгѣ, или где годе ставь, нь давь ȣреченога доходька кралевьства ми, да нимь сѣ ȣземлѣ кȣплꙗ, како ѥ и прѣги иȣземано нь шедьшимь на трьге господьске. Не ȣчиние ли ми правьдѣ, и привьржѣ нимь клетьвȣ мои властелинь, кои хоке бити на сȣдѣ, и ȣрече нимь ȣрокь, такьци ȣрокь, како бȣде мокно и кȣпьцемь ȣзьвратити сѣ ȣ градь нихь свободьно сь свѣми своими правьдами: ако ли се кто ѡбрете прѣзь ȣрокь или ȣ мое ѡбласти или ȣ тȣгеи земле, да нимь се кȣпликꙗ ȣзме. Ȣчиние ли ми правьдȣ, и ȣсьхоте имати чьсть кралевьствȣ ми, како сȣ имали господинȣ ѡтьцȣ, како ми се сȣ ѡбѣвали, и подаде ми, що ми сȣ си нихь властелѣ ѡвето-вали: брать Аньдреи и своим си братомь Соломонь и Тȣдорь Бȣдачикь и Петрь Жȣнь Богьданикь, да стою к нимь ȣ том ѡбетѣ, коимь нимь (с)мь се клель прѣгнемȣ кнезȣ Жань Михаилȣ и ȣ сегашьнемь потверьгениє, до колѣ ѡни начнȣ кь мнѣ стоꙗти ȣ правовѣрнои вере. И сиѥ моѥ повелѣниє да нимь бȣде ȣтвергениѥ.

Стефань Ȣрошь по милости.

Na ledjima:

Sacramentum regis Vrosii sclauonicum et latinum, quod fecit Johanni Michaeli comiti et communi Ragusii.

Miklosich Mon. Serb. 40—41 br. 42.

465.

1253, 14.(?) augusta(?). U Ninu.

Kaptol ninski obhodi po nalogu kralja Bele posjed Podgorje.

Serenissimo ac illustrissimo principi et domino Bele dei gracia Hungarie, Dalmacie, C(ro)acie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque regi capitulum Nonensis ecclesie oracionum sufragia cum perpetua fidelitate. Vestra nouerit eadem serenitas litteras reambulatorias vestre serenitatis supremo cum honore recepisse in hec verba:

(Slijedi listina Bele IV. od 1253. 26. januara.)

Nos itaque mandatis ipsius vestre serenitatis obedire cupientes, prout tenemur, vnum ex nobis videlicet dominum Fabyanum socium et concanonicum nostrum ad premissa exsequenda feria tercia proxima ante festum beati Gregorii pape pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem vnacum prefato Mladocuit Buntich homine vestre serenitatis die octauo post predictum festum exinde ad nos reuersi et per nos requisiti diligenter nobis pari voce retulerunt isto modo, quod ipsi pariter access(iss)e(n)t[1] ad predictam poss(ess)ionem[1] Podgorye vo(catam)[1] ibique vicinis et (com)etaneis[1] eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis eandem possessionem Podgorye vocatam per veras et antiquas metas reambulassent. Cuius mete nominibus et cognominibus sic nobis in registro[2] apportassent: in circuitu prima(!) meta(!) incipit quidam(!) vnus lapis in mare nomine equs(!), deinde de illo lapide supra ascendendo ad locum quod(!) vocatur Skupiça Skalniça; deinde ad quodam(!) lacum in wlgari Pischeniça lokua vocatum; deinde supra ascendendo ad dragam Drenowa vocatam; deinde supra ascendendo ad cacumen montis Plisiuica vocate; deinde ad vnum locum Gradina vocatum ad vnum fontem, deinde ad Stupachno per dragam eundo per bukowye et perueniendo in medio Stupachna(!) dictum; deinde per dragam ad Konsko ad vnum lacum, deinde recte procedendo ad vnum lapidem iuxta mare, qui lapis vocatur in wlgari Skoch Kobilla et ibi mete terminantur. Cuius quidem possessionum et metarum earundem reambulacionis nemo in hac parte aparuit contradictor. In cuius possessionum reambulacionis testimonium atque robor(!) presentes cum appensione sigilli nostri capitularis duximus conce-

---

[1] Tako se samo u XIV. vijeku skraćuje. [2] Najjasniji dokaz, da je listina iz XIV. vijeka.

dendas. Datum in nostra cathedrali ecclesia beati Anselmi in vigilia festi (con)iunccionis(!)[1] beate virginis gloriosissime anno domini quibus supra.

Falsifikat na perg., koji se izdaje za izvornik, u kr. ug. drž. arkivu u Budimu: DL, 38.472 (bivši ark. Frankap. u Porpettu no. 2.). Na listini vide se rupe odozdo, kuda je imala ići uzica za viseći pečat. Na hrptu nečitljiva glagolska bilješka, kako se čini koncem 41. ili početkom 15. vijeka, hotimično strugana: list . . . . . .

Uzroci s kojih proglašujemo listinu falsifikatom polovice 14. vijeka jesu:

1. Pismo listine je minuskula talijanska pomiješano s gotskim jakim elementima, kakovo vidjamo na obali dalmatinskoj od 14. vijeka dalje.

2. Kratice pokazuju bezuvjetno u 14. vijek, kako smo u listini na neka mjesta i upozorili.

3. Listina je pisana više po širini, premda čini gotovo kvadrat.

4. Formule listinske i kaptola i sadržane u njoj Beline listine vidjamo izrazito tek u doba Karla Roberta, a još bolje Ljudevita I. i to tako potpuno jasno u kaptolskoj listini sjevernih kopnenih krajeva. Nasuprot ima savremena listina kaptolska dalmatinska doduše već dosta primjera formula sjevernih (njemačkih), ali ima još znatniji broj talijanskih notarskih formula, od kojih ovdje nema traga. — Savremena a i potonja izvorna listina kaptola dalmatinskog bilježe u formuli datacije papu, a više puta i druge dignitare; ovdje je datacija i kratka koroboracija sjeverna. Ipak je vidjeti, da falsifikator donekle poznaje formalistiku dalmatinskih kaptola.

Zaključujemo s obzirom na pisara, da je bio po svoj prilici talijanski notar, a imao za uzor pravu neku listinu hrvatskog kojeg sjevernog kaptola.

466.

1253, 16. augusta. Kod grada Baboče.

Bela kralj ugarski i hrvatski poklanja Mergi i Močkonu radi osobitih zasluga neko pusto zemljište u županiji križevačkoj.

Bela dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Ad noticiam uniuersorum harum serie uolumus peruenire, quod fideles nostri prouidi uiri Merge filius Stephani et Mochko filius Wlkosa de Zlayna, ad nostrum conspectum corporaliter uenientes, nobis humillime suplicarunt, quod nos quandam particulam terre nostre uacue seu habitatoribus destitute in

---

[1] Valjda: »assumptionis«.

comitatu nostro Crisiensi habitam eisdem Merge et Mochkoni dare et concedere dignaremur. Nos igitur attendentes et considerantes multimoda fidelissima seruicia ipsorum Merge et Mochkonis, quibus ipsi culmini nostro diuersimode studuerunt complacere, dictam particulam terre nostre uacue seu deserte ipsis Merge et Mochkoni heredibusque et posteritatibus ipsorum uniuersis damus et concedimus irreuocabiliter perpetuo tenendam, habendam et possidendam, quam nos personaliter inspeximus et per Georgium comitem Crisiensem atque Prelsam (comitem) terrestrem metari facientes, de quorum uerbis ipsam particulam terre taliter distingui reperimus, uidelicet: prima meta incipit ab oriente vbi foret terra seu meta Johannis filii Stephani Herbortya uocata, vbi stat quidam mons Petthcha uocata, ab hac per quandam uallem eunde peruenit ad quendam paruum fluuium, inde in paruo spaçio eundo uenit circa quendam fontem seu riuulum in quadam ualle, qui foret penes terram Nicolai filii Petri; inde per eandem uallem in modico spacio eundo peruenit ad montem Trauniwerh dictum a plaga meridiei et per eandem plagam eundo in modico spacio venit circa terram Pouse penes quandam magnam viam, iuxta quam viam foret quidam lacus wlgo Kalysche nuncupatus, que videlicet via tendit inter quendam fluuium Glogoucha vocatum et sub quodam monte Ceroberda vocatum a dicta plaga meridiei; inde in bono spacio per eandem viam pergendo peruenit circa quendam riuulum seu fontem, vbi forent mete Pouse, Stephani et dictorum Merge ac Mochkonis. Ab inde versus partem australem pergendo venit ad quandam vallem, deinde ad montem, ab inde iterum in modico spacio girando venit circa quandam arborem iauor dictam, vbi foret meta dominorum capituli ecclesie Zagrabiensis, deinde penes easdem metas ipsius capituli tendit per quosdam monticulos Glawycze Drenouechke dictos; ab indę iterum tendit ad vnum paruum montem et de monte ad vallem circa quendam fontem Dubrauzky dictum, per eandemque vallem pergendo peruenit circa quendam magnum fluuium; inde in bono et longo spacio per montem girando, videlicet a plaga orientali, peruenit ad quendam magnum montem wlgo Garmyth vocatum; iterum ab inde eundo per quendam montem peruenit ad prefatum montem Petthche vocatum et venit ad priorem metam, ubi fuit incepta, ibique terminatur. Volumus insuper, quod prefati Merga et Mochko posteritatesque ipsorum vniuersi nullo vnquam tempore ad exercitum ire non teneantur, sed singulis annis in futurum semper in octauis beati Georgii martiris tunc affuturis quadraginta denarios pro tempore currentes, quilibet ipsorum nobis et nostris successoribus dare, amministrare et persoluere teneantur. Decreuimus eciam, quod quolibet anno in perpetuum circa festum beati Michaelis archangeli prenominati Merge et Mochko posteritatesque ipsorum vniuersi

medium cubulum frumenti et medium auene nobis et nostris successoribus soluere et amministrare tenebuntur, sed mardurinas dare non tenebuntur. In cuius rei memoriam firmitatemque ac stabilitatem perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum prope castrum Baboth. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, septimo decimo kalendas septembris, regni autem nostri anno decimo octauo.

Iz prijepisa kaptola čazmanskoga od g. 1525. U arkivu kapt. zagreb. fasc. 55. br. 18.

Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 99.—100. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 390.—2. — Kukuljević Reg. no. 646.

467.

1253, 16. augusta. Kraj grada Baboče.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje križevačke sloboštine podijeljene po banu Stjepanu.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod dilectus et fidelis noster Stephanus banus tocius Slauonie in nostra presencia corporaliter constitutus, litteras suas libertatem hospitum de Cris continentes nobis presentauit, petens ipsam libertatem nostro priuilegio confirmari. Cuius nos peticioni, ut decebat, fauorabiliter inclinati, litterarum suarum seriem de verbo ad verbum rescribi facientes hiis duximus inserendam, que talis est:

(Slijedi listina bana Stjepana od godine 1252. 24. aprila dana Križevcima).

Nos siquidem prelibate ville libertatem per iamdictum fidelem nostrum banum Sclauonie rite et legitime ordinatam per singula approbantes, presenti priuilegio de regia liberalitate duximus confirmandam. In cuius libertatis perpetuam firmitatem ac stabilitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum prope castrum Baboch anno domini M⁰ CC⁰ LIII⁰, septimo decimo kalendas septembris, regni autem nostri anno decimo octavo.

Original u arkivu grada Križevaca no. 2. Na listini visi crvena, žuta bijela i ljubičasta svilena vrvca bez pečata. — Kukuljević Jura regni I. 69—71. — Kukuljević Reg. no. 631 (spomenuto).

468.

1253, 10. septembra. U Assissi.

Inocencije IV. papa nadbiskupu zadarskomu daje ženitbenu dispenzaciju.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Laurentio) archiepiscopo Iadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Pro parte dilecte in Christo filie Prodane mulieris Iadrensis fuit propositum coram nobis, quod cum Damianus frater et quidam alii consanguinei eius, ipsa consentiente, quod eandem traderent in uxorem viro laico Iadrensi, et ipse, quod eam in uxorem reciperet, iuravissent; tandem muliere et laico predictis nolentibus ad invicem matrimonialiter copulari, dicta mulier cum Preste cive Iadrensi, qui eundem virum quarto gradu consanguinitatis contingit, duxit matrimonium contrahendum: unde dicta mulier supplicavit nobis humiliter, ut providere in hac parte apostolica sollicitudine curaremus. Nos igitur ipsius et venerabilis fratris nostri Antibarensis archiepiscopi supplicationibus inclinati mandamus, quatenus si predicti viri, quod eadem mulier alii nuberet, consensus accessit, cum predictis mulier et Preste, ut impedimento huiusmodi non obstante in sic contracto matrimonio licite remanere valeant, auctoritate nostra dispenses. Datum Assissii IIII. idus septembris, pontificatus nostri anno undecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 107. str. 81. Iz reg. an. XI. ep. 162. fol. 19. — Wenzel Cod. Arpad. XII. 354. — Potthast Reg. pontif. II. br. 15.132.

469.

1253, 3. oktobra. U Gjuru.

Bela kralj ugarski i hrvatski, potvrdjuje Ivanu taverniku dobra u vukovskoj županiji pripala mu iza Lovre načelnika Bešenova, krivotvoritelja novca.

Bela dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex ...... Ad notitiam vniuersorum volumus peruenire, quod cum Laurentius villicus de Bessenev, quae ad ecclesiam sancti Gregorii pertinet, nec non et filius ipsius Demetrius nomine, ac Johannes, gener Gregorii de eadem villa Bessenev per camerarios nostros

Sirmienses, Leppoldum scilicet et socios eiusdem in manifesto crimine fabricationis false monete deprehensi, coram venerabili patre Benedicto archiepiscopo Colocensi aule nostre cancellario . . . . . qui per totam Sirmiam non solum honore comitatus, sed etiam vice et auctoritate nostra ex delegatione nostra fungebatur, exigente iustitia in ipso opere deprehensi, fuissent conuicti, ita quod et omnia instrumenta eorum, per que ipsam falsariam exercebant, nobis forent presentata et eorum bona secundum consuetudinem regni ad dictum venerabilem patrem, vtpote nostrae maiestatis iudicem et in partem dictorum camerariorum nostrorum fuissent deuoluta; idem venerabilis pater coram nobis corporaliter constitutus, fideli suo Iwan magistro tauernicorum suorum domos et quasdam vineas, fenetum et torcular ipsius Laurencii, ac quedam alia predictorum, videlicet tam illam portionem, que ipsum contingebat, quam partem dictam camerariorum, quam sibi vendiderant, sicut iidem coram nobis sunt confessi, contulit possidendam, exceptis duabus vineis, quas Petro comiti cognato suo duxerat conferendas, quas et idem magister Ivan a dicto Petro comite comparauit, et sic bona illorum vniuersa ad dictum magistrum Ivan peruenerunt. Quam vtique donationem ac emtionem praefatus archiepiscopus nostro petiit priuilegio confirmari. Nos itaque, cum iusta esset petitio et honesta, presentes in perpetuam predictorum omnium firmitatem litteras duximus concedendas, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Jaurini anno domini MCCLIII. quinto nonas octobris, regni autem nostri anno XVIII.

Prav Annales 176—7. — Fejér Cod dipl. Hung. IV. 2. 171—172.

470.

1253, 8. oktobra. U Komoranu.

Bela daje u zamjenu za neka primorska dobra Nelipićima županiju drežničku.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui salutem dat regibus. Ad universorum presencium posterorumque noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum possessiones quorundam nobilium, Stepconis videlicet, Isani, Woynch et Cuach in partibus maritimis existentes, pro utilitate regni nostri et illarum parcium ad nos recepissemus, in permutacionem ipsarum possessionum comitatum Drasnik cum suis utilitatibus et pertinenciis, prememo-

ratis nobilibus duximus conferendum, tam ab ipsis, quam ipsorum heredibus, heredumque successoribus iure perpetuo possidendum. Ut igitur permutacio prelibata temporum successu salva semper permaneat et inconcussa, nec unquam per quempiam in irritum debeat revocari, in perpetuam ipsius firmitatis stabilitatem supradictis nobilibus literas nostras contulimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Kamarun, anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, octavo idus octobris, regni autem nostri anno decimo octavo.

Nalazi se u listini kralja Karla od g. 1322. 11. oktobra. — Originai potonje potvrde u arkivu knezova Esterhazyja u Željeznom. Repos. 42. Fasc. A. Nr. 4.

Vjestnik arkiva VII. 3. 138.

471.

1253, 15. oktobra.

Inocentije IV. papa potvrdjuje redu gospodnjega groba dobra što im je dao kralj Andrija u Ugarskoj i Hrvatskoj.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis fratribus dominici sepulchri in Ungaria et Sclavonia constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Dum a nobis petitur quod iustum est et honestum, idem vigore aequitatis, quam ordo exigit, ratum habemus; et per sollicitudinem officii nostri iustis postulationibus grato concurrentes assensu, septem villas cum suis omnibus appertinentiis, imo etiam subditis et alia iura seu bona, quae clarae memoriae Andreas rex Ungariae provida vobis pietate concessit, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, ut in ipsius regis scripto authentico continetur, vobis et per vos domui vestrae auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti testimonio communimus. Nulli ego hominum liceat etc. Datum idibus octobris, pontificatus nostri anno undecimo.

Farlati Ill. sacrum. V. p. 358. — Katona Hist. crit. VI. 194. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 201. — Potthast Reg. pontif. br. 15.154.

472.

1253, 28. oktobra. U Dubrovniku.

Sud dubrovački nalazi, da su nekrivi Dubrovčani radi nastradale ladje kod Mljeta.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mensis octobris, quarto die astante, in ciuitate Ragusii, more solito ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Marsilius Georgius comes Ragusii cum iuratis iudicibus Grubessa Gundule, Dobroslauo Rananne et Teodoro Bodatie et Johanne Peccurario testificamur, quoniam coram nostra presentia uocauimus Petrum de Rura de Trano qui fuit nauclerius nauis in qua fuit Sergius Peccinagii, que nauis fuit capta a cursariis apud Melettam in portu qui dicitur Enganator. Et etiam uocauimus Gerardum Uenetum Beneuenutum de Bonfilio, Jacobum de Marino, Andream de Caldararo, Jacobum Zaconum, Bonazuntam Cirisii, Symonettum Dominicum de Gitinella, magistrum Andream, Matheum de Goze, Benuenutum de Petro de Ancona, Vitalem et Bartholomeum de Ascoli et diximus eis: Intelleximus quod uos dicitis, quod Sergius Pecinagii et alii Ragusei qui fuerunt uobiscum in supradicta naui fuerunt culpabiles uobis in dicto dampno et de predatione et captione dicte nauis facte a cursariis; unde si hoc uerum est, parati sumus uobis de dicto Sergio et aliis Raguseis facere iustitie complementum. Qui omnes supradicti una uoce dixerunt: quod nec idem Sergius, nec aliquis Raguseus habuerit aliquam culpam de nobis de dicta depredatione et dampno, nec aliquod fallum inde commiserunt, neque de ipso Sergio, neque de Raguseis possumus aliquam querimoniam facere, sed de nostro infortunio, quia Sergius et ceteri Ragusei cum ipso satis bene et fideliter in dictis factis se gesserunt et nihil habemus dicto Sergio uel alicui pro ipso neque de suis sociis ad dicendum, neque querimoniam de ipsis facimus, neque faciemus in eternum. De hoc autem testimonio sunt plures carte, hec et alie. Quod testimonium predictorum domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Paschalis et communis Ragusii notarius iuratus auditor sum et scriptor, solitoque meo signo signaui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

Стр. 125-7.

473.

1253. U Kalniku.

Fulkumar knez kalnički presudjuje u parnici medju Križanom i Radehom zbog nekoga vinograda.

Nos Fulcumarus comes de Kemluk vice Stephani bani significamus vniuersis presens scriptum inspecturis, quod Crisan et filii sui Elyas scilicet et Ivan accepto homine nostro reambulauerunt quandam vineam sitam super terram R(a)deh et ipsum Radeh ad nostram presenciam citauerunt proponentes contra eundem, quod ipsam vineam suam idem Radeh indebite detineret. E conuerso autem dictus Radeh respondit, quod supradictam vineam emisset pro septem pensis ab eisdem Crisan et filiis suis in presencia Zolad comitis terrestris et super hoc litteras ipsius Zolad comitis dixit se habere. Unde in termino per nos assignato idem Radeh easdem litteras coram nobis conpresentasset, dicti Crisan et filii sui easdem falsificauerunt. Nos enim sicut ordo iuris poscebat, ipsum Zolad comitem terrestrem personaliter coram nobis diximus statuere. Qui quidem comes Zolad consistens coram nobis a nobis interrogatus asseruit, ipsam vineam in presencia sui eidem Radeh uenditam esse a Crisan et filiis suis supradictis et litteras suas falsificatas dixit iusto modo emanasse. Crisan autem et filii sui uerbis ipsius Zolad comitis terrestris contradicere non presummentes, se tamquam reos nobis reddiderunt. Nos igitur licet ipsos tamquam calumniatores punire debebamus, ad peticionem tamen proborum uirorum misericordiam cum eis facientes sangvinis effusionem non fecimus super eisdem, sed statuimus, quod de cetero idem Crisan et filii sui Ivan scilicet et Elyas plus contra quemcumque hominem litigare uel agere non possint in maiori causa, nisi in causa duodecim denariorum et amplius non, secundum quod consuetudo exigit calumniatorum approbata; vineam autem predictam eidem Radeh reliquimus pacifice possidendam. Datum in Kemluk anno domini M⁰CC⁰L tercio.

Original u arkivu jugosl. akad. u Zagrebu: Diplomata a. 1253. Pečata nema; ali ima rupe za pečat.

Kukuljević Regesta no. 650.

474.

1253. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim dariva Margareta supruga župana Čopova svomu suprugu sav svoj miraz.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Chopo comite ex una parte et domina Margareta consorte sua relicta Petri filii Hab in nostra presencia constitutis ex altera, eadem domina proposuit, quod cum maritus suus Chopou comes quoddam suum predium nomine Vrustun, quod ad ipsam hereditario iure dinoscitur pertinere, in desolacione positum et omnino destructum suis expensis propriis cum seruis, aratris, vineis, piscinis, molendinis ac aliis utilitatibus reparando ditauerit et congregauerit iobagiones quamplurimos ad idem predium et liberos suos, filium videlicet et filiam a premortuo marito suo progenitos, propriis sumptibus educauerit liberaliter tamquam suos, ipsa in reconpensationes huiusmodi beneficiorum non inmemor acceptorum, dotem suam cum omnibus rebus parafernalibus marito suo comiti Chopou relaxauit et predium prenominatum, in quo sita est ecclesia in honore beate Marie Magdalene, nec non totam familiam suam, que ipsam ex patrimonio contingebat, sibi contulit perpetuo possidenda; hac condicione interposita, quod post obitum suum pro remedio anime sue mille missas dictus Chopou comes faceret celebrari. E conuerso memoratus Chopou comes si prius quam uxor sua uiam vniuerse carnis ingrederetur, porcio que ipsum contingit ad ecclesiam sancti Georgii cum seruis ascripriciis(!) et ancillis suis utpote possederat, deuolueretur in ius uxoris sue domine memorate; ita tamen, ut pro salute anime sue in celebrandis mille missis anime in quantum marito sui curam adhiberet diligentem. Ceterum domina Margareta superius nominata quoddam predium eciam suum, quod wlgo Cuissev Urustum nuncupatur, filie sue domine Agnido, uxori videlicet Thome perempnaliter donauit possidendum; hoc addito, quod post decessum suum centum missarum faceret officia celebrari. Ne igitur talis ordinacio processu temporis irritetur, ad peticionem dicte domine sev mariti suis presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno gracie millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio.

Original u arkivu narod. muzeja u Budimpešti. Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

Zala vármegye története I. 25.

475.

1253.

Prisega kneza u Rabu.

Anno domini 1253. Tempore egregii viri felicis memoriae Dominici Marci Ziani Arbensis comitis. Dominus comes taliter iurat et iurare debet, videlicet.

(Slijedi zakletva rapskoga kneza. Slijedi zakletva rapskoga podkneza).

Ego Johannes Belengerio presbiter et notarius hoc exemplum exemplavi, sicut vidi sigillatum sigillo plumbeo domini ducis Venetiarum, ita scripsi, nec minui nec ampliavi. Super hoc capitulum iuraverunt: Madius Albertus et filius eius, Petrus Buzola, Doimus Lamprezi, Gausinia Andreas filius Petri de Saronia, Marcus Ferro, Cocorinus Petrus de Perinan, Marinus de Papanugla, Criste Gambegrosse de Signa, Figliolo Kalenda et Stephanus Pocafice iuraverunt super animas comunitatis Arbae sicut predicti iuraverunt, quod dominus comes (Marcus Ziani) manutenebit cathedralem ecclesiam et capitulum Arbense in suo statu, secundum quod deus et ratio postulat et requirit.

Quod dominus comes (Marcus Ziani) non debet se intromittere de monasterio Arbensi, nec advocatus eius esse.

Note chronologiche da Giovanni Lucio. Bullettino 1882. 164—6. — Farlati Ill. sacrum. V. 243.

476.

(1253.)

Črnomir knez optužuje Dubrovčane, da su njegove ljude hvatali i prodavali.

† Ѡдь кнеза Чрномира драгомȣ ми приѣтелȣ кнезȣ дȣбровьчкомȣ Георьги Мерьсили и вьсѣмь властелом дȣбровьчьки(мь). Се що ми сте писали и порȣчали, вьсе разȣмѣхь, да ере сте рекьли, ми држимо вѣрȣ и приѣтельство тебѣ и твоимь лȣдемь, то, властеле, не могȣ ѣа покрити. Види се та вѣра и приѣтельство: придоше ваш(и) лȣдие, и єше моега чловѣка Лȣкана и добитькь ȣзеше, и послахь кь вамь: вратите ми, и не дасте ницаре, нь паче га продасте; и пакь есте дрȣге лȣди, три чловѣке тере женȣ, и пакь послахь кь вамь, и не дасте м-и-хь, нь е продасте едьне зал море а дрȣге, камо ви хтѣли; и пакь ми есте моега

чловҍка Рѹхотѹ, и продасте га; и пакь ми есте моега чловҍка Дѹбланина, и сьда га дрьжите. Да ере ми сте писали, да ви пѹщѹ вашега чловҍка, ако хокете ви мьнҍ мое лѹди вратити, и що ми сте ѹзели, ѣа вашега чловҍка да пѹщѹ. А ере говорите, властеле, а да нҍ згреди чловҍкомь одь Цпьтата до града, то ѹ томь по воли ви е, ере хокете, да имамо приҍтельство одь Цпьтата до града. Тко е приҍтель вҍрьнь, вьзьдҍ е приҍтель, а мои ни едьнь чловҍкь ни едьнь не сѣди онѹге Цпьтата, нь ако хокете право, да одь Цпьтата до Молѹньта да нҍ згреди. И що вих хотҍль кь вамь говорити, не могѹ тога вьсега исписати, нь и тома, по что ке мои чловҍкь говорити, вҍрѹи га. Богь ви даи здравие.

Na hrptu:

Кнезѹ дѹбровьчкомѹ и вьсҍмь властеломь.

Miklosich Mon. Serb. 42 br. 43.

477.

1253.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje dar Stjepka Robertova kaptolu zagrebačkomu.

Bela dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Cum regia liberalitas singulorum fidelium merita reconpensacione digna remuneracione debeat et munificencia ampliori instaurare. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod accedens ad nostram presenciam magister Stepk, filius Roberti comitis, dilectus et fidelis noster, nos humiliter postulans et attente, exposuit nobis, quod vellet remedio anime sue ante diem obitus sui providere quasdam possessiones suas: Culpatew hereditariam et Chernehttum empticiam habitas, iuxta continenciam privilegiorum capituli Zagrabiensis per usum regis consvetum, quorum forme seriatim distinguendo subscribuntur, monasterio sancti Stephani regis de Zagrabia et per eum capitulo loci eiusdem perpetuo ex voto contulisset, si nos id de gracia regali annuere dignaremur. Nos itaque sicut ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, omnes fidelitates et meritoria obsequia ipsius magistri

Stepk et antecessorum suorum ad memoriam non immerito revocantes volentesque recompensacionem eidem pro fidelitate per ipsum nobis laudabiliter exihibita occurrere graciori, ut eius exemplo reliquos ad fidelitatis obsequia forcius accendamus, prefatam donacionem ipsius, eo quod iustam esse cognovimus, de speciali gracia nostra duximus annuendam et perpetuo seu irrevocabiliter roborandam. Quorum privilegiorum tenores tali serie continentur: *(gl. listinu od 27. augusta 1228. br. 260. vol. III. ovoga zbornika i listinu od 22. marta 1245. br. 235 ove sveske).* Et ut series concesse gracie nostre prescripte robur perpetue firmitatis obtineat, nec processu temporum retractari valeat aut in irritum revocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum ab incarnacione domini anno M. ducentesimo (quinquagesimo) tercio, regni autem nostri anno decimo octavo.

Iz prijepisa kralja Ljudevita I. od g. 1359 u arkivu kaptola zagrebačkoga. — Tkalčić Monum. episcop. zagrab. I. 100—101 br. 88. — Wenzel Cod. dipl. Arp. II. 253 po »Liber. regius« 16. vijeka, VII. 349—350, XI. 390. (regest. po Tkalčiću). — Kukuljević Reg. br. 652.

478.

1254, 2. aprila. U Dubrovniku.

Uredjuje se Pusterula kraj staroga zida.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis aprilis, secundo die intrante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Marsilius Georgius comes Ragusii cum subscriptis iuratis iudicibus et consiliariis de paruo et magno consilio et nos comune Ragusii testificamur, quoniam de illo antiquo muro qui est in Pusterula, quem comune Ragusii quondam laborauit, iam Mathias filius Balatie refusit et dedit comuni Ragusii uiginti solidos denariorum grossorum et uiginti chabbas(!), secundum quod per prenominatum dominum comitem et iuratos iudices Ragusii inter ipsum Mathiam et comune Ragusii fuit iudicatum. Qui prenominatus antiquus murus uadit per longum brazolarum sex et palmum unum minus quarta de palmo et idem antiquus murus per altum mensurando a petra uiua que est sub ipso muro uadit decem brazolarum. Et de isto antiquo muro comune Ragusii nihil habet ad querendum, sed tantum quod comune Ragusii sine nulla refustura secundum usum Ragusii potest recumbere super ipsum prenominatum antiquum murum. Qui prenominatus antiquus murus confinat inter domum

que fuit Grubesse de Gundula que est de filia eius Boni et uadit usque ad occidentalem cantonem porte comunis Ragusii que est in Pusterula. De hac autem testificatione seu confirmatione sunt plures carte, hec et alie. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule, Michael Pezane, Dabraslauus Ranane, Johannes Peccurarii et Theodorus Bodatie iurati iudices et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus per laudationem prenominatorum domini comitis et iuratorum iudicum et consiliatorum et comunis et curie cum sonitu campane auditor sum et scriptor.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu, ispod teksta prerezana pismena. — Zbirka saec. XIII.

479.

1254, 5. aprila.

Bela kralj ugarski i hrvatski odredjuje na molbu podanika zaladskih, da Lancet sin Buzadov vrati istima zemlju Tornua u zamjenu za zemljište Bela u Medjumurju.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie Lodomerie, Comanieque rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in eo qui salus est omnium. Vt ea, que aguntur in tempore, non firmentur post tempora nec a memoria dilabantur, regio solent patrocinio communiri, presertim ea que ex beneplacito et consensu prodeunt regie maiestatis. Ad vniuersorum igitur noticiam volumus peruenire, quod accedens ad presenciam nostram fidelis noster Lanceretus comes filius Buzad comitis oblata nobis peticione monstrauit, quod cum ipse quandam terram Bela nomine intra Drauam et Muram existentem a iobagionibus castri Zaladiensis, Joan videlicet filio Petri, Abraam filio Jura et Dominico filio Abraam pro certa sumpma pecunie comparasset. Stephanus banus tocius Sclauonie et Paulus tunc iudex curie nostre et comes Zaladiensis dilecti et fideles nostri quos ad reambulandas terras castri Zaladiensis et restituendas eidem castro miseramus, si invenirent per aliquem contra iusticiam occupatas, dictam terram Bela ab ipso Lancereto comite sub nomine terre castri receperunt et eandem castro statuerunt superius nominato, iniungentes predictis venditoribus, vt pecuníam illam restituerent, quam a Lancereto comite racione eiusdem terre vendite receperunt.

Quam cum per spacium prolixi temporis restituere minime potuissent, pro ipsa sumpma pecunie predium Joan superius memorati Tornua nomine eidem L(ancereto) comiti extitit assignatum. Quo facto iobagiones castri superius nominati ad nostram clemenciam accedentes humiliter pecierunt, vt dictam terram Bela, que fuerat eorundem vendendi liberum arbitrium preberemus, cum ex illa terra Bela modicum castro comodum acquiratur et ex altera videlicet Tornuo, que loco illius terre Bela Lancereto comiti fuerat, vt premisimus, obligata, magnum eis et castro dispendium generaretur. Verum nos eorundem iobagionum castri precibus inclinati, quia nobis constitit euidenter, per Stephanum banum et comitem Paulum, quod ipsa terra ipsorum iobagionum castri fuerit et quod pro castro minoris comoditatis existeret quam predium Tornua, quod pro terra Bela eidem L(ancereto) fuerat assignatum, ex clemencia speciali ad preces dictorum iobagionum castri instantissimas vendendi ipsam terram Bela dedimus liberam facultatem; precipientes eidem comiti Lancereto, vt predium Joan Tornua nomine dimitteret et terram Belam, quam primitus emerat, reciperet possidendam perpetuo loco sui. In cuius eciam terre possessionem pacificam et corporalem per Farcasium de Zegaria(!) hominem nostrum ad hoc a nobis specialiter deputatum ipsum Lanceretum comitem fecimus introduci. Cuius siquidem terre mete, prout Joahim filius Cupan, Wlchuk filius Wlchuk, Glauch filius Cozma, Ladislaus filius Vorank, Petizlo filius Gurg, Valcodrug ac Cuplen filius Stephani, iobagiones castri sepedicti nobis in scriptis detulerunt, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit ex parte orientali a terra Kemen nostre consortis, quam possidet magister Chak ex donacione ipsius; ab inde procedit ad meridionalem plagam per metas continuas et frequentes et conterminatur cum terra Palana; inde peruenit ad magnam viam Ebrys, vbi sunt due mete terree, vbi per easdem duas metas transit magnam viam Ebrys ad partem meridionalem; inde cadit in aquam Bela; inde per eandem aquam parumper vadit superius et peruenit ad portum aque Bela et transit ipsam aquam per ipsum portum ad sinistram et tendit ad meridiem, vbi similiter tenet metas cum terra Palana et per metas continuas et frequentes uergit ad meridiem et cadit in aquam, que Chorna malaka dicitur, vbi conterminatur terre Sombathel, que est eiusdem comitis Lancereti et in eadem aqua vadit aliquantulum superius ad partem occidentalem, vbi conterminatur terre Kuchula, vbi sunt due mete; inde exiens de predicta aqua vadit uersus occidentem ad arbores populeas ad terram Ladislaui, vbi sub arbore populea sunt due mete; inde iuxta terram Ladislai uadit superius ad septemtrionem per metas frequentes; inde peruenit ad Ebrys, vbi sunt due mete; inde protenditur uersus septemtrionem ad arborem illicem et per easdem partes septem-

trionales uadit ad terram Kemen nostre consortis, quam magister Chak possidet antedictus; inde declinat in partem orientalem et cadit in metam priorem et sic terminatur. Ne igitur huius rey series possit per quempiam uiolari ad perpetuam firmitatem ipsi Lancereto et per eum suis heredibus heredumque successoribus presentes litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini millesimo CC. quinquagesimo quarto, nonas aprilis, regni autem nostri anno decimo nono.

Iz prijepisa vašvarskog kaptola od g. 1378. »secundo die festi beate Margarete virginis et martiris« (14. jula) na molbu Koltay-a Ivana. Izvornik potonjeg prijepisa u arkivu grofa Festetića u Keszthely-u no. 3.

Cod. patrius VI. 81—3.

480.

1254, 21. aprila. U Lateranu.

Papa Inocencije IV. nalaže Lovri nadbiskupu zadarskom, da u krijepost dovede kaznu izopćenja proglašenu biskupom trogirskim nad Stanimirom arhipresbiterom šibeničkim.

Innocentius seruus seruorum dei venerabili fratri (Laurentio) archiepiscopo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Significauit nobis venerabilis frater noster (Treguanus) episcopus Traguriensis, quod ipse in S(tanimirum) archipresbiterum et quosdam clericos ecclesie sancti Jacobi de Sybinico sue diocesis pro eo, quod decimas et iura episcopalia sibi debita ei contra iustitiam subtrahebant et diligenter moniti de hiis sibi satisfacere non curabant, excomunicationis sententiam auctoritate ordinaria, exigente iustitia, promulgauit. Sed idem archipresbiter et clerici huiusmodi sententia dampnabiliter vilipensa diuina celebrare, immo quantum in eis est potius prophanare presumunt in animarum suarum periculum, plurimorum scandalum, ipsius episcopi preiudicium et ecclesiastice discipline contemptum. Quare pro parte dicti episcopi humiliter petebatur a nobis, ut eandem sententiam robur firmitatis debitum obtinere ipsosque de presumptione huiusmodi puniri pena canonica faceremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sentenciam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfationem condignam appellatione remota inuiolabiliter obseruari; super eo uero quod excomunicati dicuntur celebrare diuina, quod canonicum fuerit appellatione remota decernas, faciens, quod decreueris per censuram

ecclesiasticam firmiter obseruari. Datum Laterani XI. kalendas maii pontificatus nostri anno vndecimo.

Original u arkivu kaptola u Trogiru a. 1253. no 10. Na listini vidi se trag, gdje je o uzici visio pečat. Ova listina nalazi se i u prijepisu nadbiskupa zadar. Lovre od g. 1254. 20. novembra.

Farlati Ill. sacr. IV. 344. Ib. V. 79. spominje. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 396—7. — Potthast Reg. pontif. br. 15.340. — Kukuljević Reg. no. 671. spominje je.

481.

1254, 21. aprila. U Lateranu.

Papa Inocencije IV. odobrava sporazumak Treguana biskupa trogirskoga sa Stanimirom arcipresbiterom.

Innocentius seruus seruorum dei uenerabili fratri (Treguano) episcopo Traguriensi salutem et apostolicam benedictionem. Ea que iudicio uel concordia terminantur firma debent et illibata persistere et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur, apostolico conuenit presidio communiri. Petitio siquidem tua nobis exhibita continebat, quod cum inter te ex parte una et S(tanimirum) archipresbiterum ac clericos ecclesie de Sybinico Traguriensis diocesis super eo, quod ipsi a iurisdictione tua se subtrahere nitebantur et diuersis aliis articulis ex altera fuisset materia questionis exorta, tandem mediantibus dilectis filiis (Thoma) archidiacono et canonicis Spalatensis ecclesie metropolitani loci amicabilis inter partes super hiis compositio interuenit, prout in patentibus litteris confectis exinde ac sigillo capituli Spalatensis signato plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, compositionem ipsam sicut rite sine prauitate prouide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice obseruata, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XI. kalendas maii, pontificatus nostri anno vndecimo.

Original u ark. kaptola u Trogiru a. 1253. no. 9. Na listini visi o svilenoj vrvci žute i crvene boje olovni pečat: Innocentius papa IIII.

Lucius Mem. di Traù 75. — Farlati Ill. sacr. IV. 343. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 4. 107—8. — Potthast Reg. pontif. br. 15.342. — Kukuljević Reg. no. 656.

482.

1254, 26. aprila. U Veneciji.

Općina rapska izjavljuje, da je brod koji je išao u Veneciju po Marina Maurocena, izabranoga kneza rapskoga, poslala drage volje, a ne pod silu, što je i u Veneciji potvrdio sam knez.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, indictione XII., die dominico, quinto exeunte mense aprilis. Presentibus nobilibus uiris dominis Jacobo Treuisano, Marco Quirino filio domini Johannis Quirini, Nicolao Quirino et Petro Quirino filiis quondam domini Johannis Quirini de Veneciis et aliis. Creste de Picega iudex Arbensis nuncius destinatus similiter cum Petro Malicia de Arbe socio suo a communitate Arbensi cum galea eiusdem communitatis Arbensis Venecias ad nobilem virum dominum Marinum Maurocenum filium domini Angeli Mauroceni comitis Arbensis electi accipiendum et Arbe conducendum ad regimen comitatus Arbensis pro ipso patre suo domino Angelo, ut dicebat protestatus fuit et dixit nomine communitatis Arbensis: quod aduentum, quem ipsi nuncii pro comunitate predicta Arbensi fecerunt, Venecias cum dicta galea pro ipso domino Marino Mauroceno gratis et ex gracia, honore domini ducis et communis Veneciarum et amore dicti domini Angeli Mauroceni comitis sui et dicti Marini Mauroceni filii sui solummodo fecerunt de uoluntate communitatis Arbensis, cum ipsa communitas Arbensis non teneretur, ut dixit, aliqua ratione nec consuetudine, nec debito dictam galeam, nec ipsos nuncios Venecias mittere ad accipiendum eundem Marinum Maurocenum et Arbe portandum et quod aduentus ille nullum preiudicium dicto communi Arbensi facere possit, nec debeat tempore aliquo ullo modo. Et ibidem dictus dominus Marinus Maurocenus dixit et contentus fuit, quod dicta communitas Arbensis non tenebatur racione aliqua, nec consuetudine, nec debito ad eum dictam galeam et nuncios Venecias destinare; et quod aduentus dicte galee ac nunciorum nullum preiudicium faceret aliquo tempore modo aliquo dicte communitati Arbensi, et quod id quod dicta communitas Arbensis dictam galeam et nuncios ad ipsum recipiendum et conducendum Arbe miserat, ex gracia recipiebat et sibi factum asseruit et confessus fuit, solum honore domini ducis et communis Veneciarum et amore dicti domini Angeli Mauroceni patris sui Arbensis comitis et pro amore ac gracia reputabat. Actum Veneciis in brolio sancti Marci.

(Signum notarii). Ego Taglamentus de Vgerio sacri palacii notarius et ducalis aule Veneciarum scriba predictis interfui et rogatus scripsi.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu.

483.

1254, 27. aprila. U Trogiru.

Treguan biskup i kaptol trogirski izabiru dva poslanika pred papu, da prosvjeduju proti nadbiskupu spljetskomu, ako bi imenovao biskupa u Šibeniku.

In nomine domini dei aeterni. Anno eiusdem nativitatis MCCLIIII., indictione XII., die IIII. exeunte aprilis, in civitate Tragurii in camera domini Treguani episcopi de Tragurio, presentibus iis testibus, videlicet Desa clerico filio Dragogne de Tragurio et Bogode clerico filio quondam Mice de Marcho eiusdem loci et Johanne Bello qui fuit de Travisio et aliis ibidem. Dominus Treguanus dei gracia Traguriensis episcopus de voluntate et consensu sui capituli, domini archidiaconi et G. primicerii et domini Dragi canonici et aliorum de suo capitulo, suo et nomine episcopatus et archidiaconatus, de voluntate et consensu totius sui capituli nomine can . . . . T. . . . . et cap. . . . . fecerunt, creaverunt, et constituerunt dominum Petrum Calzam doctorem legum de Travisio et domini Gausinam primicerium sancti Laurentii de Tragurio, suos nuntios, sindicos, actores et procuratores ad protestandum, dicendum et appellandum et appellationes faciendas ad dominum papam, ne dominus R(ogerius) archiepiscopus Spalatensis de facto procedat ad electionem episcopi, vel confirmationem, si esset facta, in Sibinico et ad protestandum, dicendum et opponendum et excipiendum contra litteras impetratas ad dictum R(ogerium) archiepiscopum Spalatensem, si quae litterae essent super dicto facto impetratae et ad faciendas protestationes et apellationes omnes, quas nomine dicti episcopi . . . . canonice et capituli suo nomine et canonice facere posset et ad omnia alia facienda, dicenda, protestanda, quae ipsi principales facere, dicere, protestari possent; promittentes dictus episcopus et capitulum quidquid dicti sindici, actores et procuratores fecerint, se firmum et ratum habituros et non contravenire. —

Ego Arnaldinus filius quandam Alberti sartoris sacri palatii notarius interfui et scripsi.

Farlati Illyricum sacrum IV. 345—346. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XI. 401—402. — Kukuljević Reg. no. 1127 (krivo pod 1274).

484.

1254, 29. aprila. U Dubrovniku.

Svjedočanstvo Bubane o zemljištu, koje je jednom obradjivao Gervasij de Rille.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis aprilis, secundo die astante, ordinata curia cum sonitu campane, in presentia nobilis uiri domini Marsilii Georgii comitis Ragusii et subscriptorum iuratorum iudicum et populi Ragusii. Ego quidem Bubanna Petri testificor et dico super animam meam, quod quodam tempore eram iuratus iudex cum aliis iuratis iudicibus sub tempore nobilis uiri domini Johannis Danduli militis et comitis Ragusii et pro eodem comite et pro comuni Ragusii fuit interpellatum super Geruasium de Rille dicentes: Tu Geruasii tenes terrenum comunis Ragusii a capite quod uocatur caput ficus insursum usque ad terrenum Andree Certelli. Et idem Geruasius defendebat se dicens: Non est uerum quod teneo terrenum uestrum, sed teneo meum terrenum. Et predictus comes cum suis iudicibus iudicauerunt Geruasio predicto iurare duodecim sacramenta, quod illum terrenum quod tenebat suum erat. Et idem Geruasius antequam iuraret dicta sacramenta cecidit in infirmitate(m). Et ego Bubanna fui missus per predictum comitem et per curiam suam ad predictum Geruasium et inueni eum ualde infirmum et dixi: O Geruasii, per dominum comitem et per curiam suam et per comune Ragusii missus sum, a te illa duodecim sacramenta recipere que pro ipso terreno uobis iudicata fuerat. Et idem Geruasius dixit: Predicta sacramenta iurare non possum. Et predictus Geruasius non iurauit. Et ibi erant homines et mulieres de quibus non recordor. Et idem Geruasius de ipsa infirmitate obiit. De hoc autem testimonio sunt plures carte, hec et alie. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt auditores: Grubessa Gundule, Michael Pezane, Johannes Pecurarii, Dobroslauus Ranane et Theodorus Bodatie iurati iudices cum quibus et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus per laudationem prenominatorum domini Marsilii comitis Ragusii et iuratorum iudicum et populi et curie cum sonitu campane auditor sum et scriptor.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu; slova prerezana iznad i ispod teksta. (Zbirka saec. XIII.) — Drugi primjerak (exemplar) nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije. Diplomata a. 1254.

485.

1254, 6. maja. U Dubrovniku.

Osuda radi kradje.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis madii, sexto die intrante. Nos quidem Marsilius Georgius comes Ragusii cum iuratis iudicibus Grubessa Gundule, Johanne Pecurarii, Dabraslauo Ranane et Theodoro Bodatie, hoc quod per sententiam legis iudicauimus testamur. Nostra enim coram presentia Dabro de Luca per suos aduocatos Petranam Dabrane et Marinum Dobrasolis interpellauit super predictum dominum comitem Ragusii nomine comunis Ragusii, dicens: Manifestum est domine comes, quoniam de illo furto duodecim perperorum causarum mearum, que cum ancilla mea in domo mea fuerunt furate, uos domine comes occasione predicti furti et ancille mee nomine comunis Ragusii a duabus personis tulistis tantam quantitatem perperorum, quantam uos domine comes scitis; unde de ipsa quantitate quam tulistis detis mihi illos prenominatos duodecim perperos. Et Mengatia de Lampri et Petrus Mathei Dabranne pro eodem domine comite nomine comunis Ragusii respondentes dixerunt: Quicquid nos tulimus a predictis duabus personis ad castigationem earum, tulimus et hoc fecimus propter uirtutem, quam habemus super malefacta. Unde de illo quod ab ipsis tulimus tibi Dabro nihil pertinet, sed pertinet comuni Ragusii, quia de tuo latrone nihil tulimus pro eo, quod idem latro fugit et dedimus sibi terminum, ut ueniret ad purgandum se per rationem, et ipse latro non uenit, unde dampnum furti tui uidelicet perperos duodecim tu Dabro debes habere ab ipso latrone, qui a ratione fugit, et similiter comune Ragusii secundum statutum debet habere alios duodecim perperos ab ipso latrone. Unde nos prenominati comes et iudices, auditis eorum questionibus et super hiis omnibus ab ipso domino comite, audita ueritate, iudicauimus per sententiam legis, ut idem Dabro secunda manu sua iuret ad dei evangelium, quod ille prenominate cause sue ualuerint duodecim perperos et ipse Dabro tollat dictos duodecim perperos ab ipso suo latrone, hec dictum comune Ragusii tollat alios duodecim perperos ab ipso latrone, et secundum quod probatum fuit: Johannes filius Pancratii Sarace fuit latro huius furti. Unde ipsum Johannem predicto ordine sententiauimus eidem Dabro et comuni Ragusii. De hac autem sententia sint due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Quod iudicium prenominatorum domini comitis et

iuratorum iudicum ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

486.

1254, 10. maja. U Zadru.

Samostan sv. Krševana daje gradu Zadru svoju crkvu sv. Martina izvan grada sa svim zgradama za hospital.

Transumptum ex autentico existenti in capsula ferrea que reperitur in palatio habitationis magnifici domini comitis Jadere.

In Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense madii, die decima intrante, indictione duodecima, Jadre. Quia iuxta canonicas sanctiones bone rei dari consultum et presentis habetur vite subsidium et eterne remunerationis expectare cernitur premium. Ideo nos Nicolaus Simitecolo dei gratia abbas sancti Grisogoni de Jadra una cum fratribus et conuersis nostris, videlicet: Alberto Luca, Joanne, Nicolao, Victore, Profeta subdiaconis Alberto Theodoro Leonardo, Nicolao, clericis: Grisogono Sitico conuersi infra nos salubri cogitatione dixiti(!) revoluentes, quod licet civitas Jadratina divina gratia operante inter alias civitates Dalmatie tam in religionibus approbatis, tam religiosarum personarum conuersationibus ac doctrinis precellat, ac optineat principatum, immo tamen quod est iuxta euangelicam veritatem in oculis domini plurimum et acceptum, videlicet in pauperum infirmorum ac peregrinorum collectione ac substentatione manifestum ac periculosum ad presens noscitur substinere deffectum. Volentes itaque, sicut debemus ac tenemus(!) iuxta possibilitatem nostram predictum relevare deffectum(!) tanquam viri qui de aliorum elemosinis beneficiis et oblationibus quottidie substentamus(!) et precipue cum a nobis in sublimo examine districti iudicii hoc a nobis sit districtius requirendum, comunicato consilio cum sapientibus et religiosis personis, ac deliberatione habita diligenti de voluntate unanimi ac assensu predictorum fratrum et conuersorum nostrorum ac aduocati nostri nobilis viri Lampredii de Nicola, venerabilis patris nostri domini Laurentii dei gratia Jadre archiepiscopi consensu etiam accedente, ecclesiam sancti Martini extra muros ciuitatis cum omnibus edifficiis(!) adiacentiis pertinenciis et octo ibidem positis ad nostrum monasterium pertinentibus domino Joanni de Canale, ac comuni Jadre in

perpetuam elemosinam pro hospitalitate tantum ibidem instituenda et seruanda duximus concedendam, volentes, ut prior seu prepostus (!) qui pro tempore in eodem hospitali fuerint instituti nobis nostrisque successoribus ac monasterio nostro singulis festiuitatibus sancti Grisogoni que veniunt bis in anno, in madio videlicet ac in novembrio (!) nomine census duas candelas septem libras cere habentes ac unam libram mansi perpetuo redire teneant ab eodem hospitali et fratribus, nihil amplius requirentes. Si autem propter hostiles incursus vel quocunque(!) alio(!) causa(!) contingerit (quod deus avertat), quod ibidem non vige(re)tur aut nullatenus seruaretur hospitalitas, predicta ecclesia cum omnibus edifficiis, officinis et orto et aliis ibidem positis ad ius ac proprietatem nostram ac monasterii nostri reuertatur. Prior autem predictum censum nec aliquid aliud nobis vel monasterio nostro tunc reddere teneatur. Possessiones que ipsi hospitali fuerunt pia fidelium deuotione collate redeant ad comitem et comune pro alio hospitali, sicut melius aparuerit in civitate vel alibi construendo. Cessante autem guerarum discrimine vel alio quocunque casu, propter quod non fuisset ibidem seruata hospitalitas, habeat nihilominus comes ac comune Jadre perpetuam libertatem pro hospitalitate ibidem restituenda secundum formam superius adnotatam, semper ac in perpetuum ad eandem ecclesiam redeundi. Post hec autem per dictos dominum comitem, consiliarios, iudices ac consilium universum representatus fuit predicto domino archiepiscopo Laurentius Muzus qui fuit de Padua in prepostum ac priorem predicti loci, ac hospitalis. Eorum autem petitionibus annuens predictus dominus archiepiscopus eundem Laurentium confirmauit in prepostum ac priorem eiusdem hospitalis. Acta sunt hec in ecclesia sancti Stephani in comuni consilio ad sonum campane more solito congregato, presentibus venerabili patre domino Laurentio dei gratia archiepiscopo Jadrensi, domino Joanne de Canale comite Jadre et dominis Madeo Zane, Joanne Aurio tunc consiliariis Jadre, Bonifacio Paduano de Stenis, Marino Lauretano de Venetiis, ac aliis multis.

† Ego Laurentius dei gratia Jadrensis archiepiscopus subscripsi.

† Ego Joannes de Canale comes Jadrensis me subscripsi.

† Ego Joannes Aurio consiliator Jadre me subscripsi.

† Ego Madeus Joannes consiliator Jadre me subscripsi.

† Ego Cosa Saudino examinator manu propria me subscripsi.

† Ego Aureas de Petriço auocato dicti hospitalis me subscripsi.

† Ego Nicolaus Simiteculo abbas sancti Cyrisogoni(!) me subscripsi.

† Ego Cyrisogonus(!) de Mauro iudex me subscripsi.

† Ego Lampredius de Nicola aduocatus sancti Crysogoni me subscripsi.

† Ego Cerna de Mergani iudex manu mea subscripsi.

† Ego Andreas de Campagna examinator manu mea misi.

Ego Prodanus sancte Anastasie primicerius et Jadre notarius his predictis omnibus interfui vocatus et rogatus, ut audiui scripsi, compleui ac roboraui.

Ego Hierolimus Ravagninus civis Venetus publicus imperiali auctoritate notarius ac magnifici domini comitis Jadre ex autentico privilegio superius nominato prout reperi de verbo ad verbum transumpsi et acsopiaui, ac in fidem me subscripsi, signoque meo solito apposito et ad maius robur muniui maiori sigillo sancti Marci.

Prijepis na pergameni u biblioteci »Paravia« u Zadru.

487.

1254, 22. maja. U Dubrovniku.

Dubrovčani se kunu knezu humskomu Radoslavu, da će čuvati mir.

✝ Вь име ѡтьца и сина и светаго дꙋха аминь. Лѣто вьпльщенѣ господа нашего Исꙋ Христа тисꙋща .СНД., (1254.), мѣсеца маѣ дьни дьвадесети и дьва исьходещꙋ, мы сꙋдие и ѡпьќина дꙋбровьчька .ВІ. (12.) властели, ки сꙋ здѣ подьписани, кльнемо се тебѣ жꙋпанꙋ Радославꙋ и твоимь властелемь з добровь вѣровь ꙋ господа бога и ꙋ чьстьни животворещи крьсть господьнь и ꙋ светꙋ богородицꙋ дѣвꙋю Марию и свето евангелие божие и ꙋ .ТИІ. светыхь ѡтьць иже вь Никеи и светыхь мꙋченикь Власи, Димитрье и все свете ꙋгодивьше богꙋ ѡть вѣка, да имамо мирь по старомꙋ законꙋ, стрѣки вас а и все твое лꙋди, кое имашь, или кое ꙋчьнешь имати, о тѣлѣ ихь и добитькь ихь, гдѣ ми ꙋчьнемо силꙋ имати, а мы да не пакѡстимо тѣбѣ ни твоимь лꙋдемь ни вашимь землямь, а градь Дꙋбровьникь да е ѡтворень тѣбѣ и твоимь лꙋдемь, ѣко по старомꙋ законꙋ мегꙋ Доубровьникомь и кнежьствомь хльмьско, ꙋлѣсти, излѣсти, и да ти морешь ꙋ Дꙋбровьникь кꙋповати и твои лꙋдие всаки трьгь, ере бꙋде на вашꙋ рꙋкꙋ прощень кꙋповати; потврь(ж)даемь ти клетвомь и твои лꙋдие, ере кои трьгь изнесете изь Дꙋбровьника, да га ни ти ни (н)ии твои лꙋдие продаде ни дарꙋю никомꙋре враждѣникꙋ дꙋбровьчькомꙋ; и да коѣ се кривина ꙋчини мегꙋ лꙋди дꙋбровьчьке и

мегѹ тебе и твои люди, да се исьправи праввиномь по старомѹ законѹ, кое є меѓѹ Дѹбровьникь и кнежьство хльмско, а мирь да (с)є не рѹши. И вьсе ѡво хоћемо тебѣ и твоимь людемь дрьжати и учинити, спасающе клетви господинѹ дужѹ и ѡпьћинѣ виетьчькои, господинѹ Михаилѹ царѹ бльгарьскомѹ. Ако ли сие прѣстѹпимо, да ны богь сьпьне и света богородица и вси свети аминь. Бѹбана Мигауа, Микѹлица Печенѣжникь, Андрѣ Урѣевикь, Петрона Бѹньдикь, Петрь Баталь, Михоиль Пѣжениикь, Вькась Мѹчьникь, Димитрь Меньчетикь, Гонславь Врѹсикь, Доброславь Раноиникь, Тѹдрь Бѹдачикь; Марьтоло вань Крьсанковикь клель се за все властели дѹбровьчьке.

Miklosich Mon. Serb. 42—43. br. 44. — Šafařik Památky jihoslov. list. 17. — Kukuljević Reg. br. 658.

488.

1254, 22. maja.

Radoslav knez humski kune se Dubrovčanima da će čuvati mir.

✝ Вь име ѡца и сина и светога духа аминь. Лѣто уплыщениѣ господа наше(го) Исѹ Христа тисѹща .СНД., (1254.), мѣсеца маѣ, дни .К. десети и дьва (22.) исходеще, ѣ жѹпань Радославь, синь кнеза Андреѣ хльмьскога, сь моими властели, ки сѹ здѣ подьписани, кльнемо се сѹдиѣмь и вьсеи ѡпьћинѣ дѹбровьчькои с моимь добримь хтѣниемь ѹ господина бога и ѹ чьстьни животворещи крьстѣ господьнь и ѹ светѹ богородицѹ дѣвою Марию и ѹ свето еваньгелие божие и ѹ .ТИI. светыхь ѡтьць иже вь Никеи и ѹ светыхь мѹченикь Власи, Димитрье и вьсе свете ѹгодивше богѹ ѡдь вѣка ѹ вѣчни мирѣ по старомѹ законѹ, а ѣ жѹпань Радославь семь вѣрьнь клетьвеникь господинѹ кралю ѹгрьскомѹ, а ѡть дьнишни дьнь напрѣдь противка моеи силѣ и с моими людьми да бѹдѹ дрьжань учинити рать кралѹ Ѹрошѹ и еговѣмь людемь, до колѣ вашь градь Дѹбровьникь ѹ рать стои (сь) кралемь Ѹрошемь и сь еговѣми людьми, а ѣ жѹпань Радославь и мои людье, кое имамь, и кое ћѹью имати, да спасемо и с(т)рѣжемо по морѹ и по сѹхѹ вьсе люди дѹбровьчьке ѹ тѣла ихь и добытькѣ ихь, гдѣ имаю силѹ имати; ако ли ѣ самь или мои люды бисьмо нѣчьто пакостили нѣкоемѹ Дѹ-

кровьчанинв или телв или добыткв ихь, ѣ жвпань Радославь да мв вьсе вракв, или да мв чинв кратити вьсе на пльно; ако ли не бихь могль чинити кратити то ωдь онѣхь, кои имь бихь пакостили, ѣ да имь то ωдь мене плакв. А ѣ с моими лвдьми, кое имамь, или вчив имѣти, бвдв дрьжань в клетвв и в мирѣ сь великимь господиномь Михаиломь царомь бвгарьскомь и сь его-вѣми лвдьми, до колѣ вчьне стоѣти сь нимь градь Двбровьникь, до колѣ царь стои в клетвѣ и в мирѣ з градомь Двбровьникомь. И ѣко ѣ чвю нѣкое зло на ваше кьнеце или на вашь градь, да вы ω томь в скорѣ дамь вѣдѣнье, а ни ѣ самь жвпаи Радославь ни мои лвдье да не придемо на вашь градь Двбровникь ни на ваше прѣдѣлѣхь сь вашими враги в никоере врѣме, и паче моимь лвдемь хоћв заповѣдѣти, да не придв на вась. Да кои дльгь бвде меѓв моими лвдьми, кои св или кои бвдв мои лвдье, и меѓв Двбровьчани, или да кои плѣнь се вчини в мирѣ меѓв нами и меѓв Двбровьчани, да се то исьправи сь правином по староме законв, кои есть меѓв Двбровьникомь градомь и меѓв княжьство хльмьско. И вьси Двбровьчане по вьсѣи моеи земли, кое си имамь, и кое ми да богь принети, да си свободно придв, да си стое и поидв спасено бесь пакости тѣла ихь и добытькь ихь, како си св били в старе дьни, и ѣко би была нѣкоѣ размета меѓв моимь жвпана Радослава и меѓв мое лвди и меѓв градь Двбровьникь, да се правиномь исьправи по старомв законв, кои есть меѓв градь Двбровьникь и меѓв княжство хльмьско, а ми(рь) да се не рвши. Си св властеле хльмьци, кои се клеше: господинь жвпань Радославь, Прибѣнь Ѕлошевикь, Воиславь Мрькотикь, Ѡбрадь Ивановикь, Семьюнь Бвлгаринь, Прѣдиславь Влькмирикь, Берько Радованикь, Мильтѣнь Хреликь, Богьдань Прькославикь, Богьдань Радоевикь, Десимирь Чрьнѣновикь, Годѣнь Вранимирикь, Продань Побреновикь, Хрела Радѣникь; Воиславь Радошевикь, сьтьникь имотьски, клель се за вьсе лвдие Радославле. Ако ли сье прѣствпимо, да ни богь сьпьие и света богородица и вьси свети аминь.

Miklosich Mon. Serb. 44—45 br. 45. — Šafařik Památky jihosl. list. 18. — Kukuljević Reg. br. 659.

489.

1254, 25. juna. U Dubrovniku.

Radi se o obećanom novcu za samostan svetoga Mihovila u Mrkanu, da ga općina dubrovačka plati.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis iunii, sexto die astante, coram subscriptis testibus domnus Michael de Mira abbas monasterii sancti Michaelis de Marcano et heres eius Maurus Petrus et Georgius ostenderunt cartam notarii que sic incipit: † Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo octauo decimo, mensis iulii tertio decimo die, dominus Johannes Dandolus comes et populus Ragusii in curia ordinata cum sonitu campane confessi sunt, quod comune Ragusii debet dare monasterio Marcane, quando poterit, uiginti octo perperos et cetera, prout in ipsa carta continetur. Et idem abbas cum prenominatis heredibus suis confessi sunt, quod de prenominatis uiginti octo perperis comune Ragusii liberauit eis nouem perperos. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule iuratus iudex et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

490.

1254, 28. jula. U Dubrovniku.

Dozvoljuje se nekim gradjanima da dovoze i izvoze žita koliko ih je volja.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis iulii, quarto die astante, indictione duodecima, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Andreas de Auro comes Ragusii cum consiliaris de paruo et magno consilio et nos populus Ragusii comitentes comittimus uobis namque nobili uiro Zamaro filio comissarii de Trano et dilectis nostris conciuibus Palme de Colane et Blasio Cerna, ut nomine nostro habeatis plenam potestatem concordandi uos cum baiulis regni Apulie uel cum aliis hominibus, ut possint mittere uel adducere frumentum ad nostram ciuitatem Ragusii, tantum uidelicet frumentum, quantum ipsi uoluerint ad uendendum in Ragusio, medietatem

hominibus Ragusii et aliam medietatem dicti frumenti habeant potestatem extrahendi uel portandi extra Ragusium et quocunque ipsi uoluerint. Et uos prenominati Palma et Blasi nomine comunis Ragusii habeatis plenam potestatem emendi duas galleas de Vigilia uel unam earum per nouem uncias de Tarento (?) pro una qualibet earum et dandum arras pro ipsis. Et hoc faciatis cum consilio hominum Ragusii mercatorum qui illic fuerint, si dicte gallee bone uidentur pro predicto pretio et tam uos insimul, quam duo, quam etiam unus de uobis in quocunque uestrum hec carta commissionis apparuerit, habeatis uel habeat hanc plenam potestatem in emptione predictarum gallearum uel gallee. De hac autem commisione uel potestate sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubesa Gundule, Michael Pezane, Dabraslauus Ranane, Johannes Peccurarii et Theodorus Bodatie iurati iudices et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et communis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

491.

1254, 11. jula. U Anagni.

Poslanica pape Inocenta IV. nadbiskupu zadarskomu, biskupu skradinskomu, te arhidjakonu ninskomu glede podložnosti Šibenika trogirskoj biskupiji.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Jadrensi, episcopo Scardonensi et dilecto filio archidiacono Nonensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobilitas venerabilis frater noster episcopus et dilecti filii capitulum Traguriense in Dalmatia petitione monstrarunt, quod licet castrum Sibenicense Traguriensi ecclesie, que cathedralis fuit a tempore cuius memoria non existit, sit lege diocesano subiectum et ecclesia ipsa in possessione huiusmodi subiectionis existat, tamen clerus et populus dicti castri hoc malitiose suppresso et nobis falso suggesto, quod sedem episcopalem hactenus habuissent. Quidquid idem clerus uellet sibi de episcopo prouidere, nostras ad venerabilem fratrem nostrum Spalatensem archiepiscopum loci metropolitanum sub certa forma litteras impetrasse dicantur, ut, si res taliter se haberet, facultatem eligendi episcopum eidem clero concederet, ac presentatam sibi electionem huiusmodi, prout ad eum pertinet, confirmaret et prefatus

archiepiscopus super hoc pretextu litterarum ipsarum procedere niteretur. Supradicti episcopus et capitulum rem suam agi conspicientes ac metuentes, sibi et Traguriensi ecclesie preiudicium exinde generari, petierunt humiliter ab eodem archiepiscopo, sibi fieri litterarum copiam earumdem. Sed quia idem copiam huiusmodi, quam nunquam habuerant, eis contra iusticiam facere denegauit, fuit pro parte ipsorum ad nostram audientiam appellatum et instanter petitum a nobis, ut graui dispendio, quod ex premissis sibi et eidem Traguriensi ecclesie imminet, occurere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis, qui fuerint euocandi et auditis hinc inde propositis causam huiusmodi, si de partium uoluntate processerit, infra tres menses a receptione presentium iudicio uel concordia terminare curetis facientes, quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, alioquin extunc causam ipsam instructam uel non instructam ad nostrum remittatis examen, prefixo partibus termino peremptorio conpetenti, quo per se uel procuratores idoneos sufficienter instructos cum omnibus rationibus et munimentis suis eandem causam contigentibus compareant coram nobis, facture ac recepture super premissis, quod ordo dictauerit rationis non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra terciam uel quartam extra suam diocesim pars altera auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem appellacione cessante cogatis ueritati testimonium perhibere, diem uero citationis et formam nobis per nostras litteras harum seriem contigentes studeatis fideliter intimare, quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Anagnie V. idus iulii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Pečata nema, ali se vide rupe za pečat. Bilješka neopravdana na ledjima, da je listina sumnjiva.

Lucius Mem. di Traù 75. — Farlati Ill. sacr. IV. 452. potpuno. Ib. III. 278. i IV. 218. fragment. — Fejér VII. 4. 108—10. — Potthast Reg. pontif. br. 15.432. — Kukuljević Reg. no. 660.

492.

1254, 18. jula. U Anagni.

Inocencije IV. papa javlja Filipu biskupu zagrebačkomu, da nema doći pred rimsku kuriju, izim ako bude specijalno pozvan od svete stolice.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri Philippo episcopo Zagabriensi salutem et apostolicam benedictionem. Tue devotionis inducimur meritis, ut personam tuam favore apostolico multipliciter prosequentes, specialem tibi gratiam faciamus. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si te ad instantiam alicuius per litteras apostolicas citari contigerit, quod compareas coram nobis, venire propter hoc ad apostolicam sedem nullatenus tenearis, nisi eedem littere de indulto huiusmodi plenam et expressam fecerint mentionem: presentibus post unum annum etc. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infrigere vel ei ausu temerario contraire. Datum Anagnie XV. kalendas augusti pontificatus nostri anno XII.

Theiner Mon. Hung. I. br. 436, str. 229. Iz reg. orig. an. XII. ep. 80. fol. 156. — Fejér Cod. dipl. IV. 2. 251. — Potthast Reg. pont. br. 15.463. — Kukuljević Reg. br. 622. i 662. (krivo datirano 18. oktobra).

493.

1254, 22. jula.

Inocencije IV. papa daje privilegij samostanu sv. Jakoba u Višnjici.

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati monasterii sancti Jacobi de Visniza, eius fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit esse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Quapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancti Jacobi de Visniza Ragusinae dioecesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum

et beati Benedicti regulam, in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, pro quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo primum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, vineas et terras, quas habetis prope idem monasterium in locis, qui Subrende Ver. . . . . . et Junchettum vulgariter nuncupantur, cum omnibus pertinentiis eorumdem. Domos quas habetis in civitate Ragusina cum omnibus pertinentiis eorumdem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus. . . . . et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus et sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas erigere, vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum posthac in monasterio vestro professo fas sit, sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere, nisi arctioris religionis obtentu. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, supressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdici. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiant episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosanctae romanae sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochie vestre nullus sine assensu dioecesani episcopi et vostro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum romanorum. Ad hec novitatibus indebitis exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusque personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum

vestrarum . . . . detinentur, redimendi et legitime liberandi, de omnibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent revocandi, libera sit de nostra permissione facultas. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, ac tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum maior pars consilii sanioris, secundum deum et beati Benedicti regulas provideant eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum solicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam sive furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea exemptiones, libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus, vel aliis fidelibus liberaliter vobis indultas apostolica auctoritate confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus possidere; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisque persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit et secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus.

Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Stephanus Prenestinus episcopus.

Ego Stephanus sancte Marie titulo presbyter cardinalis.

Ego frater Joannes titulo sancti Laurencii in Lucina presbyter cardinalis.

Ego frater Hugo titulo sancte Sabine presbyter cardinalis.

Ego Ricardus sancti Angeli diaconus cardinalis.

Ego Octavianus sancte Marie in via lata diaconus cardinalis.

Ego Joannes sancti Nicolai in Arce Tulliana diaconus cardinalis.

Ego Villelmus sancti Eustachii diaconus cardinalis.

Ego Ottobonus sancti Adriani diaconus cardinalis.

Datum Anagnie per manum Guillelmi Parmensis sancte romane ecclesie vicecancellarii, XI. kalendas augusti, indictione XII., incarnationis dominice anno 1254, pontificatus vero domini pape Innocentii IV. anno duodecimo.

Farlati Ill. sacrum. VI. 105—106. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. VII. 364—367. — Potthast Reg. pontif. br. 15.464. — Kukuljević Reg. no. 663.

494.

1254, 23. jula. U Dubrovniku.

Prisega kneza Andrije de Auro.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis iulii, nono die astante, indictione duodecima, die sancti Apolinaris pontificis et martiris. Nobilis uir dominus Andreas de Auro comes Ragusine ciuitatis uenit Ragusinum et altero die ordinata curia cum sonitu campane in ciuitate Ragusii. Inde dictus dominus Andreas iurauit regimen ciuitatis Ragusii in hunc modum *(Slijedi poznata prisega, onda svršuje)* Hii sunt testes Grubessa Gundule, Michael Pezane, Dabraslauus Ranane, Johannes Pecurarii et Theodorus Bodatie iurati iudices. Et ego presbyter Pascalis et comunis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis, compleui et roboraui.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Iznad listine rezana su pismena. Zbirka saec. XIII. — Bogošić Jireček Lib. statut. Ragusii p. LXIX donose cijelu prisegu doslovno.

495.

1254, 23. augusta.

Stjepan Uroš kralj srpski potvrdjuje povlasti Dubrovčanima, koje su i prije imali u njegovoj državi.

† Ꙗ Стефань Ѹрошь с помокню божиѡмь кралҍ вьсе срьбске земле и поморьске, ѡбѣтѹю се присьномѹ си кнезѹ дѹбровьчькомѹ Ꙁлатѹ Аньдрѣи и вьсѣмь властеломь дѹбровьчькии и вьсѣи ѡпкинѣ градьскои ѹ господа бога вседерьжитела и ѹ прѣчистѹю

его матерь и у свети и честни животворещи крьсть господьнь и у света божиꙗ еваньгелиꙗ и у вьсе свете богу угодньше ѡдь века, ꙗко земле и виноград, що сте дрьжали до умрьтиꙗ господина ми ѡтьца, да си ю дрьжите, а по тола що се наиде посагено виноградми или земле приемьше, да се судомь исьправи, да що судь каже кралевьству ми, буди кралевьству ми, а що вамь покаже, то вамь. Судь да стае ѡдь Михоилꙗ дьне до Гюрьгева дьне, куди ви буде требе. И судь да стае, где е и преге стоꙗль у дьни господина ми ѡтьца. Судьце обое да се кльну, ꙗко да право суде. Кумерька аке постави кралевьство ми, да стои у законе ѡтьчине ми. И ако се кое годе кривина учини мегю людми кралевьства ми и мегю люди вашими, да се судомь исьправьла. Коньска кралевьства ми где любо находи люди ваше или сь трьгомь или бесь трьга, да имь никоегаре зла не учини. Сь гради кралевьства ми да си живете у законе, како сте живли у дьни господина ми ѡтьца. И ако се ѡбрете чловекь земле кралевьства ми ѡсугень вашему чловеку, да му мое судьце издаю добитьке; ако ли му добитька не стече, а ѡни да подаю кривьца самога до урока, до коле судьце уреку; ако ли га судьце не исьдаде, да где ми правьда укаже узети те дьльгь, да га узме кралевьство ми, и да га постави, где га буде право поставити, и да ви дрьжи кралевьство ми у чти, како ви е дрьжаль господин ми ѡтьць, нь ако и ви начнете стоꙗти кралевьству ми, како сте стоꙗли господину ми ѡдьцу. И аке кто прибегне ѡть вась у землю кралевьству ми, да не исьпакости вамь ничто, стое у земли кралевьства ми. Трьжьници ваши да греду на Брьсково, и давьше десетькь ѡдь соли, и по тола да си греду кралевьства ми скрозе мою землю свободьно, а да ви се не узмле ничьто, и да греду сь велимь трьгомь на трьге кралевьства ми, емьше ѡдь кавада дори до свиль; а що е мала купла, да си ю продаю по земли кралевьства ми ходеке свободьно. А другому пришьдьшуму кь вамь кнезу кои тога кнеза, да стою вни кь вамь у снемь ѡбете, до коле ми и ви стоите у томь ѡбете, у что се сте ѡбекали кралевьству ми. Ꙗко хоке сие схранити кралевьство ми, тако да ме богь схрани у си вевь и у придущи. Вь лето .ЅѰЗВ. еньдиктиѡнь .ВІ., месеца агуста .КГ. утврьждено би сие мое ѡбетание преде арьхи(епи)скупомь и преде кнезомь Гюрьгем и преде жупань Стефань.

Стефань Ѹрошь с помокн божнѡвь краль всен рашькѣн землн н поморьске.

Н сне обеканне бьн господнна краліа прѣдь Мнхонломь Пѣженнкемь н прѣдь Петромь Матенкемь н прѣдь Андрѣемь Урѣкнкемь.

Miklosich Mon. Serb. 45—47. br. 66. — Kukuljević Reg. br. 665.

496.

1254, 31. augusta.[1] **U Ankoni.**

Tužba na Dubrovčane Sergija i njegove drugove radi opljačkanja broda kod Inganate otoka Mljeta.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, pontificatus domini Innocencii pape quarti, indictione duodecima, (in) ciuitate Ancona, die exeunte augusti. Nos Gufferoctus Guisingneli ciuitatis Ancone potestas super exhibita nobis peticione dilecti nostri ciuis Antoni Bonazunte, Johannis presbyteri plene deliberantes qui petebat, sibi licentiam exiberi per nos et comune Anconitanum nostrosque successores capiendi, reprehendendi et manutenendi de bonis et rebus hominum Ragusie usque ad quantitatem sedecim librarum et medie Anconitane pro rebus suis ablatis Bartholomeo Simonis, quos ipse Bartolomeus ab eo habuit in recomanditium in barcone siue naue Sergii de Ragusia, apud portum Inganatorum a pirratis sub prodictione et fraudulenta occasione, dolo et machinacione adhibita, a prenominato Sergio et sociis seu marinariis de Ragusia dicti barconis seu nauis prout allegabat, testibus esse probatum, cum comune Ragusie sit requisitum per ambaxatores et litteras comunis Anconitane, scilicet per dominos Stephanum Sirocti et Petrum Trasmundi, ut de rebus ablatis in dicta naue contra Sergium et socios siue marinarios occassione doli et fraudis predicte commisse ab eis faceret iustitie conplementum et hoc non potuerit. Unde uisa peticione premissa et relatione dictorum ambaxatorum diligenter audita in consilio generali quod retulerunt de his non potuisse habere

[1] Osim ove listine imade još deset doslovno istoga sadržaja radi štete učinjene desetorici gradjana Ankone. Razlika je samo u imenima osoba i u naznaci štete pojedinaca. U datumu idu od 26. augusta do 8. septembra. Ova raspra iza mnogih represalija svršena je mirom od 2. maja 1256., koji je učinjen u Ankoni, a štampan u Ljubića Listine I, str. 86. Original toga mira nalazi se u dubrovačkom arkivu, a nalaze se i potvrde o isplati mjeseca oktobra iste godine četvrtoga i šestoga.

aliquatenus rationes et uisis etiam testibus productis super dolo et fraude commissa a dicto Sergio et sociis siue marinariis uiso et tenore capituli comunis Anconitane et habita licentia consilii generalis, de lato insuper iuramento per Andream Thome, mandato nostri dicto Bartholomeo et ab eo prestito, qui iurauit corporaliter sibi ablatas fuisse in dicta naue sex petias fustaini et decem solidos Venetorum grossorum dicti Bonazunte, sibi ab eo reccomandatas et recepto et iuramento a dicto Bonazunta qui iurauit predicta ualuisse quantitatem sedecim libras et decem solidos Anconitanos superius nominatas. In perpetuum eidem Bonazunta recipienti pro se et suis heredibus licentiam et facultatem plenariam elargimus, ubilibet secundum tenorem capituli comunis Anconitane per nos nostrosque successores uoluntatę dicti consilii generalis nomine comunis Anconitane capiendi, reprehendendi, manutenendi de bonis et rebus hominum Ragusie usque ad plenam satisfactionem prenominate quantitatis sedecim libras et decem foleros Anconitanos et usque ad satisfactionem dampnorum et expensarum et interesse preteritorum et futurorum. Actum ante palatium filiorum quondam Tarabocti, ubi potestas pro comuni moratur, presente Pederecto Casate, Matheo Benvenuti, Bonaventura Compagnoni, Bonazunta Marzelini et Marcelino Thome Maltaliati.

(Signum notarii.) Ego Andreas Thome Burdoni auctoritate imperiali notarius hiis omnibus interfui rogatus et mandato dicti potestatis scripsi et publicaui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

497.

1254, 2. oktobra. U Gjuru.

Fratar Rembald prodaje s privolom kralja Bele biskupu zagrebačkomu Filipu zemlju sv. Martina kod Vaške.

Nos Bela de gracia rex Hungarie significamus omnibus presencium inspecturis: quod terram sancti Martini iuxta Waskam, quam Bartholomeus quondam Quinqueecclesiensis episcopus nobis requisitis et ex nostra donacione obtinuerat et habebat, frater Rembaldus nostro consensu habito et de nostra licencia, cum nec aliter facere potuisset, venerabili patri Philippo Zagrabiensi episcopo vendidit nomine ecclesie sue perpetuo possidendam et de nostra gracia permissione dictum episcopum in corporalem possessionem empcionis titulo introduxit. Quare precipimus iu-

dicibus vniuersis, quatenus dictum episcopum pro eo, quod dictam terram emerit, cum nullo commetaneorum suorum iudicare presumant, cum hoc fuerit ex nostra licencia et gracia speciali. Presertim cum longe ante propositum conferendi dictam terram habuissemus episcopo memorato. Datum Jaurini feria VI. post festum sancti Michaelis.

Liber privileg. eppatus. zagrab. list 7. i 49. — Koller Epp. Quing. eccles. II. 168. — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 2, 224. — Tkalčić Monum. episc. zagr. I. 101. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. 395. — Kukuljević Reg. no. 658.

498.

1254, 25. oktobra. U Spljetu.

Radi se o priznaji darovane zemlje pred sudom spljetskim.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, indictione tertia decima, die septimo exeunte octobri, regnante domino nostro Bela serenissimo rege Hungarie, temporibus domini Rogerii venerabilis archiepiscopi Spalatensis, Stephani illustris bani Sclauonie comitis, Dese Michaelis, Johannis Uitalis, Petri Cerneche iudicum. Cum inter nos archiepiscopum Rogerium et abbatem cum conuentu sancti Stephani questio uerteretur de quibusdam bonis relictis a Bycicha relicta Faze Scorobogat, tandem mediantibus bonis uiris uero concordiam inuenimus, sicut in cartis inuentis exinde confectis plenius continetur, uerum domna Draga filia Dracxin coram nobis assereret quandam cartulam circa dimidium starium seminis apud sanctum Andream et iuxta terram sancti Benedicti nomine donationis inter viuos sibi colatam per ipsam Bycicham, cum uiueret, pro bono seruicio eidem impenso et hoc quidem plenius per testes monstraret, ipsam terram eidem libere duximus dimittendam ad omnem suam uoluntatem . . . . . . faciendam tamquam de re sua et speciali et sine aliqua nostra contrarietate uel nostrorum successorum. Actum in palacio archiepiscopatus. Testes Matheus canonicus, Marinus Bonazunta et alii.

Ego Albertus Jancii examinator manum meam misi.

Ego Amicus capellanus comitis Spalatensis iuratus notarius his interfui et a mandato domini archiepiscopi rogatus scripsi et consueto signo roboraui.

(Signum notarii).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

499.

1254, 8. novembra. U Dubrovniku.

Dubrovčani zalažu svoje prihode, da namire kralja Uroša.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mensis nouembris octauo die intrante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Andreas de Auro comes Ragusii cum consiliaris de paruo et magno consilio et nos comune Ragusii pro bono statu et salute nostre ciuitatis Ragusii statutum facimus et laudamus, quod omnes homines Ragusii pro quolibet quingo uini, quod habuerunt in proximis preteritis uindemiis, soluant dimidium denarium grossum, uidelicet pro reparatione pacis regis Urossi. Item quod homines qui electi fuerint ad imprestandum imprestent duo millia perperorum et septingentos perperos et ipsi imprestatores habeant in pignus duanam comunis Ragusii et duanam Zubbaci(!) et beccariam comunis Ragusii. Et de reditibus seu introitibus prenominatarum duanarum comunis et Zubbarum et beccarie comunis Ragusii predicti imprestatores solutos sibi imprestito, quod imprestauerint de introitibus uel reditibus predictarum duanarum comunis et Zubbarum et beccarie comunis Ragusii reddant omnibus, qui de dicto uino pacauerint totum quod dederunt, sicut in eorum, quaternis scripti inuenientur, quum per imprestitum est datum hoc, et quod dominus comes teneat salem comunis Ragusii pro expendio comunis et omnes alios introitus comunis dominus comes teneat pro expendio comunis et si non sufficerent hec, idem dominus comes cum magno consilio habeat postestatem et licentiam ordinandi facere fieri arendaticum uel imprestitum, si necesse fuerit pro utilitate comunis Ragusii. Et si prenominatis imprestationibus denariorum et uini deficeret aliquid de prenominatis imprestitis, ipsi prenominati imprestatores a primo die proximi uenturi mensis decembris in antea teneant beccariam comunis et duanam comunis et introitus Zubbarum et salem et omnia bona et introitus comunis Ragusii dum iidem soluti erunt de prenominato imprestito denariorum et uini. Filippus autem Nycolai Mauresse uicarius comitis Ragusii per uoluntatem et per laudationem predicti domini comitis et comunis Ragusii super animam eiusdem domini comitis et comunis Ragusii et per sacramentum sancti euangelii affirmauit hec, ut sint firma. De hoc autem facto sunt quattuor carte similes, hec et alie tres. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes Bubbana Petri, Goyslavus Theodori Crosi, Andreas Zreue, Mathias Ba-

latie et Dimitrius Menze iurati iudices et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

500.

1254. 20. novembra. U Zadru.

Nadbiskup zadarski na papinu zapovijed sudi, da se Šibeničani pokore biskupu trogirskomu.

In nomine domini dei eterni. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, indictione XII., die XI. exeunte novembris, Jadre in ecclesia cathedrali sancte Anastasie, presentibus his testibus: scilicet domino Johanne Dalphino comite Jadrensi et domino Filipo Dona(t)o et domino Johanne Aurio consiliariis ipsius domini comitis et domino Simeone Gerardo qui fuit de Venetiis et domino Nicolao Fuscarino de Venetiis et domino comite Scinella de Veglia et domino Cosa Saladini et domino Preste de Matafarro et domino Andrea de Cotopania et domino Rainerio filio Varicasi et domino Cosa filio Petrogne et domino Paulo de Lampredio et domino Candi filio Ranei et domino Georgio de Vegla et domino Gregorio filio comitis Elie et domino Lonpre Nicole et domino Grisogono de Mauro et domino Micha filio domini Formini et domino Damiano filio Cerne de Carbone et Vulcinna filio Pelegrini Engenani civibus Jadrensibus et domino Dessa sacrista sancte Anastasie et domino Stepe canonico eiusdem ecclesie et aliis. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Laurentius miseratione divina Jadrensis archiepiscopus domini pape receptis litteris in hanc formam.

(Slijedi original bule Inocencija IV. od g. 1254. 21. aprila.)

Prefatum archipresbyterum et quosdam alios ecclesie sancti Jacobi de Sybinico, scilicet Tolcum et Rodinem et Johanem de Viaco presbyteros et Stricum diaconem suo et ecclesie sue nomine iusta(!) traditam nobis formam legitime et peremptorie citavimus coram nobis; quod comparentes in iudicio personaliter in termino constituto et petitioni seu libello adverse partis iamdudum eis transmisso per litteras nostras citatorias porrecto, postmodum et accepto in iudicio coram nobis per advocatum suum de assensu eorundem expresso directe et legitime respondentis quibusdam frivolis exceptionibus interiectis, quas de consilio

sapientum non admisimus et excommunicationis exceptione contra episcopum Traguriensem tantum verbotenus opposita, sed non probata, ad cuiusdam appellationis frustatorie diffugium contumaciter convolarunt. Tenor autem ipsius petitionis talis est. Ego magister Georgius canonicus Traguriensis, sindicus, actor et procurator domini Treguani dei gratia episcopi Traguriensis sindicario, actorio, procuratorio nomine ipsius peto a vobis domino L(aurentio) miseratione divina Jadrensi archiepiscopo, domini pape iudice delegato, quod compellatis Stanimirum archipresbyterum et Tolcum et Rodinem, Johannem de Viaco presbyteros et Stricum diaconem et ceteros clericos de Sybinico inviolabiliter observare sententiam excommunicationis, quam dictus episcopus Tragurii in eos auctoritate ordinaria exigente iustitia promulgavit pro eo, quod decimas et iura episcopalia, videlicet obedientiam, subiectionem et reverentiam, institutionem et destitutionem, correptionem et reformationem, ac censuram ecclesiasticam sacramentorum omnium, que ab episcopo recipienda sunt, collationem, venire ad synodum, visitationem quoque annuam et quedam alia sibi debita contra iustitiam subtrahebant et diligenter moniti de his sibi satisfacere non curabant, et quod faciatis eandem sententiam robur firmitatis debitum obtinere. Item quod auctoritate qua fungimur compellatis supradictos archipresbyterum, clericos solvere integraliter decimas subtractas et non solutas de duobus annis preteritis et anni presentis et alia iura episcopalia subtracta et eidem episcopo debita de duobus annis preteritis et anni presentis reditus, quarum decimarum et iurium de supradictis annis facio ducentas et quinquaginta libras, in quibus reditibus et iuribus praedictum episcopum Traguriensem spoliarunt, quare peto restitutionem de ipsis et predictos archipresbyterum et clericos Sybinicenses in predictis ducentis libris condempnare. Item peto in omnibus supradictis et petitis predictos archipresbyterum et ceteros presbyteros et clericos de Sybinico Traguriensis diocesis et in expensis, quas fecit seu facturus est supradictus episcopus Tragurii occasione decimarum et aliorum iurium sibi subtractorum, et quas fecit et facturus est pro supradictis decimis et iuribus exigendis et in expensis, quas fecit et faciet in causa ista, seu propter causam istam condempnari. Item eodem modo procuratorio nomine supradicti episcopi et ipse episcopus Tragurii peto iuxta traditam vobis formam, quod puniatis pena canonica Stanimirum archipresbyterum de Sybinico, Rodinem et Tolcum et Johannem de Viaco presbyteros et Stricum diaconum, qui celebraverunt divina post sententiam excommunicationis in eos latam a dicto episcopo Tragurii in animarum suarum periculum scandalum plurimorum, ipsius episcopi preiudicium et ecclesiastice discipline contemptum et adhuc celebrare etiam non desistunt; hoc est, ut

ipsos ab omni officio et beneficio ecclesiastico propter irregularitatem sic contractam sententialiter deponatis, salvo iure addendi vel minuendi. Super qua petitione lite legitime contestata et exacto iuramento de veritate dicenda, volentes in spiritu humilitatis eorum contumaciam superare, mandavimus archipresbytero et aliis omnibus clericis antedictis, ut quia eorum appellatio non tenebat, deberent accedere coram nobis in persona, vel dicta testium sicut eis placeret, quos pars altera ad probandum petita in libello introducere intendebat, secundum iuris ordinem obiecturi; quod cum non per se, vel per responsalem aliquem in termino et post terminum diutius expectati in iudicio comparuerint, testes super petitis recipi mandavimus et recepimus et examinavimus, aperuimus et publicavimus sollemniter iustitia exigente. Testibus igitur diligenter examinatis, cum ea diligentia et cautela, que solet et debet in talibus adhiberi et attestationibus sollemniter publicatis, rationibus et allegationibus diligenter auditis, visis etiam litteris papalibus, privilegiis, ac instrumentis pluribus super hoc iamdudum confectis super premissis deliberatione diu habita diligenter, termino etiam hodie peremtorio constituto ad sententiam proferendam. Quia nobis manifeste constat tam per premissa, quam etiam forma publica et notoria deferente, castrum et ecclesiam Sybinici a tempore, cuius non extat memoria, fuisse ac fore de diocesi Traguriensi subfuisse ac debere subesse Traguriensi episcopo tanquam suo diocesano. Communicato consilio sapientum, dicimus et sententialiter in scriptis pronunciamus auctoritate nobis tradita et concessa, partis adverse contumacia non obstante, cuius absentia dei repleatur presentia, castrum et ecclesiam Sybinicensem fuisse, ac esse debere de diocesi seu territorio Traguriensis episcopatus et episcopo Traguriensi ac ecclesie sue tanquam matrici et capiti in omnibus iuribus episcopalibus, tam ad legem diocesanam, quam ad legem iurisdictionis spectantibus, scilicet in obedientia, subiectione, ac reverentia, institutione ac destitutione archipresbyteri et aliorum clericorum de Sybinico, correctione, reformatione, ac censura ecclesiastica ac sacramentorum omnium, que ab episcopo sunt recipienda, collatione, venire ad synodum, uisitatione quoque annua et quorundam exenniorum prestatione, que in nativitate domini et in resurrectione dominica ab antiquo solita sunt prestari, sicut in instrumento transactionis facte inter dictum episcopum Tragurii ex una parte et S(tanimirum) archipresbyterum et ceteros clericos Sybinici ex altera plenius dicitur contineri et roborato auctoritate capituli Spalatensis ecclesie metropolitane. Et insuper auctoritate domini pape dicta transactione etiam confirmata, legitime subiacere et rationabiliter respondere, ad restitutionem tam prefatarum decimarum, que fuerunt et sunt ducente et quinquaginta libre, quam iurium omnium aliorum corporalium

et incorporalium Traguriensi episcopo et ecclesie sue per dictos archipresbyterum et Sybenicenses presbyteros et clericos ceteros subtractorum, seu etiam expensarum hac occasione in presenti lite factarum, videlicet octingentarum librarum, de quibus iudiciali taxatione prehabita, pars altera fecit fidem in iudicio coram nobis, sepe dictos archipresbyterum et presbyteros, ac ceteros clericos de Sybinico suo sueque ecclesie nomine magistro Georgio sindico et procuratori Traguriensis episcopi procuratorio nomine et ipsi episcopo, sueque ecclesie nomine sententialiter et in perpetuum condemnantes. Et ut de cetero in futurum prestent omnia supradicta et singula dicto episcopo Traguriensi et sue ecclesie, supradictos S(tanimirum) archipresbyterum et presbyteros et ceteros clericos de Sybinico suo sueque ecclesie nomine nihilominus condemnamus de dictis ducentis et quinquaginta libris nomine decimarum et octingentis libris nomine expensarum, ad solvendum unius mensis spatium terminum assignantes. Et quia nobis manifeste constat, quod Traguriensis episcopus propter iura decimarum et alia iura episcopalia per dictos archipresbyterum, sacerdotes et clericos de Sybinico indebite sibi subtracta premissis legitimis admonitionibus iuxta formam concilii generalis ipsos excommunicationis vinculo innodavit, prefatam sententiam auctoritate apostolica confirmantes, ne de sua contumacia valeant gloriari, quia humilitas nil prodesse humilibus videretur, si contemptus contumacibus non obesset, Stanimirum archipresbyterum Tolcum et Rodinem, et Johannem de Viaco presbyteros et Stricum diaconum, qui postmodum sententia huiusmodi dampnabiliter vilipensa divina celebrare, imo, quantum in eis est potius prophanare presumunt et iam diutius presumpserunt in animarum suarum periculum, plurimorum scandalum, et ecclesiastice discipline contemptum, ab omni officio et beneficio ecclesiastico iuxta canonicas sententias duximus sententialiter deponendos.

Ego Candi de Ragno examinator manum meam misi.

Ego Prodanus sancte Anastasie primicerius et Jadrensis notarius huic sententie audiende rogatus interfui, signoque meo, mandato domini Jadrensis archiepiscopi roboravi etiam et subscripsi.

Ego Arnalindus filius quondam Alberti sartoris de Padua sacri palatii notarius his omnibus interfui et de mandato sepedicti domini archiepiscopi hec omnia scripsi et signo proprio et consueto roborans hanc paginam ad maiorem cautelam eam archiepiscopatus sigilli charactere communivi.

Original u ark. kaptola u Trogiru a. 1254. no. 9. Na listini visi o svilenoj vrvci zelene boje dobro sačuvani dugoljast pečat.

Farlati Illyr. sac. IV. 344—5. — Wenzel Cod. dipl. Arp. cont. XI. 396—401. — Kukuljević Reg. no. 671.

501.

1254.

Kaptol zagrebački i sinovi Martinovi pomiriše se pred Stjepanom prepozitom glogovničkih Templara radi nekih medjaša kod Varaždinskih Toplica.

Nos Stephanus diuina miseracione prepositus sancti sepulchri de Glagonicha et canonicus ecclesie Iherosolimitane notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod accedens ad nostram presenciam ab una parte procurator ecclesie Zagrabiensis, Moyg scilicet curialis comes eiusdem ecclesie de Toplica pro dominis suis et ab altera filii Martini, Gregorius scilicet et Martinus et consanguineus eorundem Bhot nomine pro se et omni eorum generacione confessi sunt: quod cum inter capitulum Zagrabiense et Gregorium ac fratrem suum et consanguineos altercacio super quadam parte terre Toplicensis diu perdurasset, tandem composicione intercedente perducti fuissent ad pacis unionem et consensissent in metas subantiquas, perempta qualibet reuocaminis facultate. Prima meta incipit ab oriente in arbore bik, de qua protendit in semita et uenit ad magnam uiam que uenit de predio Gregorii, nomine Jelscich, habens ibi metam in arbore bik, in eadem uia uertitur ad meridiem habens a septemtrione terram Gregorii, a meridie terram capituli et uenit ad caput montis Cobulaznus, habens ibi unam metam terream et alteram in arboribus cerasi et gertan, de capite Cobulaznus procedit in uia antiqua et uenit ad magnam uiam, que ducit ad domum Gregorii, habens ibi duas metas in arboribus harazt, in ipsa magna uia procedit uersus septemtrionem et ascendit collem unum, habens ibi duas metas in arboribus harazt; inde flectitur ad occidentem ad iactum baculi, habens unam metam in arbore berekyna, alteram in bik, inde flectens quasi ad septemtrionem, descendit sub uinea et uenit ad metam, que est in arbore cerasi, deinde uenit iterum ad cerasum, postea descendit ad pirum, deinde in riuum unum, quem transiens habet in margine metam terream sub arbore gertan, inde transit uiam unam uersus occidentem et ascendit in parva ualle una ad metam que est in arbore gertan, deinde ascendit ad metam que est sub arbore berekyna, deinde uenit in semitam unam et in eadem semita uadit uersus occidentem et uenit ad magnam uiam ittewen que ducit ad Worosd, ibique in metarum binario terminatur. Et ne dictus Gregorius uel frater suus aut consanguinei uel ipsorum successores capitulum Zagrabiense super distinctione terre predicte uiam habeant infestandi, omnes litteras quas dictus Gregorius et sui super

eodem facto contra capitulum proferent in lucem, cassatas esse auctoritate presencium uoluerunt, uel exhibite uires non habeant et in nichilum redigantur. Renunciauerunt dictus Gregorius et frater suus et Bhot pro se et omnibus suis consanguineis omni iuri et accioni, quam habebant uel habere poterant super metis terre superius nominate. In cuius rei testimonium presentes litteras ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnacione domini MCC quinquagesimo quarto.

Iz prijepisa Nikole preposita ostrogonskoga od g. 1341. U arkivu kapt. fasc. 52. br. 9. Na zeleno-crvenoj vrvci polomljen pečat. — Tkalčić Monum. episc. zagr. I. 102. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 403—404. — Kukuljević Reg. no. 672.

502.

1254. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Farkaš sin Isov zemlju svoju Šebnica zvanu Junku sinu Isakovu za pedeset maraka.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod constitutis coram nobis ab una parte Farcasio filio Isov et ab altera Jwnk filio Isaac, idem Farcasius confessus est, se totam terram partis sue hereditarie in Schebnicha, secundum quod sub uno communi giro metarum terris generacionis sue est intermixta, uendidisse predicto Jwnk perpetuo possidendam pro quinquaginta marcis, quas se dixit ab eodem plenarie recepisse. Eadem protestacionis hora astitit Georgius comes frater predicti Jwnk et omnes sui consanguinei, uidelicet Obulganus filius Obulgani, Gregorius et Iwan filii Herceg, Itemerius filius Inosu, Chala filius Pertolth, Jwanka filius Sceguch, Stephanus et Ditricus filii Dytk rite factam fuisse uendicionem unanimiter asserentes et sine contradiccione qualibet admittentes. In cuius rei testimonium presentes litteras ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnacione domini millesimo CC⁰ quinquagesimo quarto.

Original u arkivu jugosl. akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1254. Vrvca i pečat su otpali.

503.

1254—1255. U Spljetu.

Splječani pišu Dubrovčanima radi razmirica izmedju oba grada.

Nobilibus et discretis viris domino Andree de Aureo comiti, iudicibus et comunitati Ragusii, iudices, consiliarii et tota comunitas Spalatensis salutem et quicquid possunt seruitii et honoris. Nobiles et prouidentes viros P. de Dobro et P. de Bunda ciues et ambaxatores uestros eo quo decuit honore recepimus et ipsorum uerba intelleximus. Diligenter proposuerunt iidem ex parte uestra primo in speciali et postmodum in generali consilio coram (nobis) . . . . . uestre . . . . . uoluntatis in loco statuto ad colloqium nobiscum uenire, si nobis placeret, ut omnis scandali materia inter uestram et nostram ci(uitatem) sine debito terminaretur. Placuit autem nobis diligenti habita deliberatione super premissis uobis domino comiti precipue et uestre comunitati . . . . . per presentium seriem litterarum aliquid (?) intimare. Uerum quidem est, quod cum ciuibus Ragusinis sumus speciali priuilegio propinquitatis affinitatis . . . . . is comercii propterque ciuitatem Ragusinam diligere tenemur cordis et cum puritate, quod quidem operibus demonstrauimus cum P(etrum) de Boleslaua bone (memorie) comitem propter honorem ciuitatis Ragusii in nostrum elegimus rectorem et dominum. Et si accidit, quod in fine sui regiminis non perceperit . . . . . sui salarii solutionem a nobis hoc minime nobis est imputandum, sed potius sibi, quia cum fuit in statu sui regiminis in nostra ciuitate et plenam potuit recipere solutionem de suo salario, sicut alie nostre potestates fecerant, quas dudum habuimus . . . . solicitus de rerum nostro ciui . . . . bone memorie a . . . . . per ciues uestros iure pignoris et . . . . . istam solutionem usque nunc comunitas tenet Ragusii; et cum pro ipsius rerum residuo recipiendo pluries nostros ambaxatores Ragusium misissemus, nullam satisfactionem inde habere potuimus. Quando uobiscum ad colloquium uenire nullatenus possumus cum nostre ciuitatis honore, cum comunitas Ragusii preteritas res ultra ipsam sortem sine iuris ordine palam teneat, sed petimus, quod dictas res quas uestra comunitas tenet et in se habet, nostris ciuibus heredibus memorati Petri Jacobi dampnum passis restitui faciatis. Postea demum uero ad colloquium uobiscum in loco statuto ueniemus, si uestre placuerit uoluntati, ut intra utramque partem (ra)tio de dubiis cognoscatur. Et si placebit, quod inter utramque partem omnes iudices eligantur qui causam hanc inde audire debeant et terminare, de hoc sequemur uestre arbitrium uoluntatis, alioquin noueritis, quod

sustinere non possimus nec debemus quin nostris ciuibus dampnum passis licentiam conferamus pignorandi.

Original u dubrovačkom arkivu pregibom oštećen; na ledjima ima adresa: Viris nobilibus domino A. de Auro comiti . . iudicibus et comunitati Ragusii. Zbirka saec. XIII.

504.

1254.—1256.

Dubrovčani prisižu, da će čuvati mir sa Stjepanom Urošom srpskim.

✝ Ꙗ кнезь дȣбровьчски Аньдрѣи Ꙃлать и вси властеле дȣбровьчсци и вса ѡбкина градьска ѡдь мала до велиꙗ кльнемо се господинȣ кралю Ȣрошȣ ȣ господа бога вседрьжителꙗ и ȣ прѣчистѫю его матерь и ȣ светы и животворещи крьсть господьнь и ȣ света божиꙗ еваньгелиꙗ и ȣ все свете богȣ ȣгодивьше ѡдь вѣка сь правовь вѣровь, чистѣмь (срьдьцемь), безь всакога пропадьства, ꙗкоре ѡдь дьньшнега дьне да имамо кралевьствȣ ти всакȣ почьсть господьскȣ, ꙗкоре е была господинȣ ни дѣдȣ ти и ѡтьцȣ ти, и что е гь непочти твоіеи, всега тога да се варȣемо. Ꙃемлȣ коіѫ сȣдь покаже кралевьствȣ ти, да нѣмамо за нѭ печали, ни да е садимо безь твоега повелѣниꙗ; и кои се виногради присȣдѣ кь тебѣ, вино тога лѣта да си е ȣзмешь. И ако се згоди тебѣ коꙗ печаль, и бȣде ти прити ȣ нашь градь или госпогини кралици или твоимь властеломь или твоимь людемь, кои бȣдȣ вѣрни кралевьствȣ ти, да те примемо, и ȣ то врѣмѣ да не ȣспоменемо никоегаре дльга никоимьре ȣзрокомь; и да приꙗмо тебѣ ꙗко и сами себѣ. Жито и вино, кое се начне продавати ȣ градѣ, да се не подражи твоихъ ради люди, нь да се продае ꙗко нашимь людемь тако и твоимь. И бе-с-ȣда ѡбькега да не ȣчинимо никоегаре бесьправьдыꙗ чловѣкȣ земле твое, и бе-с-ȣдьце кралевьства ти да не сȣдимо чловѣкȣ земле твое. Челꙗдь земле кралевьства ти, коіѫ смо плѣновали, и ꙗсть ȣ нась, до пришьствиꙗ твога кь намь да ю подамо. И аке кога грагꙗнина ѡсȣди ѡбькы сȣдь, да подаемо еговь добытькь; аке ли мȣ добытка не стече, а мы самога кривца да даемо своѡвь главовь, до колѣ сȣдьце ȣговоре, да се плати; не плати ли се до ȣрока, да по тола да е ѡстало на волы кралевьства ти. И аке кто прибегне

ѡдь гнѣва кралевьства ти ꙋ градь нашь, да ꙋ нась стое никоегаре зла да не име ꙋчинити земли кралевьства ти. Кꙋмерька да дрьжимо кралевьства ти ꙋ законѣ господина ни ѡтьца ти. И сь кꙋплокь ако се кто наиде ѡдь наших ꙋловѣкь ходе по земли кралевьства ти свѣнь трьгь, с коѡв ни нѣ рекло ходити кралевьство ти, да ꙋто бꙋде хтѣние ꙋꙋинити ѡдь ных, то да ꙋꙋини, и аке кои годѣ кнезь приходи к намь, кынꙋ да стоимо ꙋ снемь ѡбѣтѣ, ꙋ кои се смо клели кралевьствꙋ ти. И сие все како хокемо схранити кралевьствꙋ ти, тако да ни не ꙋбые богь и мати божиꙗ и вси свети.

Na hrptu:

»Capitulare comitis et communis Ragusii cum rege Vrossio.«

Miklosich Mon. Serb. 47—48, br. 47. — Kukuljević Reg. br. 673.

505.

1254—1261.

Aleksandar IV. papa daje samostanu koludrica sv. Nikole reda svetoga Damjana pravila, kojih se imade držati.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiabus . . . . abbatisse et conuentui monialium inclusarum monasterii sancti Nicolai Jadrensis ordinis sancti Damiani salutem et apostolicam benedictionem. Quum omnis uera religio et uite institutio aprobata certis constat religiosis et mensuris certis constat et legibus discipline, quisquis religiosam ducere uitam cupit, nisi certam atque rectam conuersationis sue regulam disciplinamque uiuendi obseruare studuerit diligenter, eo ipso a ratitudine deuiat, quo rectitudinis lineas obseruat et ibi deficiendi incurerit periculum, ubi per discretionis uirtutem certum ac stabile proficiendi collocare neglexerit fundamentum. Quapropter, dilecte in Christo filie, quia uobis diuina gratia inspirante per arduam uitam et artam que ducit ad uitam incedere et uitam pauperem ducere pro eternis lucrandis diuiciis elegistis, religionis ipsius obseruanciam atque formam adiustam, felicis recordationis Gregorii pape, predecessoris nostri, uobis duximus breuiter describendum, ut sciat unaqueque uestrum, quid agere, quidue etiam debeat deuitare, ne forte de ignorancia aliqua se excusans prohibita et inconcessa periculose presumat uel subripiente desidia detestabili ac corpore iussa periculosius negligat et contempnat. Quocirca uobis

omnibus et singulis in uirtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus formam ipsam, quam uobis dirigimus, plene in consequentibus annotatam humiliter et deuote recipere ac inuiolabiliter, de cetero studeatis uos et post uos omnes future perpetuis temporibus obseruare. Verum ut ad exemplum et imitationem earum, que sine querela domino seruierunt et sancte conuersationis initium felicis perseuerancie exitu felicissimo consumarunt, uite uestre religio in Christo constructa pariter fundata in templum (sanctum), scilicet in domino crescere et ad superne uocationis premium sanctorum sequendo uestigia possit recto cursu feliciter peruenire, regulam beatissimi Benedicti in qua uirtutum perfectio et summa discretio noscitur instituta, que et a sanctis patribus a principio deuote suscepta est et ab ecclesia romana uenerabiliter aprobata, uobis tradimus obseruandam in omnibus, in quibus eidem uiuendi formule a prefato predecessore tradite, cum adhuc esset in minori officio constitutus, contraria minime aprobatur. Omnes itaque, que seculi uanitate relicta pariter et contempta, religionem nostram assumere uoluerint et tenere, hanc eas legem uite et discipline feruenter oportet et conuenit obseruare. Omni namque tempore ipse uite sue clause manere debent et postquam claustrum huiusmodi religionis intrauerint, atque regularem habitum assumentes, nulla eis concedatur licencia uel facultas inde ulterius exeundi, nisi forte causa plantandi uel edificandi eandem religionem, ad aliquem locum alique transmitantur. Morientes uero tam domine quam etiam seruientes que professe fuerint, infra claustrum, prout conuenit, tumulentur. Omnibus autem hanc religionem sumere cupientibus et que fuerint admittende, priusquam habitum mutent, assumant, dura eis et aspera proponantur, per que itur ad deum et que secundum hanc religionem necesse habuerint firmiter obseruare, ne de ignorancia postea se excusent. Non recipiatur aliqua, que uel longiori etate uel infirmitate aliqua seu fatua simplicitate ad huius uite obseruanciam minus sufficiens et idonea conprobetur. Per tales enim status et uigor religionis sepius disoluitur et turbatur. Vnde in personis recipiendis diligenti studio et cautela huiusmodi debet occasio deuitari, etiamsi cum aliqua aliquando causa rationabili exigente alicubi forte fuerit dispensandum. Omnes uero ex more intra claustrum recepte, si etatis intelligibilis fuerint, citius deponant habitum secularem et infra paucos dies professionem faciant abbatisse, quod etiam de seruientibus firmiter obseruetur. De diuino uero officio tam in die quam in nocte domino persoluendo hoc obseruetur, ut hee, que psalmos et legere nouerint, officium faciant regulare. Quod si etiam canere sciunt, liceat eis horis conpetentibus canendo officium dicere et uniuersorum dominum collaudare cum summa tamen grauitate et modestia, cum humilitate

et multa deuotione, ut ad salutem edificari ualeant audientes. Que autem psalmos nesciunt, orationem dominicam in suis horis secundum morem suo deuote studeant persoluere creatori. Quod si iuuencule alique uel etiam grandiores capacis ingenii et humiles fuerint, si abbatisse uisum fuerit, faciat eas literas edoceri, magistram eis deputans ydoneam et discretam. Silentium uero continuum sic continue ab omnibus teneatur, ut nec sibi inuicem nec alicui alii sine licencia eis loqui liceat, exeptis hiis, quibus magisterium aliquod uel opus iniunctum fuerit, quod non possit congrue cum silentio exerceri. Hiis quidem liceat simul loqui de hiis, que ad officium uel opus suum pertinent, ubi, quando et qualiter uisum fuerit abbatisse. Sane quando aliqua persona religiosa seu secularis uel cuiuslibet dignitatis loqui pecierit alicui dominarum, nuncietur primitus abbatisse et, si ipsa concesserit, accedens ad locutorium duas alias adminus habeat semper secum, quibus iusserit abbatissa, que ea que sibi dicta fuerint uel ipsa alii dixerit, audient uniuersa, hoc namque firmiter obseruetur ab omnibus, sanis pariter et infirmis, ut nec inter se nec cum aliquibus aliis minus quam tres simul loquantur, preter illas, sicut supradictum est, que diuersis officiis et operibus deputantur et preter hoc, quando silicet uel de confessione sacerdotis uel cum uisitatore de communi statu et regulari obseruancia discipline secreto fuerit aliqua locutura. Quod tamen nunquam fiat, nisi ad minus duabus non longe sedentibus, que confitentes uel loquentes bene uideant et ab ipsis pariter uideantur. Hanc autem loquendi legem et ipsa abbatissa diligenter custodiat, ut omnis omnino materia detractionis omnibus auferatur, excepto quod cum sororibus suis de hiis, que ad rem pertinent, horis conpetentibus loqui potest publice et priuatim, sicut uisum fuerit expedire. Jeiunandi autem huiusmodi obseruancia teneatur, ut omni tempore ieiunent cottidie quarta quidem et sexta feria extra quadragesimam a pulmento et uino pariter abstinentes, nisi precipuum festum alicuius sancti in eis occurrerit celebrandum, in quibus diebus quarta silicet (!) et sexta feria, si poma aut fructus uel herbe crude affuerint, reficiendis sororibus apponantur. In quadragesima uero maiori quatuor diebus, in XL. autem sancti Martini tribus diebus in ebdomada in pane et aqua ieiunent et in omnibus uigiliis solempnibus, si de earum fuerit uoluntate. Hanc autem ieiunii et abstinencie legem adolescentule uel anus et omnino corpore inbecilles ac debiles obseruare minime permittantur, sed secundum earum inbecillitatem tam in cibariis quam in ieiuniis cum eis misericorditer dispensetur. De infirmis uero cura et diligencia maxima adhibeatur et secundum quod possibile fuerit et decuerit tam in cibariis, que earum requirit infirmitas, quam in aliis etiam necessariis in feruore caritatis benigne ac solicite eis per omnia seruiatur. Que infirme proprium habeant

locum, si unquam fieri potest, ubi a sanis maneant separate, ne illarum ordinem et quietem confundere ualeant uel turbare. Ille uero, que non multum graui infirmitate laborant, in saccis cum palea maneant et iaceant et habeant ad capud (!) capitale cum plumma. Que autem grauiter infirmantur, in cultris iaceant, si congrue potuerint inuenire, sed et omnes infirme pedules habeant laneos et si potest fieri soleatos, quos cum necesse eis fuerit in pedibus portent atque habeant atque portent. De indumentis autem hoc obseruetur, ut unaqueque duas tunicas habeat et mantellum preter cilicium uel stamineam, si habuerint, siue saccum super tabulas ligneas iaceant storia uel panno lineo superstrato cum aliquantulo feni uel palee, si uoluerint et uisum fuerit abbatisse uel huiusmodi aliquo alio, quod earum religionem deceat et pro loco potuerit inueniri habentes ad capud cernicalia plena palęa siue feno, habeant et coopertoria lanea siue cultras, si lanea habere nequierint. Congruenter capillos suos tondeant in rotundum, nec aliqua de cetero tondeatur nisi euidenti infirmitate corporis exigente. De ingressu personarum monasterium firmiter ac districte precipimus, ut nulla unquam abbatissa uel eius sorores aliquam personam religiosam seu secularem, aut cuiuslibet dignitatis in monasterium intrare permittant, nec omnino hec alicui liceat, nisi cui et de quibus concessum a summo pontifice fuerit uel ab illo, cui solicitudinem et curam specialem dominus papa duxerit iniungendam. Nam hoc a uobis sollicite procuretur, ut cum cardinalis uel episcopus ecclesie romane, qui uobis specialiter fuerit deputatus, ex hac uita migrauerit, alium semper a domino papa de ipsis suis fratribus postuletis, ad quem, cum necesse habueritis, per uisitatorem uel nuncium proprium specialiter recurrere debeatis. Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege illi, quos pro aliquo opere necessario exercendo necessitas exegerit introire. Sed et si quis de cardinalibus ad aliquod monasterium huiusmodi religionis aliquando uenerit et in illud uoluerit ingredi, cum reuerencia quidem et deuotione suscipiatur sed rogetur, ut cum uno uel duobus honestioribus quidem sociis debeat introire. Alius autem prelatus, cui aliquando forte intrare licuerit, uno tamen religioso atque honesto socio sit contentus. Quod si forte pro benedictione abbatisse, uel pro aliqua sorore consecranda in monialem, uel alio etiam modo concessum alicui episcopo fuerit missam interius aliquando celebrare, cum paucioribus et honestioribus quantum potuerit contentus sit sociis et ministris, et hoc quoque ipsum rarius alicui concedatur. Nulla tamen omnino loquatur cum aliquo nisi predicto modo, siue infirma fuerit siue sana. Illud sane precipue caueatur, ut hii, quibus aliquando fuerit concedendum in monasterium ingredi, tales sint de quorum uerbis et moribus nec non uita et habitu edificari ualeant intuentes et materia iusti scandali exinde nequeat gene-

rari. Ubi proprius fuerit capellanus, habitu et uita religiosus sit ac bone fame, nec multum iuuenis, sed ydonee sit etatis. Qui capellanus, cum aliqua sororum graui corporis infirmitate detenta uisa fuerit tendere ad extrema et necesse habuerit confiteri uel dominici corporis accipere sacramenta, alba, stola et manipulo ingrediatur indutus et audita confessione uel dominici corporis tradito sacramento, sic indutus, ut ingressus est, exeat, nec moram ibi faciat longiorem. Sic se etiam habeat in anime conmendatione. Porro ad exequias circa sepulturam agendas non ingrediatur in claustrum, sed exterius in capella, quod ad illud officium pertinet, exequatur, tamen, si abbatisse uisum fuerit, quod ad exequias debeat introire, modo supradicto indutus iniret et sepulta mortua exeat sine mora. Si autem necesse fuerit, ut ad fodiendam uel aperiendam sepulturam seu terre postmodum coaptandam ingrediatur, sit ei uel alicui alii ad hoc ydoneo et honesto licitum introire. De reliquo uero monasterium ingredi non presumat. Sed cum aliqua sibi de confessione loqui uoluerit, per locutorium eam audiat et per illud eidem ipse loquatur. Per cratem aut ferream, per quam communionem accipiunt uel officium audiunt, nemo loquatur, nisi forte aliquando causa rationabili uel necessaria exigente alicui fuerit concedendum. Quod cum rarissime fiat, quibus cratibus ferreis pannus interius apponatur ita, ut nulla inde ualeat exterius in capella aliquid intueri, habeant et hostia lignea cum seris ferreis et claue, ut maneant semper clausa et non aperiantur nisi pro causis superius memoratis et ad audiendum aliquando uerbum dei proponendum sibi in capella per ydoneam personam fide, fama et sciencia aprobandam. Que uero proprium non habuerint, a quolibet bone fame et honeste uite presbytero missam audire possunt. Penitenciam autem atque dominici corporis sacramenta tamen a uiro discreto habitu et uita religioso et etate ydoneo suscipere studeant et procurent, nisi forte in periculose necessitatis articulo fuerit aliqua constituta. De uisitatore huiusmodi religionis illud est sollicite prouidendum, ut quicumque uel generalis uel et alicubi aliquando specialis constituen[dus](!) fuerit uisitator, talis debet constitui, de cuius religiosa uita et moribus atque fide noticia plena et securitas habeatur. Qui cum ad monasterium aliquod ueniens, fuerit introgressus, sic se per omnia exhibeat et ostendat, ut omnes de bono ad melius prouocet et a dei timorem et inter se mutuam caritatem semper inflammet pariter et accendat. Sane de eorum statu et obseruancia sue religionis ab omnibus generaliter et specialiter a singulis inquirat studiosius ueritatem et ubi aliquid reformandum uel corrigendum inuenerit, çelo(!) caritatis et amore iusticie cum discretione corrigat et reformet tam in capite quam in membris, sicut melius uiderit expedire. Modum autem loquendi custodiat supradictum, ut uidelicet aut cum om-

nibus aut cum pluribus simul loquatur et secreto cum una, aliis tamen ad minus duabus in aspectu eius non longe sedentibus, ut per omnia bone fame integritas conseruetur. Quod si aliquid tale sibi occurrerit, congrue per se nequeat emendare, ad superiorem referrat et eius consilio ac precepto sicut expedit corrigetur. Caueat autem abbatissa, ne a se uel ab aliis dominabus status sui monasterii in obseruancia religionis et unitate mutue caritatis visitatori aliquatenus abscondatur, quia malum esset iudicium et offensa grauiter punienda. Immo uolumus et mandamus, ut ea que secundum uite sue formam statuenda uel emendanda fuerint, publice ac priuatim sicut melius fuerit faciendum, visitatori diligenter suggerant et proponant. Que autem aliter fecerint, a visitatore tam abbatisse quam alie digne, prout conuenit puniantur. Similiter et capellanus, si in aliquo reprehensabilis fuerit, in quo conuenienter non possit nec debeat supportari, monitione premissa a uisitatore modeste ac rationabiliter, sicut decuerit, corrigatur. Si uero noluerit uel contempserit emendare, pro capellano minime habeatur. Ad hostium sane monasterii custodiendum aliqua talis ex sororibus deputetur, que omnino deum timeat, que sit matura moribus, sit diligens et discreta, sitque conueniens etatis, que ipsius hostii clauem sic diligenter custodiat et conseruet, ut nunquam sine ea uel ipsa nescia hostium aliquando ualeat aperiri. Sit et alia eque ydonea ei socia deputata que eius uicem in omnibus exequatur, cum ipsa aliqua rationabili causa uel occupatione necessaria occupata fuerit ac detenta. Caueant autem studiosissime et procurent, ne unquam [h]ostium stet apertum, nisi tamen quantum minus fieri poterit congruenter. Sit autem ostium seris ferreis cum ualuis et uectibus optime conmunitum et omnino sine custodia minime dimittatur, nec etiam ad monumentum (!) nisi claue firmiter ebseratum, nec omni pulsanti aperiat statim, nisi prius indubitanter cognouerint, quod talis sit sine dubitatione aliqua secundum mandatum, quod in eadem forma de ingressuris superius continetur, debeat aperiri. Quod si aliquando intra monasterium opus aliquot fuerit faciendum, ad quod agendum seculare aliquos uel quascumque personas alias oporteat introire, prouideat abbatissa sollicite, ut tunc, dum opus silicet exercetur, aliqua alia persona conueniens ad custodiendum ostium statuatur, que sic personis ad opus deputatis aperiat, quod alias intrare penitus non permittat. Nam domine ipse et tunc et semper, quantumcumque rationabiliter preualeat studiosissime caueant, ne a secularibus uel personis extraneis uideantur. Hanc igitur uiuendi formulam breuiter suprascriptam uniformiter ubique ab omnibus uolumus et mandamus diligencius obseruari, quatinus per locorum distancias separatas uite indemptitas et morum conformitas in caritatis uincula uniat et coniungat. Quod si romane ecclesie discretio pro-

uida pro loci qualitate uel personarum cura aliquas in aliquo necessario duxerit dispensandum alieque simili modo dispensatione non indigent, suum firmiter custodiant propositum, custodiant et obseruent.

(Crvenom tintom pisano).

Titulus regule quibus et qualiter liceat ingredi monasterium.

De ingressu personarum in monasterium firmiter ac districte precipimus, ut nulla unquam abbatissa uel eius sorores aliquam personam religiosam seu secularem aut cuiuslibet dignitatis in monasterii clausuram intrinsecam intrare permittat, nec omnino alicui liceat, nisi quibus concessum a sede apostolica fuerit uel a cardinali, cui fuerit sororum ordo commissus.

Prijepis bule na pergameni iz XIV. stoljeća u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 20. — Na hrptu napisan je u najnovije vrijeme datum: 1260. — 15. junija. To se jamačno odnosi na drugu listinu iz g. 1260., koju ćemo i mi priopćiti.

506.

1255, 8. januara. U Spljetu.

Suci spljetski dosudjuju sestrama Mariji, Kateni i Petruci pravo na posjed zemljišta.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione tercia decima, die octauo intrante ianuario, regnante domino nostro Bela serenissimo rege Hungarie, temporibus domini Rogerii venerabilis archiepiscopi Spalatensis, Stephani illustris bani Sclauonie comitis, Dese Michaelis, Johannis Vitalis, Petri Cerneche iudicum. Coram nobis iudicibus Spalatensibus supradictis questione suborta inter Mariam, Khatenam et Petrucham filias quondam Miche Vulcinne ex una parte et Lampredium Desciçe ex altera de quadam terra subtus Relch prope terram Dese Cuteo et aput terras ipsorum dominorum predicte domine filie Miche Vulcinne per suum aduocatum dictam terram pro sua petebant, asserentes ipsam terram sibi iure hereditario pertinere et quod dictus Lampredius eandem teneret uiolenter. Ex aduerso per ipsum Lampredium fuit responsum, quod ipsam terram possidebat per suam empcionem et de eadem terra nullum excalumpniatorem uolebat, set, si dicte domine iurare uellent, quod sua terra esset, ipsam terram eisdem dominabus in pace dimitteret possidendam et tenendam; et cum parate fuissent ipsum sacramentum facere, dictus Lampredius sacramentum eisdem dominabus remisit. Vnde nos super premissis cum consiliariis habito consilio diligenti, omnia responsa et dicta ipsius Lampredii per diffinitiuam sentenciam duximus confirmanda; ita tamen, quod predicte domine

ipsam terram temporibus perpetuis debeant possidere et tenere et suam uoluntatem inde facere, sine aliqua contradictione ipsius Lampredii uel alicuius alie persone. Actum in platea sancti Laurencii. Testes: Marinus Bonaçunta, Desa Syriçi, Petrus Leonardi et alii. Et ego Albertus Santii examinator manum meam misi.

Ego Amicus capellanus comunis Spalatensis iuratus notarius his interfui et de mandato iudicum rogatus scripsi et consueto signo roboraui.

(Monogram not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

507.

1255, 19. januara. U Spljetu.

Suci spljetski odredjuju, ako bi Mariju, Katenu i Petruču tkogod uznemirivao u posjedu zemlje u Relchu, ima ih štititi Lampredije Dešicin.

Anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione tercia decima, die tercio decimo exeunte ianuario, regnante domino nostro Bela serenissimo rege Hungarie, temporibus domini Rogerii venerabilis archiepiscopi Spalatensis, Stephani illustris bani Sclauonie comitis, Dese Michaelis, Johannis Vitalis, Petri Cerneche iudicum. Cum nos supradicti iudices Spalatenses sentenciauerimus inter Mariam, Kathenam et Petrucham filias quondam Miche Vulcine ex una parte et Lampredium Desciçe ex altera de quadam terra subtus Relche prope terram Dese Cuteo et aput terras ipsarum dominarum, sicut per publicum instrumentum apparet exinde factum manu Amici notarii infrascripti, quod in sua firmitate consistit, iterato ex diligenti consilio nostrorum consiliariorum duximus iudicandum, quod si Nicola et Radossius filii Milogne de Relch predictas dominas umquam molestauerint de ipsa terra, tunc dictus Lampredius Desciçe dictam terram ab ipsis Nicola et Radossio eisdem dominabus defensare et excalumpniare teneatur super omnia sua bona. Actum in platea sancti Laurencii. Testes: Andreas Michace, Micha Madii, Gregorius Grube, Marinus Bonaçunta, Biualdus Gumay et alii.

Et ego Albertus Santii examinator manum meam misi.

Ego Amicus capellanus comunis Spalatensis iuratus notarius his interfui et de mandato iudicum rogatus scripsi et consueto signo roboraui.

(Monogram not.)

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru.

508.

1255, 21. januara. U Napulju.

Aleksandar IV. papa nadbiskupu spljetskomu, da može potvrditi šibeničkoga biskupa.

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri (Rogerio) archiepiscopo Spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis capitulum Sibenicensis ecclesie in Sclavonia petitio monstrabat, quod cum olim ecclesia ipsa pastore vacaret, ipsi, prout moris est, convenientes in unum, spiritus sancti gratia invocata, dilectum filium S(tanimirum) eiusdem ecclesie archipresbiterum, virum utique, ut asserunt, providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, unanimiter et concorditer elegerunt in eorum episcopum et pastorem. Verum quod tu, qui loci metropolitanus existis, pro eo quod ecclesia ipsa tanto tempore vacaverat, quod ad sedem apostolicam erat eius provisio devoluta, renuisti electionem huiusmodi confirmare, predicti capitulum ad sedem ipsam habentes recursum, felicis recordationis I(nnocentii) pape predecessoris nostri ad te litteras impetrarunt, ut inquisita de modo electionis, eligentium studiis et electi meritis diligentius veritate, electionem ipsam, si eam invenires de persona idonea canonice celebratam, non obstante vacatione diutina predicte ecclesie, que vacasse per XX. annos et amplius credebatur, confirmare curares. Sed tu ex eo solo electionem confirmare differens supradictam, quod in huiusmodi litteris predecessoris ipsius XX. annorum et amplius spatium ponebatur, cum tibi plene constiterit, quod per amplioris temporis spatium ecclesia vacaverat memorata, supersedisti hactenus negotio supradicto. Quare predicti capitulum nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nolentes igitur, quod ipsa ecclesia propter vacationem diuturnam in spiritualibus grave dispendium patiatur, mandamus, quatenus, si est ita, hoc non obstante, predictum S(tanimirum) archipresbiterum, si tanto congruat oneri et honori et aliud canonicum non obsistat, auctoritate nostra preficias eidem ecclesie in episcopum et pastorem. Datum Neapoli XII. kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 110. str. 82—83. Iz reg. an. I. ep. 56. fol. 8. — Wenzel Cod. Arpad. XII. 388. — Potthast Reg. pontif. II. br. 15.645.

509.

1255, 3. februara. U Napulju.

Blanko prokurator nadbiskupa dubrovačkoga dobiva oblast, da se vrati kući.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione decima tertia, mensis februarii tertio die, pontificatus domini Alexandri pape IV. anno primo. Cum dominus Blancus archidiaconus Ragusinus procurator uenerabilis patris domini archiepiscopi Racusini in presentia venerabilis patris domini Octobone sancti Adriani diaconi cardinalis constitutus, coram eodem cardinali proponeret, quot et quo archiepiscopus Antibarensis qui dicti archiepiscopi Ragusini aduersarius fuerit qui uiam erat uniuerse carnis ingressus, graue et sumptuosum erat sibi et eidem archiepiscopo Racusino, quot in curia moraretur, presertim cum in negotio dicti archiepiscopi procedi non possit, ad presens recedendi ad eundem archiepiscopum licentiam humiliter postulauit; qui sibi liberam concessit licentiam redeundi et ad istantiam dicti domini Blanci mandauit idem cardinalis, quod ego de hoc sibi facerem publicum instrumentum. Actum Neapoli coram hiis testibus: Domino Johanne Lerracoruo capellano dicti domini cardinalis et Nicoloso Baccetta olim domicello et familiari bone memorie domini Innocentii pape. Et ego Gregorius de Piperna sancte romane ecclesie scriniarius predictis interfui et ea fide litteras scripsi, compleui et signaui rogatus.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIII.

510.

(1255, 3. februara. U Napulju.)

Kako je prokurator nadbiskupa dubrovačkoga Blanko branio prvenstvo svoga nadbiskupa nad barskom nadbiskupijom.

Intendit probare procurator archiepiscopi Ragusini, quod bone memorie Zacharias papa constituit Andream archiepiscopum Pitauritane ecclesie omnibus diebus vite sue esse pastorem et succesores suos super istam prouinciam in primis: Zachulmie regno et regno Seruilie Tribunieque

regno, ciuitati namque Catarinensii seu Rose atque Buduanensi Auarorum, Liciniatensi atque Scodrinensi, nec non et Driuastensi atque Palatensi cum ecclesiis et parochiis eorum.

Item quod dictus dominus papa concessit super hoc priuilegium dicto archiepiscopo et successoribus suis.

Item quod de hiis est fama publica in partibus illis, item quod ecclesia Ragusina habuit dictum priuilegium.

Item quod predicta sunt notoria in partibus illis.

Item quod in dicto priuilegio continebatur clausola: Constituimus te etc.

Item quod rex Rascie obsedit ciuitatem Ragusinam manu armata.

Item quod dictus rex cepit eandem ciuitatem.

Item quod predicta fuerint publica et notoria in partibus illis.

Item quod de hoc est fama publica in partibus illis.

Item quod dictus rex expoliauit ecclesiam Ragusinam omnibus priuilegiis suis.

Item quod expoliauit eam priuilegio supradicto.

Item quod dictus rex expoliauit dictam ecclesiam dicto priuilegio a septuaginta annis circa.

Item quod dicta ecclesia per captionem ciuitatis eiusdem ammisit priuilegia supradicta.

Item quod predicta sunt publica et notoria in partibus illis.

Item quod de predictis est fama publica in partibus illis.

Item quod dicta ecclesia Ragusina cum promotione ... archiepiscopi Ragusini que nunc est uacans per tres annos.

Item quod dominus Arinzerius fuit archiepiscopus Ragusinus immediate predecessor istius archiepiscopi qui nunc est.

Item quod ante promocionem dicti Arinzerii dicta ecclesia Ragusina uaccauit per nouem annos.

Item quod dominus Leonardus fuit immediate predecessor dicti domini Arinzerii.

Item quod ante promotionem domini Leonardi dicta ecclesia uaccauit per undecim annos.

Item quod huiusmodi uaccationes fuerunt a sexaginta annis circa.

Item quod hostilitas fuit in partibus illis inter ecclesiam Ragusinam et regem (Servie) a sexaginta annis usque nunc.

Item quod talis ostilitas et guerra fuit ibi, quod indiferenter capiebantur homines de Ragusia per dictum regem et satalites suos et destruebantur uinee Ragusii per eum.

Item quod hec sunt publica et notoria in partibus illis.

Item quod de hoc est fama publica in partibus illis.

Predicta omnia et singula intendit probare non astringens se ad omnia et singula, sed ad ea tantum que sufficient ad intentionem suam fundandam.

U dubrovačkom arkivu imade pod posebnim omotom no. 66. sc. XIII. 1238—1252. fol. 5. na pergameni notarskih zapisa, po kojima se vidi kako je prokurator nadbiskupa dubrovačkoga branio prvenstvo nadbiskupa dubrovačkoga nad barskim nadbiskupom. Ovo je jedan primjerak.

511.

1255, 13. februara. U Napulju.

Aleksandar IV. papa potvrdjuje Lovri prepozitu sv. Irenea srijemskòga selo Draš.

Alexander episcopus servus servorum dei dilecto filio Laurentio preposito ecclesie sancti Yrenei Syrmiensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum igitur, sicut petitio tua nobis exposita continebat, venerabilis frater noster episcopus Syrmiensis attendens grata et accepta servitia sibi et Syrmiensi ecclesie a te impensa, necnon et quam plures labores quos pro ipso et eadem ecclesia subiisti, villam quandam sitam in Zlacho, que villa Drasch vulgariter nuncupatur, tibi prout sperabat, ad eum sui capituli accedente consensu, provida deliberatione concesserit a te quoad vixeris possidendam, sicut in ipsius litteris confectis extunc plenius continetur. Nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem episcopo et capitulo super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. tenorem litterarum ipsarum, presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est.

Nos O(liverius) dei gratia episcopus Syrmiensis significamus universis presentium per tenorem, quod cum dilectus filius noster magister Laurentius, ecclesie nostre prepositus, quamplurima grata et necessaria nobis et ecclesie nostre servitia impenderit, nos ipsius devotioni paterno concurrentes affectu quamdam villam sitam in Zlacho, que vulgariter villa Drasch appellatur, sibi de fratrum nostrorum consilio quo ad vitam suam contulimus pacifice et quiete possidendam, persone tamen non dignitati. In cuius possessionem per dilectum nostrum magistrum S. ecclesie nostre cantorem ipsum mitti fecimus corporalem. Ad cuius rei testimonium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas anno domini M.CC.L. die VI. intrante novembre. *(Vidi br. 375 ovoga zbornika).*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Datum Neapoli idibus februarii, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 111. str. 83. Iz reg. an. I. ep. 180. fol. 22. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 326—327. — Wenzel Cod. Arpad. XII. 389. — Potthast Reg. pontif. II. br. 15.687. — Kukuljević Reg. br. 674.

512.

1255, 17. marta. Kod Vaške.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje podanicima biskupa zagrebačkoga u Vaški onakove povlasti, kakove imaju drugi podanici crkve zagrebačke.

Nos Bela dei gracia rex Vngarie significamus vniuersis presencium per tenorem: quod ad supplicacionem venerabilis patris Phillipi episcopi Zagrabiensis, dilecti et fidelis nostri, consessimus et statuimus, vt iobagiones et populi sui iuxta Drawam, in terra sancti Martini prope Waska constituti, eodem iure et libertate censeantur et utantur tam in iudiciis quam in ceteris, quo iure alii iobagiones et populi ipsius episcopatus et specialiter ad Wasca pertinentes censentur iuxta consuetudinem approbatam, cum et isti sint vniti eisdem et ad curtem supradictam Vasca pertineant, sicut illi qui sunt vltra. Hoc adiuncto, quod si prefatus episcopus remissus fuerit cuiquam de eisdem in iusticia facienda, non ideo contra quem agitur, sed episcopus memoratus uel eius officialis ad nostram presenciam debeat euocari. In cuius rei memoriam firmitatem (que) presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Waskam anno domini MCC quinquagesimo quinto, XVI. kalendas aprilis, regni autem nostri anno vicesimo.

Liber privilegiorum episcopatus zagrabiensis list 7. i 40. — Farlati Ill. sacr. V. 372. fragment. — Tkalčić Mon. episcop. zagrab. I. 103. — Wenzel Cod. dipl. Arpad. XI. 411—412. (donosi ovu listinu po originalu sada u budimskom arkivu). — Kukuljević Reg. no. 675.

513.

1255, 30. marta.

Bela kralj ugarski i hrvatski dozvoljuje, da Templari uživaju i nadalje neku zemlju prozvanu Novak, koju im magister Fula bio poklonio, a koje je darovanje potvrdio bio već njegov brat Koloman.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum tenore volumus peruenire: quod cum tempore coronacionis nostre superfluas et inutiles quorumdam antecessorum nostrorum donaciones, que in corone regie preiudicium facte fuerant, de baronum nostrorum consilio reuocare fecissemus et idem carissimus frater noster felicis memorie rex Colomanus, dux tocius Sclauonie, fecisset in ducatu Sclauonie, quem obtinebat, relinquendo donaciones modo legitimo factas penes possessores. Terram quandam Noak nuncupatam domui fratribus sancti sepulcri, per magistrum Julam collatam, non tam racione conferentis, quam intuitu diuine remuneracionis memoratus frater noster ipsi domui in perpetuam elemosinam duxit relinquendam, ab ipsa pacifice possidendam, quod et nos, ipso viam vniuerse carnis ingresso, ratum habuimus atque firmum. Et vt in posterum tocius disceptacionis materia auferatur, predictam terram ad requisicionem antedictorum fratrum per fidelem clericum nostrum magistrum Benedictum Quinqueecclesiensem circumspici fecimus et metis nouis iuxta statum antiquum innouari, nullo contradictore apparente. Et licet totum supanatum de Nouak fideli nostro Prezde bano contulerimus, predictam tamen terram exceptam esse volumus ab eodem, cum ipsam domus prefata possederit longe ante. Mete autem ipsius terre, sicut per eundem clericum nostrum didicimus, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit supra ripam Drawe ab oriente ex parte Waska iuxta terram Vrbani et Pouse, iobagionum castri Symigiensis in quadam arbore de kertu cruce signata, sub qua est meta terrea nova et ibidem ad duas metas terreas progreditur versus meridiem ad unam arborem de kertu cruce signatam, noua cruce et antiqua, vbi prope illas sunt due mete terree, vna antiqua et alia noua; ab inde ad vnum arborem similiter de kertu, in qua sunt tres cruces, due antique et tercia noua, deinde iuxta terram predictorum progrediens similiter versus meridiem peruenitur ad vnam viam venientem de Waska in locum, vbi est arbor de kertu, in qua sunt due cruces, vna antiqua et alia noua et iuxta eandem due mete terree; inde ad duas

metas terreas, quarum vna est antiqua et alia noua, deinde per arbores cruce signatas iuxta terram eorundem vadit ad duas metas terreas, quarum vna est antiqua et alia noua, ab hinc per vnam metam veterem ad duas metas terreas, quarum vna est antiqua et alia noua; inde similiter per vnam metam veterem terream vadit ad arborem kertus, cruce signatam, vbi est meta terrea noua, deinde per arbores cruce signatas vadit similiter ad vnam metam terream nouam; inde per arbores cruce signatas venit ad viam magnam antiquam, iuxta quam est meta noua terrea in qua est arbor kertus cruce signata et per eandem viam parum eundo exit de via ad metam terream nouam, iuxta quam sunt arbores cruce signate, ab hinc reflectit se parum ad meridiem, vadit per arbores cruce signatas et peruenitur ad metam terream nouam; deinde ad duas metas terreas, quarum vna est antiqua et alia noua; inde eundo iuxta quandam malakam a sinistris per arbores cruce signatas peruenitur ad metam terream antiquam in qua est arbor kertus cruce signata et alia meta noua; inde eundo directe ad meridiem venitur ad metas terreas, quarum vna est antiqua et alia noua; deinde similiter ad duas metas terreas antiquam et nouam, inde similiter ad tres metas terreas, quarum due sunt antique et vna noua; ab hinc eundo eodem modo vadit ad tres metas terreas, due sunt antique et vna noua, ibique intrant viam venientem de Waska; inde per eandem viam per arbores cruce signatas peruenitur ad metam antiquam in qua est arbor de pomo siluestri et ibi est noua meta terrea; inde per eandem viam tendens venitur ad duas metas, vna est antiqua sub arbore kertus cruce signata et alia noua; inde eciam eundo directe venitur ad quadriuium, vbi sunt quatuor mete, tres antique et vna noua et ibi terminatur terra Vrbani et Pouse predictorum, et incipit tenere metam cum Emrico sacerdote, inde per eandem eundo venitur ad plures metas terreas, ac hinc parum eundo per antiquam metam exit de via vbi est meta terrea antiqua; inde vadit ad pirum, vbi sunt due mete terree, vna antiqua et alia noua iuxta villam Emrici sacerdotis et iuxta eandem villam eundo per vnam metam terream antiquam peruenitur ad arborem de pomo siluestri, cruce signatam ab antiquo, iuxta quam est meta de nouo facta angularis; inde intrat ad Cherich vsque ad aquam nomine Prothoh, et per aquam illam inflectitur superius versus villam sancti Mychaelis, que est villa domus sancti sepulcri et vadit per eandem circumeundo ad partem occidentalem per magnum spacium et peruenitur ad terram albi Boryn, ibique exit de aqua Cherich ad quandam pirum cruce signatam ab antiquo, sub qua est noua meta terrea; inde tendit versus aquilonem iuxta terram dicti Boryn peruenitur ad duas metas terreas iuxta viam venientem de sancto Mychaele, transeundo illam viam per planiciem protenditur et venit di-

recte ad duas metas terreas, quarum vna est antiqua et alia noua; inde similiter eundo directe ad monticulum per metam terream peruenitur ad tres metas terreas, quarum due sunt antique et tercia noua ibique terminatur terra Boryn (et) incipit tenere metam cum terra ville Nouak; inde venit ad duas metas terreas, antiquam et nouam, in vna est arbor kertus cruce signata, inde ad antiquam metam iuxta quam est noua meta, abhinc ad tres metas terreas duas antiquas et vnam nouam, inde (ad) arborem kertus in qua sunt due cruces, vna antiqua et alia noua iuxta quam est vna meta; inde per frutices peruenitur directe ad sepulcrum Paxa vocabulo, vbi sunt tres mete terree, due antique et vna noua iuxta viam et ibi intrat viam magnam euntem in villam Nouak; inde per eandem viam venitur ad duas metas terreas vnam antiquam et aliam nouam, deinde per eandem viam venit similiter ad tres metas terreas, duas valde antiquas et vnam nouam; inde de illis tribus metis directe protenditur ad angulum muri curie domus sancti sepulcri et iuxta murum ex parte ville de Nouak peruenitur ad alium angulum eiusdem muri, inde per rectam lineam eundo cadit in Drawam et per Drawam descendit inferius iuxta solitum cursum aque circuiens insulam, que pratum Thome bani appellatur; deinde peruenitur ad metam priorem, ubi fuit incepta, ibique terminatur. Vt igitur tam collacionis fratris nostri, quam confirmacionis nostre series robur perpetuum obtineat, presentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine inretractabiliter roboratas. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto; tercio kalendas aprilis. Regni autem nostri anno vicesimo.

Originalna potvrda u nadbiskupskom arkivu u Zagrebu od Vilima biskupa pečujskoga, kancelara kralja Ljudevita g. 1362; na crvenoj svilenoj vrvci visi pečat. — Tkalčić Monum. episc. zagr. I. 103—105. — Wenzel Cod. dipl. Arp. con. XI. 406—409. — Kukuljević Reg. no. 676.

514.

1255, 4. aprila.

Stjepan ban priznaje slobodu plemića u Rovištu.

Nos Stephanus banus totius Sclavoniae et capitaneus Stiriae significamus omnibus praesens scriptum inspecturis, quod cum dominus Bela illustris rex Ungariae nos ad Ryvcha pro restituendis terris a praedicto castro alienatis et pro libertate hominum de Ryvcha iudicanda destinasset eandem; convocatis ad nos iobbagionibus castri praedialibus et

castrensibus eiusdem castri, quos invenimus ex castrensibus indebite factos esse iobbagiones castri uel praediales, eos reddidimus in pristinam libertatem, quos vero invenimus iobbagiones castri et praediales, illos in statu suo, secundum quod Colomannus rex bonae memoriae ordinaverat, cum terris suis pacificis duximus dimittendos. Inter ceteros autem invenimus Scentam, Stoyk, Drayn et Jak hospites esse, quos Colomannus rex in eadem libertate dimiserat, qua utuntur iobbagyones castri; quos etiam nos Hohaldo comite, tunc temporis comite de Ryvsha et Petro curiali comite suo, ac omnibus iobbagionibus castri eiusdem et castrensibus non contradicentibus, sed penitus consentientibus, in eadem dimisimus libertate una cum terris suis. Et terras ipsorum reambulari fecimus per Urbanum de Weresu, dilectum et fidelem nostrum et iobbagionibus castri et castrensibus non contradicentibus metas eorum in tenorem praesentis scripti duximus inferendas. Prima igitur meta terrae Scentae incipit ab oriente, a capite Plauna et tendit inferius ad septemtrionem eundo parum, cadit in fluvium Chazlo et per eundem fluvium ad meridiem cadit in fluvium Welica; et per eundem fluvium inferius vadit ad meridiem; ab hinc autem vertitur ad fluvium Camona (!)[1] et per eundem vadit parum versus occidentem; et inde per eundem vadit superius ad septemtrionem. Deinde vadit et cadit ad fluvium Bosouth et per eundem Bosouth procedit inferius et inde pervenit ad caput de Bosouth, ubi fluvius Bosouth dividitur in duas partes et per medium ascendit superius, ubi Tiburtius est commetaneus. Et inde descendit inferius et cadit in fluvium Maranth, per quem vadit superius ad magnam viam Colomanni regis; ubi in sinistra est arbor fagi; in qua est crux pro meta, per eandem viam egreditur ad orientem, ubi Henricum comitem sumit sibi commetaneum; ubi etiam arbor fagi. Dehinc autem procedens pervenit ad unum angulum, ubi est meta terrea; ubi filii Pribislai sunt commetanei Item incipit meta terrae Stoyk in eadem via et vadit ad orientem, perveniens ad alium angulum, ubi commetaneus Farkasius filius Tolomeri. Et inde tendit versus meridiem ad metam filii Iwan et inde procedit in loco qui vulgo Keskehat nominatur et exiens de silva dirigitur versus orientem et pervenit ad angulum, ubi arbor cruce signata et meta terrea. Item ubi cadit Breztous, ibi incipit terra Drayn et per Breztous inferius et tendit versus meridiem, ubi commetaneus Balynou; ubi autem Breztout (!) cadit in fluvium Kamarcsa, ibi incipit terra Jak; inde per Kamarcsa tendit superius ad occidentem; ibi de Kamarcsa exit ad siccam vallem; ubi Vadasa commetaneus; et inde egreditur superius versus meridiem, per montem cadit ad magnam viam et per eandem ad occasum, ubi

[1] Ima biti Camorca.

populi castri sunt commetanei. Et inde descendit ad caput Brestous cadit in Welica. Inde per Welica superius ad septemtrionem, ubi exit ad Plaunam et per medium Plaunae superius . . . . (!) Et ista est terra Stoyk; commetanei autem sunt populi castri. Inde versus orientem ad caput Plaunae ad terram iterum Scentae antedicti, ubi commetanei populi castri et ibi terminatur. Ut autem huius rei series salva semper consistat, litteras praesentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octava Paschae. Anno domini 1255.

Iz rukopisne zbirke Hevenesyeve t. XXIX. 211—214. u sveučil. biblioteci u Budimpešti. Prepisivač veli: »cum sigillo pendente predicti bani (legenda): Sigillum Stephani bani tocius Sclavoniae; in lateribus iterum appressis parvulum suum sigillum in quo utroque sic scriptum est: S(igillum) Stephani bani. In medio parvi sigilli videlicet est facies hominis.« — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 2. 347—349. — Kukuljević Reg. br. 677.

515.

1255, 6. aprila. U Dubrovniku.

Kaptol dubrovački daruje kuću Grguru Mazoli.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mensis aprilis, sexto die intrante, coram uobis subscriptis testibus. Nos quidem capitulum canonicorum sancte Marie maioris ecclesie quorum nomina sunt hec: presbyter Matheus Luce, presbyter Paulus de Marco, presbyter Johannes Lazari, presbyter Helias Uiuiani, presbyter Andreas Zansii, presbyter Domanna Dumtii, presbyter Sabinus Cernelii, presbyter Micha Tonginna, presbyter Petrana Theodori, presbyter Petrus Somari, presbyter Pauergenus Malamute et diaconus Matheus Theophili et diaconus Paulus Vresti, presbyter Johannes Gauzoli, subdiaconus Palma Zemota, clericus Johannes Negamire, clericus Ursatius Mathei Bodatie, clericus Vitalis Bodatie, clericus Geruasius Petranne, clericus Damianus Somari, clericus Bubanna de Vitali, clericus Jacobus Tunii, clericus Barbius Theodori, clericus Marius de Lozenno et clericus Priasmus Michaelis confitemur, quoniam causa pietatis et helemosine domum nostram cum suis pertinenciis que fuit Bilce de Criua, que est sub domo Theophili et usque supra lauem, dedimus et donauimus Gregorio de Mazola nepoti eiusdem Bilce, ut in perpetuum illam habeat et possideat et de ipsa suum uelle faciat, quam prenominatam domum cum suis pertinenciis assignauimus huic presenti Theodoro Prodani Bodatie commissario certo

prenominati Gregorii nomine dicti Gregorii. Actum est hoc in presentia nobilis uiri domini Andree de Auro comitis Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Andreas Zrele, Mathias de Balatia et Dimitrius de Menze iurati iudices et Dabranna Lampridii. Et ego presbyter Pascalis et canonicus prenominate ecclesie et comunis Ragusii notarius iuratus in omnibus his predictis consentiens, scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

516.

1255, 19. juna. U Kotoru.

Kotorski kaptol čini odredbe glede primanja u svećenike.

Anno incarnationis domini millesimo CCLV., mense iunio XII die astante, indictione XIII. Nos quidem . . . . . . ecclesiae sancti Tryphonis capitulum in unum penitus congregatum, de voluntate omnium nostrum sic de iure procuravimus ordinare, ut bigami aut coniugati vel de saeculi conditione ad sacrum ordinem non promoveantur, volentes in ecclesia odia et scandala resecare et secundum ecclesiastica iura vivere. Et quicumque ipsorum ex parte supradictorum causa rogationis advenerit, ipse a nostra congregatione segregetur, ac vinculo excommunicationis sit irretitus. Nullus autem saecularium magistratus audeat suos in ecclesia saeculares ducere sine audientia episcopi et capituli supradicti. Quod praesens fieri fecimus per manus diaconi Michae communis notarii.

Farlati Illyr. Sacr. VI. 441. — Wenzel Codex dipl. Arp. cont. XI. 424. — Kukuljević Reg. br. 679.

517.

1255, 26. juna. U Dubrovniku.

Osuda radi jedne služavke, koju da je gospodar prodao.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mensis iunii, quinto die astante. Nos quidem Andreas de Auro

comes Ragusii cum iuratis iudicibus Bubanna Petri, Andrea Zreue, Mathia Balatie et Dimitrio de Menze hoc quod per sententiam legis indicauimus, testamur. Nostra enim coram presentia Martholus Gullerici pro Bogdano filio Braye de Zuppana interpellavit super Calendam filium Pacrantii Gerauesi dicens: tu fuisti furatus mihi ancillam meam Peruanegam et eam uendidisti. Qui Calenda hoc negauit et Martholus introduxit testem Stantium Zaulegi et Matichnam, qui testificati sunt, quod Calenda fuit furatus supradictam ancillam Bogdano de Braya et etiam testificati sunt Stancius Zaulegi et Rastena Martini, quod dicta ancilla fuit data in parchiuum Bogdano cum uxore sua Visna. Et etiam Vitalis Theophili dixit per sacramentum, quod emit dictam ancillam a Calenda supradicto perperis septem et dimidio et pro expensis. Unde nos prenominati comes et iudices audiendo eorum questiones et testimonium supradictorum testium et Vitalis Theophili iudicauimus per sententiam legis, quod Bogdanus iuret secunda manu sua, quod sic uerum est, sicut testes testificati sunt et Calenda debeat dare eidem Bogdano de Zuppana in termino comparam et expensas dicte ancille ab undecim perperis inferius usque ad septem perperos et dimidium perperum et totidem comuni Ragusii. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit, quod iudicium prenominatorum domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu ispod teksta slova prerezana. Zbirka saec. XIII.

518.

1255, 26. jula. U Dubrovniku.

Sud dosudjuje jedno zemljište do grada općini dubrovačkoj.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mensis iunii, quinto die astante. Nos quidem Andreas de Auro comes Ragusii cum iuratis iudicibus Bubanna Petri, Pascali Theodori, Crosi Andrea de Zreva, Mathia Balatie et Dimitrio de Menze hoc quod per sententiam legis iudicauimus, testamur. Nostra enim coram presentia Goyslauus Crosii, Petrus Johannis Bogdani et Basilius Prodani advocatores comunis Ragusii pro ipso comuni interpellauerunt super Bellam uxorem quondam Johannis Sergii Doymi dicentes: tu tenes et perintrasti

in terrenum comunis, unde uolumus, quod eum dimittas. Que Bella per aduocatum suum Nycolizam Pecinagii respondens dixit: terrenum quem possideo, possideo illum pro meis ueteranis et non debeo respondere. Et supradicti aduocati communis introduxerunt ydoneos testes qui testificati sunt, quod incipiendo a petra que est in campo ante capanam magistri Raddisi recta linea usque ad maceriam orti ecclesie omnium sanctorum uersus Pillem et uersus ciuitatem est communis Ragusii. Unde nos audiendo eorum questiones et testimonium ydoneorum testium et uiso ipso loco, iudicauimus per sententiam legis, quod incipiendo a petra que est ante capannam magistri Raddissi (!), que est signata signo comitis Ragusii recta linea uersus Pillem ad aliam petram, que est iuxta maceriam ortus ecclesie omnium sanctorum, totum terrenum quod est a predictis signis uersus uiam communis et uersus ciuitatem Ragusii sit communis Ragusii in perpetuum, sicut testes testificati sunt. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Quod iudicium prenominatorum domini comitis et iuratorum iudicum ego presbyter Pascalis et communis notarius iuratus audiens scripsi.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu (zbirka saec. XIII.)

519.

1255, 4. jula. U Anagni.

Aleksandar IV. papa Kolumbana Franjevca postavlja trogirskim biskupom.

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . . archidiacono et capitulo Traguriensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Licet continuata supervenientium negotiorum instantia nos, qui disponente domino universali regimini quamquam insufficientibus meritis presidemus, insultibus impetat successivis, solicitudo tamen omnium ecclesiarum nostris incumbens humeris tanto arctius quotidiana nos meditatione perurget, quanto ad id sumus specialius immo principalius deputati. Cum igitur per litteras vestras et etiam per dilectum filium Marcum presbiterum et Gervasium diaconum, canonicos vestros, quos de fidelitate ac diligentia plurimum commendamus, nobis duxistis cum instantia supplicandum, ut ecclesie vestre pastoris destitute solatio providere de pontifice curaremus. Nos volentes vestro satisfacere

desiderio in hac parte, ac intendentes talem ibidem personam preficere, que plus suis meritis presulatus dignitatem extollat, quam ipsa pontificatus efferatur honore, venerabilem fratrem Columbanum episcopum Traguriensem, penitentiarium nostrum, ordinis Minorum, virum utique litterarum scientia preditum, morum honestate et consilii maturitate preclarum, eidem ecclesie prefecimus de fratrum nostrorum consilio de potestatis plenitudine in episcopum et pastorem, plena sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus ipsius ecclesie administratione concessa, firma spe fiduciaque retenta, quod eadem ecclesia per ipsius industriam, auctore deo, augebitur in utrisque. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum, immo potius nos in eo benigne recipientes et honorifice pertractantes, impendatis ei reverentiam tam debitam quam devotam, eius mandatis et monitis salubribus intendendo humiliter et devote: alioquin sententiam etc. Datum Anagnie IIII. nonas iulii, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 114. str. 85. Iz reg. an. I. ep. 484. fol. 61. — Sbaralеac Bullar. francisc. II. 52 no. 71. — Wenzel Cod. Arpad. XII. 292. — Potthast Reg. pontif. II. br. 15.909.

520.

1255, 5. jula.

Pismo Aleksandra IV. pape nadbiskupu zadarskomu i drugim duhovnim glavama, da je kralj Andrija dao templarima u zamjenu za Klis tvrdjavu šibeničku, pa se tomu moraju Šibeničani pokoriti.

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri archiepiscopo Jadrensi et dilectis filiis abbati sancti Grisogoni Jadere et archidiacono Nonensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii magister et fratres militiae templi Hungariae et Sclavoniae sua nobis conquestione mostrarunt, quod licet clarae memoriae Andreas rex Hungarorum quoddam castrum situm supra mare, quod Sibenich vulgariter dicitur, ad eumdem regem pertinens, cum ipsis pro quodam alio castro eorum, quod Clis vulgariter appellatur, permutans, ipsum eis cum suis pertinentiis ex abundanti nihilominus perpetuo concessisset; et postmodum charissimus in Christo filius noster Bela rex Hungariae illustris, filius ipsius Andreae, permutationem et cessionem huiusmodi ratam habens, eas prout spectabat ad eum, duxerit confirmandas. Populus tamen et homines ha-

bitatores eiusdem castri contra dictum magistrum et fratres, spiritu rebellionis assumpto, castrum ipsum temere occupantes, munitionibus et fortalitiis ipsius destructis, nolunt prout tenentur, eisdem magistro et fratribus super his intendere, aut eis debita exhibere servitia et de aliis suis iuribus respondere in ipsorum magistri et fratrum praeiudicium et gravamen. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super his de plano et sine iudicii strepitu veritate, si rem inveneritis ita esse, populum et homines supradictos, quod eisdem magistro et fratribus dicto castro eis prius libere restituto, debita servitia exhibeant, et super aliis suis iuribus intendant, ac respondeant, ut tenentur; nec non de damnis et iniuriis sibi super hoc illatis ab eis debitam satisfactionem impendant, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, ratione praevia, cogatis; non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, ut per litteras sedis eiusdem excommunicari, aut interdici nequeant, vel suspendi, vel constitutione de duabus dictis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam, vel quartam aliquis extra suam dioecesim, auctoritate praesentium, ad iudicium non trahatur. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel amore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritatis testimonium perhibere. Quod si non omnes iis exequendis potueritis interesse, tu frater archiepiscope cum eorum altero nihilominus exequeris. Datum Anagniae V. mensis iulii, pontificatus vero anno primo.

Farlati Ill. sacrum IV. 450. — Fejér Cod. dipl. IV. 2, 355—356. — Potthast Reg. pont. br. 15910.

521.

1255, 17. oktobra. U Ostrogonu.

Bela kralj ugarski i hrvatski Trogiranima, da ban Stjepan ima čuvati njihova prava.

Bela etc. rex fidelibus suis iudicibus et universis civibus Traguriensibus salutem et gratiam plenam. Litteras vestrae fidelitatis grate recepimus, ex quorum tenore percepimus, quod fidelis noster Stephanus banus tocius Sclavoniae in terris et vineis vestris per offitialem suum de Clyz iniuriam vobis intulisset pariter et gravamen; quod si quidem grave tulimus et indignum, cum semper iura vestra conservari velimus, illibata et nullactenus in aliquo perturbari. Igitur ut satisfiat desiderio nostro et vestro

esse,[1] predicto Stephano bano per nostras litteras dedimus in mandatis, ut vos et vestra iura, ac libertatem vestram per omnia illibatam debeat conservare, nec in aliquo nostri amoris intuitu presumat perturbare; immo potius vos et vestra pro suo posse protegat et defendat: de decimis etiam, quas venerabilis pater episcopus vester per Sibenicenses subtractas demandat, exiberi faciat iustitiae complementum. Datum Strigonii in crastino sancti Galli.

Lucius Memorie di Traù 77. — Farlati Ill. sacr. IV. 346 (fragment). — Fejér IV. 2. 308. — Fejér VII. 4, 112. — Kukuljević Reg. no. 682.

522.

1255, 18. oktobra.

Općina i kaptol šibenički šalju Stjepanu kardinalu prenestinskom molbu, da dobiju svoga biskupa.

Venerabili in Christo patri et domino speciali, domino Stephano dei gracia episcopo Penestrino, commune, archipresbiter, ac capitulum de castro Sebenichensi, de provincia Spalatensi, ipsius fideles et deuoti sui recommendacionem ad omnia ipsius beneplacita et perpetua mandata. Cum nos P. canonicum ecclesie nostre et notarium communitatis et D. iudicem nostri castri, viros prouidos et discretos ad sanctam sedem apostolicam sub firma nostri patrocinii fiducia super quibusdam arduis nostri castri negociis vestrum auxilium promouendis duxerimus destinandos vestre paternitati cum omni deuocione supplicamus, quatenus predictos, nostros nuncios, sindicos et procuratores in nostris negociis ad uos recurrentes benigne recipere et in eorum personis nostre ecclesie et communitati omni consilio, auxilio et fauore uelitis assistere; ut per vestrum patrocinium erga dominum papam et fratres uestros efficaciter inpensum nostrum perpetuo gaudere possimus, esse tam salubre desiderium adimpletum et ob hoc ad multiplicia perpetue recognicionis seruicia et honores uobis et uestris naturaliter obligemur astricti. Datum mense octobri in festo sancti Luce ewangeliste.

Original u ark. kaptola u Trogiru a. 1255. no. 12. Na listini vise u konopljanim vrvcama dva ovalna pečata kaptola šibeničkog i okrugli općine. Glede hronologije v. Farlati IV. 453.

Lucius Mem. di Traù 76. — Farlati Ill. sacr. IV. 453. — Fejér Cod. dipl. VII. 4, 100—111. — Kukuljević Reg. no. 684.

---

[1] Jamačno ima biti: etiam.

523.

1255, 18. oktobra. U Anagni.

Aleksandar IV. papa zabranjuje biskupima primati redovnike, koji ostaviše svoj red.

Alexander episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus universis, archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis, abbatibus, prioribus, archipresbiteris, decanis, archidiaconis, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis rectoribus ad quos littere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut ex parte dilectorum filiorum . . . . generalis et provincialium ministrorum ordinis fratrum minorum fuit propositum, coram nobis nonnulle persone ecclestiastice seculares et regulares apostatas eiusdem ordinis, qui post professionem in ipso ordine factam ad seculum revertuntur, quosdam in religionis habitu, aliquos nonnisi in seculari secum aut in suis obsequiis uel ecclesiis seu monasteriis detinere presumant in animarum suarum dispendium, iniuriam predicti ordinis et scandalum plurimorum. Nos volentes super his paterna sollicitudine providere, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum cum a prioribus requisiti fueritis, omnes illos, cuiuscunque ordinis existant, cui huiusmodi apostatas, postquam per ministros, custodes seu guardianos predicti ordinis quorum sunt cure commissi, excommunicati publice fuerint, a se non reiicerint, sed scienter eos secum aut in suis obsequiis vel ecclesiis seu monasteriis retinuerint, vel eis in hoc auxilium perstiterint, vel favorem cum ipsis comunicando taliter in crimine huiusmodi criminosis post latam in eos excommunicationis sententiam simili sententia involvantur, denuncietis excomunicationis vinculo innodatos. Contradictores per censuram ecclesiasticam applicatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam de indulto huiusmodi mentionem. Datum Anagnie XV. kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Ego Vitus Jadrensis archidiaconus et notarius de mandato venerabilis patris domini Laurentii dei gratia Jadrensis archiepiscopi . . . . . . ordinarii prefatas litteras, ut vidi et legi sanas et integras cum bulla et filo non viciatas non. . . . . ruptas vel cancellatas in aliqua parte sui, fideliter de verbo ad verbum transcripsi currente anno domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, mense iunii tercio decimo die intrante, indictione undecima, Jadre, nil addens vel minuens

propter forte punctum vel virgulam, quod sensum mutet et ipsis diligenter ascultatis sub solito meo signo in publicam formam redegi, complevi et roboravi.

In cuius rei perpetuam firmitatem et notitiam pleniorem prefatus dominus archiepiscopus presenti exemplo sigillum suum iussit apponi.

Fabijanic Storia dei fr. minori I. 416—417. — Kukuljević Reg. no. 683.

524.

1255, 31. oktobra. U Dubrovniku.

Dubrovčani prodaju vodu u Rijeci.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mensis octubris, ultimo die, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Andreas de Auro comes Ragusii cum consiliariis de paruo et magno consilio et nos populus Ragusii confitemur, quoniam acquam de Ombula, que est communis Ragusii, uendidimus perperis uiginti per annum Margarito Petri Theodori, ut eam habeat et teneat, de quibus prenominatis perperis uiginti in dimidio anno det perperos decem communi Ragusii et reliquos decem perperos det eidem communi Ragusii in fine anni. Et completo anno idem Margaritus possit prenominatam acquam communis Ragusii tenere predicto ordine, donec dicto Margarito placuerit, dando uiginti perperos per annum prenominato communi Ragusii et quod per (usura?) non sit in Malfo neque in Palize sub pena dupli, nisi in prenominata aqua communis Ragusii. Et quod Margaritus non ualeat accipere nisi pro omni bestia paruula fo(l)larum unum, pro boue et uaca fo(l)aros sex, de equo et asino follaros sex, de porco fo(l)laros tres, de homine fo(l)laros tres, de omni salma fo(l)laros tres, de omni seruo et femina in septimana fo(l)larum unum et accusator habeat medietatem dicti dupli et aliam medietatem habeat suam Margaritus, salua tamen ratione omnium hominum. De hoc autem facto sunt due carte similes, hec et alia. De quibus cartis unam cartam tullit comune Ragusii et aliam cartam tullit idem Margaritus. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes *(opet to isto drugi put pogriješno)*: Grubessa Gundule, Dabranna Lampridii, Michael Pezane, Dabraslauus Ranane et Rosinus Goyslaui iurati iudices et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et communis Ragusii notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIII.

525.

1255, 18. novembra. U Gorama.

Kolumban biskup trogirski privolom biskupa zagrebačkoga Filipa diže izopćenje sa Petrinčana, koji su se opirali plaćati desetinu.

Nos Philippus dei gracia episcopus Zagrabiensis aignificamus pro memoria vniuersis: quod cum homines de uilla Petrina, postposito dei timore, decimas ab ipsis nobis prouenientes in specie, vt de iure tenentur soluere denegassent, propter quod excommunicacionis in aliquos et interdicti in omnes de ipsa uilla sentencias tulissemus, in quibus interdicti et excommunicacionis sentenciis biennio perstitissent, tandem ad cor reuertentes, ad nos, nobis ad sanctum Clementem constitutis, vniuersaliter ville illius homines accedentes humiliter supplicarunt: ut eis se recognoscentibus et de offensa nobis satisfacere et pro reatu ad mandatum nostrum penitere paratis, a sentenciis quibus tenebantur astricti absoluere dignaremur. Nos autem ipsorum contricione et deuocione pensata et maxime ad intercessionem uenerabilis patris Columbani episcopi Traguriensis, qui tunc aderat, ipsis iurantibus corporaliter ad sacrosancta dei euangelia et ad manus dicti episcopi, vt obseruarent et attenderent vniuersa et singula bona fide sine fraude, nec ullo unquam ingenio contra hec uenirent, que inferius explicantur, ipsos dicto episcopo commisimus absoluendos. Qui secundum formam ecclesie absoluit eosdem. Ipsi uero post absolucionem, sicut et antea iurauerant, iurauerunt: ut ab illo die in antea decimas tam frugum quam uini et agnorum et omnium rerum, que decimari de iure debent, apud domos suas in specie sine diminucione qualibet annis singulis persoluerent. Hoc adiecto: ut si per nostros decimatores staret, quod decime in specie usque ad festum beati Martini ipso die incluso non exigerentur, extunc illo anno ipsi decimatores denarios pro ipsis decimis secundum terre consuetudinem recipere tenerentur, nullo ex hoc decimis in specie persoluendis in posterum preiudicio generando. Ad innotescendum autem, quod per decimatores et non per ipsos stet, quominus in specie usque ad festum sancti Martini exigantur uel expediantur, hominem nostrum, coram quo res agatur, eis dare promisimus cum fuerimus requisiti. Concessimus eciam: ut medietas decime decimarum cedat in utilitatem maioris uille eorundem, alia medietate precessori nostro integre persoluenda. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes tam nostro, quam eciam Traguriensis episcopi sepedicti, sigillo fecimus consignari. Datum in octaua

sancti Martini. In noua uilla nostra apud sanctum Clementem in Gorra. Anno domini MCC quinquagesimo quinto.

Liber privileg. episcopatus. zagrab. list. 15. — Tkalčić Monum. episc. Zagr. I. 105—106. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. 423. donosi regest. — Kukuljević Reg. no. 685.

526.

1255, 20. novembra.

Bela kralj ugarski i hrvatski daje meštru Iliji, za zasluge pokojnog mu brata Andrije neke zemlje oko Čazme.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Solet regie benignitatis clemencia illos et eorum posteros prosequi dono gracie specialis, qui erga ipsius magnificentiam, per continue fidelitatis servitia se exhibent bene meritos et acceptos. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum fidelis noster Andreas filius Thome ab indole primitiva etatis sue et regno nostro et nobis grata et continua fidelitate serviverit indefesse et fidelitatis sue laudabiles titulos operis exhibitione demonstrarit; quedam de serviciis et fidelitatibus suis, ut memorie posterum commendentur, discantque ceteri ipsius exemplo fidelitatis opera exercere, presentibus adnotanda. Primo enim cum crudelitas Thartarorum nos ad partes maritimas pro nostra et nostrorum defensione compelleret pertransire, idem Andreas cum uxore et familia domus sue nobiscum proficiscens grata nobis et domui nostre non cessavit servicia exhibere. Item cum contra Fridericum ducem Austrie et Styrie, nostrum specialem inimicum, regnique nostri insidiatorem arma leuassemus, idem Andreas fidelis noster sub Nova Civitate iuxta fluvium Saar, primus omnium impetum faciens, quemdam militem Theotonicum venientem contra se impetuose eiectum cum lancea de dextrario militariter confecit, sicut nobis per Radizlaum ducem Gallicie, karissimum generum nostrum et alios regni nostri nobiles plenius est relatum. Qui quidem recepit ibi duo vulnera manitesta in humero et mamilla transfossus lancea Theotonicorum. Ad hec quod plurimis Theotonicorum Stiriensium et Austrensium offensis et iniuriis nobis et regno nostro illatis, non immerito provocati, cum totius regni nostri nobilibus expeditione facta, ad debellandum eosdem Theotonicos et ad obsidendum castra ipsorum, in quibus

se iidem perpetratis huiusmodi maleficiis frequentius tuebantur, terram ipsorum intrassemus, et pluribus ibidem castris nostre ditioni subiectis, tandem sub castro Kryslag (!), in quo plures et maiores de predictis malefactoribus securius sperabant se tueri, essemus cum toto nostro exercitu constituti et ipsum castrum faceremus expugnari, inter alios regni nostri nobiles Andreas predictus, qui alia eciam multiplicia nobis exhibuerat fidelitatis servicia, ut superius est expressum, nobis cernentibus sub ipso castro Cryslag laudabiliter dimicando pro fidelitate nobis debita fuit interemptus. Cuius siquidem Andree mortem et sanguinis sui effusionem posteris suis digne recompensare volentes ceterosque nobis subditos ad exhibenda servicia cupientes efficere promptiores, quasdam particulas terrarum nomine Chazmafeu vacuam et habitatoribus carentem, existentem ultra Dravam in comitatu Simighiensi, in Izdench, quae fuerat cuiusdam predialis et terram Halete, cuiusdam nobilis iuxta eandem terram Chazmafew sine heredum solatio decedentium, quam quidem terram Halete recepimus in concambio terre Suden a comite Probezlao, quam idem ex nostra obtinuerat donatione; pro recompensatione sanguinis seu mortis ipsius Andree, quamquam ad id non plene sufficiat nec non etiam pro multiplicibus fidelitatibus et serviciis magistri Illuyni fratris sepedicti Andree contulimus, dedimus et donavimus eidem magistro Illuyno et suis heredibus, heredumque suorum successoribus cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis, silvis videlicet ac aliis, iure perpetuo ac irrevocabiliter possidendas; ita tamen quod singulis annis more predialium comiti Symigiensi unam marcam solvere teneatur. Mete autem, sicut nobis constitit per litteras capituli Chazmensis, terrarum predictarum hoc ordine distinguntur. Prima meta terre Chazmafeu incipit ab aquilone iuxta fluvium Chazma et sub arbore ihor est meta terrea; inde tendit et cadit in fluvium Orbolch et sub arbore thul est meta terrea, item inde vadit superius per fluvium Orbolch et sub arbore tyli est una meta. Item inde tendit superius ad unam vallem et sub arbore gerthean cruce signata est meta terrea. Item per eandem vadit ad caput Orbolch et sub vimine sunt due mete. Inde tendit et transit viam Prebeslay et secus viam sunt due mete. Item inde vadit ad orientem et per arbores cruce signatas venit ad montem Chapla et sub arboribus gertean sunt due mete. Inde vadit ad arbores bikfa sub quibus sunt due mete. Item ibi cadit in viam et per arbores cruce signatas vadit et in latere monticuli est meta. Inde vadit ad aquilonem et iuxta fluvium Chazma sub arbore pyri est meta. Inde tendit superius ad orientem et sub arbore ilicis est meta. Item ibi cadit in vallem et in capite vallis sunt due mete et recipit commetaneitatem terre comitis Alexandri filii Moys. Inde ascendit ad montem et ibi sunt due mete. Inde vadit ad orientem et ibi sunt due

mete, una in sorbello et alia in hlfa(!). Inde vadit et transit vallem et sub arboribus bikfa sunt due mete. Inde vadit ad gerteanfa et ibi sunt due mete. Inde tendit et transit magnam vallem et in monte sunt due mete. Inde transit secundum vallem et vadit ad magnam viam, ubi sunt due mete, una in cerasis et alia in gertean; et ipsa via vocatur via regis Kolomani. Inde ad meridiem et in Chazmafeu sub arbore Gertean est meta. Inde longe eundo flectitur ad occidentem et in capite unius vinee cadit in vallem et ibi puteus est pro meta et parum eundo cadit in Chazma et longe eundo perveniet ad primam metam et ibi terminatur. Meta autem terre Haleta incipit in via regis Kolomani et per arbores cruce signatas et per metas terreas longe eundo recipit commetaneitatem terre Perbezlai et vadit usque ad filios Devecher usque ad magnum bikfa super qua sunt septem cruces et ibi cadit in fluvium Chazma et ibi terminatur. Ut igitur nostre donationis series robus obtineat firmitatis, presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Smaragdi electi Colocensis aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, XII. kalendas decembris, regni autem nostri anno vigesimo.

Iz »novoga« diplom. zbornika Szechenyeva in folio vol. I. 198—210. u narod. muzeju u Budimpešti — Prepisivač veli, da je pečat otpao. — Fejér Cod. dipl. Hung. IV. 2. 313—317. — Kukuljević Reg. no. 686.

527.

1255, 12. decembra. U Dubrovniku.

Mihajlo Ranjina daruje kalež crkvi svetoga Blaža u Gružu.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mensis decembris, duodecimo die intrante, coram subscriptis testibus. Michael filius Dabraslai de Ranana obtulit unum calicem argenteum de perperis novem et tertia ecclesie sancti Blasii de Grauoso, ut dictus calix in perpetuum sit apud dictam ecclesiam, quem calicem idem Michael uouerat dare eidem ecclesie et quod nullo modo idem calix alienetur a dicta ecclesia, nisi tantum sollumodo, quod pro reparatione murorum de foris et intus prenominate ecclesie idem calix possit uendi in scientia procuratorum reliquiarum ecclesie sancti Blasii que est intus in ciuitate Ragusii. Et in scientia prenominatorum procuratorum reliquiarum sancti Blasii pretium uenditionis dicti calicis expendatur in reparatione murorum de foris et intus dicte ecclesie sancti Blasii de Grauoso, quem pre-

dictum calicem clericus Johannes nepos Grobinne de Scaplutto hereditarius et abbas dicte ecclesie sancti Blasii de Grauoso accepit tali ordine, quod si diebus suis prenominatus calix nisi pro reparatione de foris et intus murorum predicte ecclesie sancti Blasii de Gravoso et sine scientia procuratorum reliquiarum ecclesie sancti Blasii de Ragusio aliquo modo alienauerit, idem prenominatus clericus Johannes super se et super omnia bona sua det perperos nouem et tertiam ad operam reliquiarum ecclesie sancti Blasii de Ragusio in scientia procuratorum dictarum reliquiarum sancti Blasii de Ragusio. De hoc autem facto sunt due carte, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. De quibus cartis unam cartam tullit prenominatus clericus Johannes et aliam cartam tullit prenominatus Michael. Hii sunt testes: Dabraslauus Ranane iuratus iudex et presbyter Salinus Cernelii et Marinus Johannis Dergimiri. Et ego presbyter Pascalis comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii).

Original u dubrovačkom arkivu, ispod teksta slova prerezana. Zbirka saec. XIII.

528.

1255, 22. decembra. U Dubrovniku.

Odredjuje se dohodak i uvjeti boravka u Dubrovniku protomagistru Paskvi.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mensis decembris, decimo die astante, ordinata curia cum sonitu campane. Nos quidem Andreas de Auro comes Ragusii cum consiliariis de paruo et magno consilio et nos populus Ragusii causa dilectionis et amoris de terris comunis Ragusii quinque solidos de terra posita in Vrgato in loco qui dicitur Agusize a parte pelagi donauimus protomagistro Pasque ecclesie sancte Marie maioris et comunis Ragusie, ut idem protomagister Pasqua et sui heredes cum dei benedictione in perpetuum prenominatos quinque solidos de terra habeant et possideant et de ipsis suum uelle faciant. Qui prenominatus protomagister Pasqua fuit filius protomagistri Petri. Hanc autem gratiam donationis dictorum quinque solidorum de terra fecimus eidem protomagistro Pasque et heredi eius ad hoc, quod ipse moraretur omnibus diebus uite sue Ragusii et esset ciuis Ragusii et nos comune Ragusii cum comite Ragusii, qui per tempora esset in Ragusio, teneamur defendere dicto protomagistro

Pasque et suis heredibus dictos quinque solidos terrarum per iustitiam ab omnibus hominibus uolentibus illos eis per iustitiam calumpniare. Et ego prenominatus protomagister Pasqua pro predicto dono quinque solidorum de terra obligo me omnibus diebus uite mee esse conciuis Ragusii et stare in seruitio ecclesie sancte Marie maioris et comunis Ragusii et laborare et non exire de Ragusio causa alicuius laborerii, habendo meum salarium et omnes alias honorificentias protomagistratus ecclesie Ragusine. Verum tamen si contingeret, quod deus advertat, quod ecclesia sancte Marie uacaret suo laborerio, quod non laboraretur, et protomagister Pasqua non haberet suum salarium et honorificentias suas, cum consilio et licentia comitis et comunis Ragusii, qui per tempora erit in Ragusio, ualeat ire ad lucrandum et redire tamquam alii ciues Ragusii faciunt, quocunque ipse uoluerit et teneatur redire ad laborerium predicte ecclesie sancte Marie, cum uocatus fuerit ad laborandum. De hoc autem facto sunt due carte similes, hec et alia. De quibus cartis unam cartam tullit comune Ragusii et aliam cartam tullit predictus protomagister Pasqua. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule, Michael Pezane, Dabrana Lampridii, Rosinus Goyslaui et Dobraslauus Ranane iurati iudices et alii plures. Et ego presbyter Pascalis et comunis notarius iuratus scriptor sum et testis.

(Signum notarii.)

Original u dubrovačkom arkivu, iznad teksta slova prerezana. Zbirka saec. XIII.

529.

1255. U Pešti kraj Dunava.

Bela kralj ugarski i hrvatski oprašta Ugrešu i njegovo pleme od plaćanja kunovine.

Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque rex perpetuus universis Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presenciam Vogrysa cum tota generacione sua de Tolzconth in comitatu Dobicensi, conquesti sunt nobis flexis poplitibus, quod collectores marturinarum et ponderum ipsos dicassent, que ipsi idem nullo unquam tempore dare seu solvere tenerentur. Verum quia tunc temporis noster fidelis baro Stephanus banus tocius Sclavonie presens in curia nostra,

advocauimus eum, interrogantes de statu predictorum iobagionum castri nostri, quomodo et qualiter esset et fuisset status mansionis eorundem ab antiquo. Qui Stephanus banus noster astans coram nobis dixit et fideliter respondit, quod dictus Vogrysa et tota generacio sua nullo unquam tempore marturinas nec septem denarios (dare) tenerentur, exceptis iobagionibus eorundem, qui videlicet iobagiones eorum tenentur dare pro marturinis decem denarios et pro pondere sex denarios et non ultra. Preterea tributum fori Dobicensis ipsi personaliter dare non tenentur, exceptis iobagionibus suis. Ad hec de tributo porcorum ipsi et iobagiones eorum non plus solum unum porcum, si centum aut ducentos haberet, quilibet dare tenebitur. Adiicimus eciam, quod quicunque comes ipsorum a nostra maiestate pro tempore fuerit inter ipsos, ordinavimus, quod solum descensum per annum recipiat et non ultra. Curialis comes autem ipsius duos descensus per annum et non plures. Item iobagiones ipsorum in tribus offensis, videlicet in combustione, in furto et pro homicidio in presenciam comitis citabantur, de iudicio ipsorum iobagionum suorum habebant terciam partem, a nobis est ordinatum, et nullus erit contradictor in perpetuum. Pro (eterna) memoria et certitudine presentes concessimus munimine dupplicis sigilli nostri roboratas. Datum in Pest iuxta Danubium per manus magistri Smaragdi, aule nostre vicecancellarii. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

Original u arkivu grofova Erdödy u Glogovcu. — Cod. dipl. patrius. VII. 49. no. 44. — Kukuljević Reg. no. 687.

530.

1255.

Herceg i ban Stjepan potvrdjuje Rovišćanima zemlje i slobode dane im od kralja i hercega Kolomana.

Nos Stephanus dux et banus tocius Sclauonie et capitaneus Styrie omnibus noticiam presencium habituris significamus, quod cum ex mandato illustrissimi domini nostri Bele dei gracia regis Hungarie in comitatu de Riucha nobiles iobagiones castri a terra castri separaremus et iudicaremus, invenimus quasdam terras aput quosdam liberos homines quorum nomina inferius notabuntur; qui siquidem quod ipsas terras a tempore regis Colomani felicis memorie libere et iuxta regni consuetudinem inventi sunt detinuisse, easdem terras apud eosdem iobagiones castri remisimus pacifice et quiete in ea libertate, in qua per eundem dominum

Colomanum regem fuerant admissi, vel sicut alii nobiles iobagiones castri terras ipsas tenere consueverunt. Quibus ipsas remittendo metas distingi fecimus vndique homine nostro Vrbano de Bech mediante. Terram enim quandam suam inter Velika et Gilobok, quam Johannes filius Vrbanus tenebat, aput eundem Johannem remisimus sub hys metis: incipit enim prima eiusdem terre meta de plaga orientali iuxta magnam viam que itur versus occidentem veniens ad caput Glabo, ubi est meta terrea in cerasy; inde ad arborem nyar, iuxta quam est meta terrea, dehinc in eadem via dirigitur versus meridiem ad metam terream in arbore harazt positam; inde versus occidentem in quadam valle sub arbore byk est meta terrea; inde ad fluvium Ruuissa, ubi est meta sub ceraso; inde ascendit in montem ad arborem harast; inde ad vallem Furka, ibique est meta sub tilya; inde ad caput putei ad metam terream; inde descendit per quendam rivulum, venit ad fluvium Velika ibique est sub arbore requecia meta terrea et est commetaneus Volkos; inde in eodem fluvio Velika descendit versus meridiem; inde vergit ad orientem ad arborem egur, sub qua est meta terrea; inde ad montem ad arborem irtan; inde ad arborem harazt, sub qua est meta terrea; inde versus orientem ad arborem nyr; inde ad fluvium Ruisna, ubi est meta terrea sub arbore egwr; inde ad caput modici nemoris ad metam in dumo de enors(!) positam; inde per siccam vallem descendit ad fluvium Belna, ubi est meta in arbore jartanfa; inde transeundo eundem fluvium per siccam vallem sub capite est meta terrea; inde descendit per quandam modicam vallem, venit ad fluvium Globok, ibique commetaneus est Zlopsa apud metam sub iarfa positam; inde dirigitur in eodem fluvio ad plagam septemtrionalem; inde paululum procedendo venit in quandam vallem ad metam terream; inde versus ad montem, ubi iuxta quandam vineam est meta; inde versus aquilonem super quandam magnam vallem, que Hvnk dicitur ad metam terream; inde ad locum ubi iuxta magnam viam sub arbore harazt est meta; inde per magnam viam versus partem septemtrionalem ad metam priorem, ubi sub arbore tilie est meta terrea, ibique castrenses sunt commetanei. Item mete terre Dragus tali modo terminantur. Incipit enim prima meta eiusdem ab oriente de fluvio Ruisna apud metam terream et tendit versus occidentem ascendendo montem, ubi est meta monyerobwkur; inde divertitur ad fluvium Polona, ibique in tilia est meta; per cursum eiusdem fluvii tendit versus meridiem, cadit in magnam viam, ibique est meta; et est commetanea villa de foro Ruicha; inde tendit ad occidentem et cadit in Velikam ibique sub arbore de iegnye est meta terrea; per eundem Velicam vadit ad partem septemtrionalem et cadit ad nemus Strug, ubi est meta terrea et ibi est commetaneus Zlopha; in eodem Strug per nemus pergit versus aquam

Bagyn et ibi est meta in arbore egur; inde tendit versus orientem ad magnam viam, ibique est meta terrea; inde ad cerasam(!), sub qua est meta terrea; inde pergit ad fluvium Ztopotna, ubi est meta in monyerobokwr; in eodem fluvio tendit versus meridiem et ibi est meta in arbore iartan; inde vertit uersus orientem ad quatuor arbores tul vocatas, sub quibus est meta terrea; inde cadit ad fluvium Ruisna, ad caput eiusdem fontis est meta terrea, in eodem fluvio Ruisna revertitur ad metam terream. Item mete terre Porcha hoc ordine diriguntur: incipit enim prima meta eiusdem per meridionalem plagam in fluvio Ruicha et tendit ad occidentem, ubi est meta terrea in tilia; inde ad aliam tiliam; inde versus occidentem ad arborem zyl, sub quo est meta terrea; inde ad arborem egwr; inde ad quandam viam ad egwrfa, sub qua est meta terrea; inde versus meridiem ad angulum, ubi est meta sub arbore egwrfa; inde versus occidentem ad fluvium Velika; et ibi est meta sub pomo, ibique commetaneus est Morton; in eodem fluvio Velika tendit ad partem septemtrionalem; inde pervenit ad angulum, ubi sub pomo est meta terrea; inde per magnam viam tendit ad orientem, et pervenit ad fluvium Ruycha, ibique est meta et tendit ad priorem metam et conterminatur semper ville fori de Ruicha, ibique terminatur. Item mete terre Margya et Gardoua filiorum Docyn diriguntur tali modo: Prima meta incipit ab occidente in fluvio Konzka, ubi rivulus Sulyo cadit in ipsam Konzka; inde per ipsum Sulyo ad aquilonem eundo in bono spacio pervenit ad locum, ubi alter rivulus Terztenik cadit in ipsum Suloch(!); inde per ipsum Terztenik in modico spacio eundo venit penes Jechme(n)ne ab occidente; inde pergit et venit ad dumum requecie, de quo parvum eundo venit ad caput cuiusdam putei, de quo divertit ad orientem ct procedit per loca spinarum in bono spacio et cadit ad parvam Konzchicha, per quam pergit ad meridiem in longo spacio, ubi prope Konzkam magnam divertit parvum ad orientem et cadit per cursum ipsius rivuli Konzka in magnam Konzkam, per quam in longo spacio eundo cadit ad priorem metam et ibi terminatur. In cuius rei stabilitatem in argumentum amplioris fidei ad instanciam superius dictorum virorum et Johannis filii Vrbanus, Dragos, Porchie, Vydosa, Mergye et Gordoba litteras presentes sigillo nostro munitas duximus concedendas. Datum anno dominice incarnacionis M^{0} ducentesimo quinto.

Tobožnji original na pergameni u kr. ug. drž. ark. u Budimu M. O. D. L. no. 419. (Stara sig. N. R. A. fasc. 1081 no. 1). Na listini visi o svilenoj vrvci zelenkaste boje skroz oštećen odlomak pečata.

Listina je vrlo sumnjiva. Pisana je raznim pismom sa svim znakovima XIV. stoljeća. Godina je kriva (1205.) pak su je dosadanji izdavači (Fejér,

Wenzel dopunjivali: »quinquagesimo quinto.« U istom arkivu nalazi se listina hercega Stjepana od g. 1256. (M. O. D. L. no. 447.) kras uim pismom XIII. stoljeća. Ako se ove dvije sravne medjusobno, to su svi vanjski a i nutarnji znaci zato, da je ova od godine 1255. falsifikat. — Fejér IV. 2. 347—349. — Wenzel Cod. dipl. Arp. vol. VII. 395—397. — Kukuljević Reg. no. 678.

531.

1255. U Spljetu.

Osrubče svećenik daje komad zemlje crkvi sv. Mihajla.

Ego minimus omnium presbyterorum Osrubce presbiter in veritate et testimonio inventus sum posterus et haeres Pincii et Plesi cetororumque superius nominatorum. Data mihi fuit ecclesia sancti Michalis per dominum Rogerium archiepiscopum Spalatensem: et sic ordinatum fuit et ab eo confirmatum decretum sive ordinatio maiorum nostrorum. Et ob id dedi unam petiam terrae emptam iuxta sanctum Michaelem, quam emi a Nicolao filio Senarisci; testes fuerunt abbas Prodanus et Thelinus monachus sancti Stephani pro uno denario. Volo, ut sit sancti Michaelis pro ordinatione maiorum nostrorum et pro memoria nostrorum posterorum.

Farlati Illyricum Sacrum III. 277. — Farlat odredjuje godinu po spomenu Prodana opata sv. Stjepana.

532.

1255.

Stjepan ban vraća nekim Turopoljcima njihovu šumu i ustanovljuje joj medjaše.

Nos Stephanus banus tocius Sclauonie, significamus omnibus presentes litteras inspecturis: Quod cum nos ex mandato domini nostri Bele illustris regis Vngarie terras castro pertinentes reambulari per Sclauoniam fecissemus et inter cetera siluam, quam iobagiones castri Zagrabiensis suam esse asserebant, tandem inquisita ueritate per circumiacentes, scilicet per capitulum ecclesie Zagrabiensis, cruciferos domus milicie Templi et hospitalarios, abbatem et conuentum de Toplica per filios Mahareus ac omnes alios uicinos, a quibus expediuit sciscitari, ipsam siluam iobagionum castri predictorum esse inuenimus et fuisse. Vnde nos et eisdem

dictam siluam nomine iuris ipsorum restitui fecimus pacifice relinquendo, que silua sicut nobis commetanei circumiacentes et iidem iobagiones castri retulerunt, sub his metarum distinccionibus continetur: videlicet Rutcha diuidit eam de terra nobilium [de Monozlou], item de Rutcha transit meta eius per medium Odre ad arborem populeam. Inde iuxta Odra superius transiens cadit in fluuium Lekennyk, [inde autem per Leke]nnyk transiens superius exit ad aquam Obonyn inde de Obonyn exit et uadit ad lutum Morwech nomine. Inde de Morwech exit et uadit ad uiam Lesnek, inde per illam uiam cadit in aquam Bvna, per Bvnam autem uadit superius et uenit ad terram Mrachlyn uocatam. Inde cadit in aquam Ovdina, ueniendo inferius cadit in fluuium Odra, per Odram autem uenit inferius et exit ad aquam Rybnicha. Inde autem uadit [super]ius et peruenit ad caput putei Zdenci uocati, inde uenit ad Zaua ubi est ilex weycha uocata. Inde per Zaua transiens uenit ad priorem metam Rutcha uocatam. Ita tamen, quod illa silua pertinet solummodo ad iobagiones castri racione iuris ipsorum; nobiles autem non habent ibi aliquam porcionem, nec illi habent quicquam porcionis in eadem, qui sunt de genere seruientum regis. Vt autem huius rei series firma et irretractabilis perseueret, litteras nostras ad robur maioris fidei contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnacionis domini, millesimo CC° quinquagesimo quinto.

Original u arkivu turopoljske plemenite općine. Pečat sačuvan visi na svilenoj žuto-crvenoj vrvci.

Fejér Cod. dipl. IV. 2, 288. — Laszowski Spomenici Turopolja I. 10. Kukuljević Reg. 688.

533.

1255.

Bela kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu bana Stjepana od g. 1255. kojom se uredjuju medje šume zagrebačkih jobagiona.

Bela dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallichie, Ladomerie, Cumanieque rex omnibus ad quos presentes peruenerint salutem in salutis auctore. Solet a principe confirmari, quod in conspectu geritur aliorum, inconcussum quippe permanet, quod regie serenitatis presidio roboratur. Ad uniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Stephanus banus tocius Sclauonie et capitaneus Stirie a nobis peciit diligenter, ut restitucionem

cuiusdam silue iobagionum castri Zagrabiensis factam ipsis iobagionibus castri per eundem iuxta tenorem litterarum suarum, nostro dignaremur priuilegio confirmare, quarum, quidem litterarum tenoris est: *(Slijedi prediduća listina bana Stjepana od god. 1255.)* Nos itaque peticionibus Stephani bani superius adnotati satisfacere volentes, restitucionem silue supradicte de uerbo ad uerbum insertam presentibus habentes commendatam, auctoritate duximus regia confirmandam. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras duplici sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo L-quinto, regni autem nostri anno XX^0.

Original na pergameni u arkivu plem. općine Turopolja. Na svilenoj vrvci žute boje visi ulomak pečata.

Fejér Cod. dipl. IV. 2, 288. — Kukuljević Reg. no. 688. — Laszowski Spom. Turopolja I. 11.

534.

1255.


J. prepošt požeški, izdaje pismo da je Crabocha udova Pavla ključara kraljičina prodala svoju zemlju Deminch i Rodove županu Martinu sinu Mike.

J. prepositus ecclesie sancti Petri de Posoga et capitulum eiusdem loci vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Nouerit vniversitas uestra, quod ex una parte Crabocha relicta Pauli quondam clauigeri domine regine vnacum filio suo Johanne et fratribus eiusdem P(auli) ac consanguineis videlicet Ladomir, Inislo, Bogdoslo, Andrea, et Radca cum filiis suis ac aliis cognatis eorundem Martino uero comite filio Mika coram nobis ex altera constitutis, eadem domina confessa est uiua uoce, se quandam terram suam nomine Deminch et Rodove de uoluntate dicti J(ohannis) filii sui ac fratrum et consanguineorum eiusdem P(auli) supramemoratorum prefato M(artino) comiti pro quadraginta pensis argenti uendidisse et pecuniam plenarie recepisse. Cuius terre prima meta incipit ab oriente in dumo uiminum que dicuntur reketyafa et ibi commetatur terre Polizlov filii Hrank, ab inde tendit uersus occidentem per metas terreas commetando terre Wrbna usque ad terram Torda, ubi est meta in arbore horost, ab hinc iuxta terram eiusdem T(orde) uadit uersus meridiem usque ad quandam ulmum que est pro meta, de qua protenditur usque ad quendam fontem et de inde exiliens de eodem fonte peruenit ad quercum que est pro meta et ab hinc per arbores signatas

tendit usque ad campum Chernec per mediam siluam; ab inde protenditur per campum illum uersus orientem redeundo usque ad terram dicti Polizlov, ubi est quercus signata, sub qua est meta, a qua tendit superius contra septemtrionem conterminando terre eiusdem Polizlov per arbores signatas, quousque uenit ad primam metam que est in dumo uiminum et ibi terminatur. In cuius rei firmitatem nos ad peticionem et uoluntatem dicte domine filiique sui, ac consanguineorum P(auli) memorati dicto M(artino) comiti presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno domini M⁰ CC⁰ LV⁰.

Original na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 33.711. Stara signatura N. R. A. fasc. 1501. no. 21. — Na listini visi crvena i zelena svilena vrvca bez pečata. — Na hrptu savremene bilješke: »Super Demyncz« i »Littera super Deminc metalis«. Iznad teksta ABC prerezano.

Fejér Cod. diplom. IV. 2. 343. — Kukuljević Reg. br. 689.



SUMMARIUM.

*

*